



... fere ... in quas ...
... vna ... gatalea ...
... alimentis ...
... aliam ...
... manere ...
... ex adere ...
... edere ...
... obtrepo ...

267

8182

... hanc ...
... data ...
... Navi ...
... Lata ...
... quibus ...
... una ...
... vasi ...
... quibus ...



8182

R-9727

PUBLII

VIRGILII

MARONIS AP-

PENDIX,


B.

Cum supplemento multorum antehac nunquam excusorum Poematum veterum Poetarum.


IOSEPHI SCALIGERI ^{„auctoris damnati“} IN EANDEM Appendicem Commentarij ^{„castigationes. opus pmissu.“}

AD CLARISSIMUM VIRVM Iacobum Cuiacium, Iuriscōn. nostrae ætatis facile Principem.

IN VIRTUTE.



ET FORTUNA.



LVGDVNI,

*crepido pnd
vndu des 32*

APVD GVLIEL. ROVILLIVM,

M. D. LXXIII

Cum privilegio Regis.



J.

1349 - 9
Extraict du privilege du Roy.



AR grace & privilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer, vne fois ou plusieurs, ce present liure intitulé *Pub. Virgilij Maronis Appendix, cū supplemento multorum Poematum veterum Poetarum: Iosephi Scaligeri in eandem Appendicem Commentarij & castigationes.* Pour ce est defendu par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny distribuer en son Royaume ledict liure, d'autre impression que dudit Rouille, ou de son consentement, & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression, sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present privilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement, ou à la fin dudit liure, serue pour toute notification, comme si la signification estoit faicte sur l'original. Car tel est son plaisir, comme plus à plein est contenu & déclaré par les lettres de privilege, sur ce donnees à Blois le premier de May, l'an de grace mil cinq cens soixante douze, & de son regne le douzieme.

Par le Roy en son Conseil,

Signé, Moré.

Et scellé du grand seau en cire iaune à simple queue.



P. VIRGILII MARONIS CULEX, AD OCTAVIUM.

* *



Usumus, Octavi, gracili modulante Thaleia:
Atq; ut araneoli tenuem formauimus orsum.
Lusimus: hæc propter Culicis sint carmina di-
Omnis & historiae per ludum consonet ordo, [cta;
Notitiaeq; Ducum uoces: licet inuidus adstet.
Quisquis erit culpae iocos, Musamq; paratur:
Pondere uel Culicis leuior, fama; feretur.
Posterius grauiore sono tibi Musa loquetur
Nostra: dabunt cum securis mihi tempora fructus:
Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latona, magniq; decus Iouis, aurea proles
Phœbus erit nostri princeps, & carminis auctor,
Et recimente lyra fautor: siue educat illum
Alma Chimææo Xanthus perfusa liquore,
Seu nemus Asteriae, seu qua Parnassia rupes
Hinc, atque hinc patula præpandit cornua fronte,
Castaliaq; sonans liquido pede labitur unda.
Quare Pierij laticis decus ite sorores
Naiades, & celebrate Deum * plaudente chorea.
Et tibi sancta Pales, ad quam uentura recurrit
Agrestum bona cura, sequi sit cura tenentis
Aëreos nemorum tractus, siluasq; uirentis.
Ticultrice uagus saltus feror inter, & astra.

A 4

At tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
 Octavi uenerande, meis allabere coeptis.
 Sancte puer: tibi nanque canit non pagina bellum,
 Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus:
 Nec Centaureos Lapithas compellit in ensis:
 Vrit Erichthonias Oriens non ignibus arces.
 Non perfossus Athos, nec magno uincula Ponto
 Iacta, meo quærent iam sera uolumine famam:
 Non Hellepontus pedibus pulsatus equorum,
 Græcia cum timuit uenienteis undiq; Persas:
 Mollia sed tenui pede currere carmina uersu
 Viribus apta suis Phœbo duce ludere gaudet.
 Et tu sancte puer uenerabilis, & tibi certet
 Gloria perpetuum lucis mansura per æuum:
 Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes
 Debita felicis memoretur uita per annos,
 Grata bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.
 Igneus æthereus iam Sol penetrarat in arceis,
 Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
 Crinibus & rosels tenebras Aurora fugarat.
 Propulit e stabulis ad pabula leta capellas
 Pastor, & excelsum montis iuga summa petiuit:
 Lurida qua patulos uelabant gramina colleis.
 Iam siluis, dumisq; uagæ, iam uallibus abdunt
 Corpora: iamq; omni celeres e parte uagantes
 Scrupea desertæ perrepunt ad caua rupis.
 Tondentur tenero uiridantia gramma morsu,
 Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis,
 Densaq; uirgultis anide labrasca petuntur.
 Hæc suspensa rapit carpente cacumina morsu
 Vel salicis lente, uel quæ noua nascitur alnus:

Hæc

Hæc teneras fruticum sentes rimatur: at illa
 Imminet in riuu præstantis imaginis undam.
 O bona pastoris, si quis non pauperis usum
 Mente prius docta fastidiat, & probet illis
 Omnia luxuriæ pretiis incognita curis,
 Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
 Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
 Attalici opibus data uellera: si nitor auri
 Sublaqueare domus animum non tangit auarum:
 Picturæq; decus, lapidum nec fulgor in ulla
 Cognitus utilitate manet: nec pocula gratum
 Alconis referent, Boetiq; toreuma: nec Indi
 Conchea bacca maris pretio est: at pectore puro
 Sæpe super tenero prosternit gramine corpus:
 Florida cum tellus gemmantis picta per herbas
 Vere notat* dulci distincta coloribus arua: *quæ delineata pulchris lignis*
 Atq; illum calamo lætum recimente palustri, *arua*
 Otiaq; inuidia de gentem, ac fraude remota,
 Pollentemq; sibi uiridi cum palmitè ludens
 *Vitea pampineo subter coma uelat amictu. *Tmolis.*
 Illi sunt gratæ rorantes lacte capellæ,
 Et nemus, & fœcunda Pales, & uallibus imis
 Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
 Quis magis optato queat esse beator auro,
 Quam qui mente procul pura, sensuq; probando
 Non auidas agnouit opes, non tristia bella,
 Nec funesta timet ualidæ certamina classis?
 Non, spolitis dum sancta Deum fulgentibus ornet
 Tempa, uel euectus finem transcendat habendi,
 Aduersum seuis ultro caput hostibus offert.
 Illi falce Deus colitur, non arte politus:
 Ille colit lucos: illi Panchaica thura,

A 5

Floribus agrestes herbae uariantibus adsunt:
 Illi dulcis adest requies, & pura uoluptas,
 Libera simplicibus curis: huc imminet, omneis
 Dirigit huc sensus: hac cura est subdita cordi,
 Quolibet ut requie uictu contentus abundet,
 Iucundoq; locet languentia corpora somno.
 O pecudes, o Panes, & o gratissima Tempe
 Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultus
 Aemulus Ascræo pastor sibi quisq; poeta
 Securam placido traducit pectore uitam.
 Talibus in studiis baculo dum nixus apricis
 Pastor agit curas, & dum non arte canora
 Compacta solidum modulatur arundine carmen:
 Tendit ineuctus radios Hyperionis ardor,
 Lucidaq; ethereo ponit discrimina mundo,
 Quiaq; Oceanum flammis in utrunque rapaces.
 Et iam compellente uagæ pastore capellæ
 Ima susurrantis repetebant ad uada lymphæ,
 Quæ subter uiridem residebant cærulea muscum.
 Iam medias operum parteis euectus erat Sol;
 Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras:
 Ut procul adspexit luco residere uirenti,
 Delia Diua, tuo: quo quondam uicta furore
 Venit Nyctileum fugiens Cadmæis Agaue
 Infandas scelerata manus e cæde cruenta:
 Quæ gelidis, bacchata iugis requieuit in antro,
 Posterius poenam gnati se morte futuram.
 Hic etiam uiridi ludentes Panes in herba,
 Et Satyri Dryadesque choros egere puellæ,
 Naiadum coetu, tantum non Orpheus Hebrum
 Restantem tenuit ripæ, siluasq; canendo:
 Quantum te Peneu, remorantem dia chorea,

Multa

Multa tibi læto fundentes gaudia uultu:
 Ipsa loci natura domum resonante susurro
 Quæis dabat, & dulci fessas refouebat in umbra,
 Nam primum prona surgebant ualle patentes
 Aëreæ platanus: inter quas impia Lotos,
 Impia, quæ socios Ithaci mærentis abegit,
 Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
 At quibus insigni curru proiectus equorum
 Ambustos Phaëthon luctu mutauerat artus:
 Heliades teneris amplexæ brachia truncis
 Candida fundebant tentis uelamina ramis.
 Posterius cui Demophoon æterna reliquit
 Perfidiam lamentandi mala perfida multis.
 Quam comitabantur fatalia carmina quercus:
 Quercus ante datæ Cereris, quam semina, uitæ:
 Illas Triptolemi mutauit sulcus aristas.
 Hic magnum Argosæ nauis decus edita pinus
 Proceras decorat siluas hirsuta per artus.
 Appetit aëreis contingere montibus astræ
 Illicis & nigre species, & læta cupressus:
 Umbrosæq; manent fagus, ederæq; ligantis
 Brachia, fraternos plangat ne populus ictus:
 Ipseq; excedunt ad summa cacumina lætæ,
 Pinguntque aureolos uiridi pallore corymbos:
 Quæis aderat ueteris myrtus non nescia fati.
 At uolucres patulis residentes dulcia ramis
 Carmina per uarios edunt resonantia cantus.
 His suberat gelidis manans e fontibus unda:
 Quæ leuibus placidum riuus sonat orta liquorem.
 Et quanquam geminas auium uox obstrepit aureis,
 Hanc querule referunt uoces, quæis nantia limo
 Corpora lymphæ fouet: sonitus alit aëris Echo:

Argutis

Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
 At circa passim fesse cubuere capellæ,
 Excelsisq; super dumis: quos leniter adflans
 Aura susurrantis possit confundere uenti.

fontes. Pastor, ut ad * fontem densa requieuit in umbra,

Mitem concepit proiectus membra soporem,
 Anxius insidits nullis: sed lentus in herbis.
 Securo pressos somno mandauerat artus.
 Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
 Ni fors incertos iussisset ducere casus.

Nam solitum uoluens ad tempus tractibus iisdem
 Immanis uario maculatus corpore serpens,
 Mersus ut in limo magno sublderet aestu,
 Obuia uibranti carpens grauis aëra lingua,
 Squamosos late torquebat motibus orbeis.

Pallebam. * Tollebant auræ * uenientis ad omnia uisus.

limentis. Iam magis atque magis corpus reuolubile uoluens

fert. Attollit nitidis pectus fulgoribus, & * se

caput. Sublimi ceruice * rapit: cui crista superne

Edita purpureo lucens maculatur amictu,

Adspectuq; micant flammantia lumina toruo.

Metabat sese circum loca, cum uidet ingens

Auersum recubare ducem gregis. acrior instat

Lumina diffundens intendere, & obuia toruo

Sæpius arripiens infringere, quod sua quisquam

Ad uada uenisset: naturæ comparat arma:

Ardet mente: furiis stridoribus: intonat ore:

Flexibus euersis torquetur corporis orbis:

Manant sanguinæ per tractus undique guttæ:

Spiritibus rumpit fauces: cui cuncta paranti

Paruillus hunc prior humoris conterret alumnus,

Et mortem uitare monet per acumina. nanque

Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
 Hac leuioris erat naturæ pupula telo
 Ictâ leui. tum prosiluit furibundus, & illum
 Obtritum morti misit: cui disitus omnis
 Spiritus excessit sensus. tum torua tenentem
 Lumina respexit serpentem cominus: inde
 Impiger, exanimis, uix compos mente refugit,
 Et ualidum dextra truncum detraxit ab orno:
 Qui casus sociaret opem, numenue Deorum.
 Nanque illi dederitne uiam casusue, Deusue,
 Prodere sit dubium: uoluit sed uincere taleis.
 Horrida squamosi uoluentia membra draconis,
 Atque reluctantis crebris, foedeque petentis
 Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristam:
 Et quod erat tardus, omni languore remoto,
 Nescius adspiciens timor obcæcauerat artus:
 Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
 Quem postquam uidit casum languescere, sedit.

Iam quatit, & bijuges oriens Erebo cit equos nox,

Et piger aurato procedit Vesper ab Oeta,

Cum grege compulso pastor duplicantibus umbris

Vadit, & in fessos requiem dare comparat artus:

Cuius ut intrauit leuior per corpora somnus,

Languidaque effuso requierunt membra sopore:

Effigies ad eum Culicis deuenit, & illi

Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis.

Inquit, quid meritus, ad quæ delatus acerbas

Cogor adire uices? tua dum mihi carior ipsa

Vita fuit uita, rapior per inania uentis:

Tu lentus refoues iucunda membra quiete

Ereptus tetrus e cladibus: at mea Manes

Viscera Lethæas cogunt transnare per undas:

Præda.

Præda Charontis agor, uiden' ut flagrantia tedis
 Lumina collucent infestis omnia templis?
 Obuia Tistphone, serpentibus undiq; compta,
 Et flammis, & sæua quatit mihi uerbera pœna:
 Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
 Anguibus hinc, atq; hinc horrent cui colla reflexis,
 Sanguineiq; micant ardorem luminis orbes.
 Heu quid ab officio digressa est gratia, cum te
 Restitui superis lethi iam limine ab ipso?
 Præmia sunt pietatis ubi pietatis honores
 In uanas abiere ulces: & rure recessit
 Iustitiæ prior illa fides: instantia uidi
 Alterius, sine respectu mea fata relinquens.
 Ad parileis agor euentus: fit pœna merenti,
 Pœna fit exitium: modo sit dum grata uoluntas,
 Existat par officium. feror auia carpens,
 Auia Cimmerios inter distantia lucos:
 Quem circa tristes densentur in omnia pœnae.
 Nam uinctus sedet immanis serpentibus Otos,
 Deuictum maestus procul adspiciens Ephialten,
 Conati quondam cum sint incendere mundum:
 Et Tityos Latona tuæ memor anxius ira,
 Implacabilis ira nimis, iacet alitis esca.
 Terreor a tantis insistere, terreor Vmbriis
 Ad Stygias reuocatus aquas. uix ultimus anni
 Restat, nectareas Diuum qui prodidit esca,
 Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
 Quid, saxum procul aduerso qui monte reuoluit,
 Contempsisse dolor quem Numina uincit acerbus,
 Otia quærentem frustra? uos ite puella,
 Ite, quibus tedas accendit tristis Erynnis,
 Sicut Hymen præfata dedit connubia mortis:

Atque

Atq; alias alio densat super agmine turmas,
 Impietate fera uerorem Colchida matrem
 Anxia sollicitis meditantem uulnera gnatis:
 Iam Pandionias miseranda prole puellas,
 Quarum uox Ityn, & Ityn, quod Bistonius Rex,
 Orbus Epops meret uolucris euectus in auras.
 At discordantes Cadmeo sanguine fratres
 Iam truculenta ferunt, infestaq; uulnera corpus
 Alter in alterius: iamq; aduersatus uterq;
 Impia germani manat quod sanguine dextra.
 Eheu, mutandus nunquam labor: auferor ultra
 In diuersa magis: distantia Numina cerno:
 Elysiam tranandus agor delatus ad uirgam.
 Obuia Persephone comites Heroïdas urget
 Aduersas perferre faces: Alcestis ab omni
 Inuiolata uacat cura, quod sæua mariti
 Ipsa suis fati Admeti fata morata est.
 Ecce Ithaci coniux semper decus Icariotis
 Feminæum incorrupta decus manet, & procul illam
 Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
 Quin misera Eurydice tanto merore recessit,
 Pœnaque respectus, & nunc manet Orpheus in te.
 Audax ille quidem, qui mitem Cerberon unquam
 Credidit, aut ulli Ditis placabile numen:
 Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis,
 Nec mesta obtentu diro, & ferrugine regna,
 Defossaq; domos, ac Tartara nocte cruenta
 Obsita, nec facileis Ditis sine iudice sedes,
 Iudice, qui uitæ post mortem uindicat acta:
 Sed fortuna ualens audacem fecerat Orphea.
 Iam rapidi steterant annes, & turba ferarum.
 Blanda uoce sequax regionem insederat Orphei:

Iamq;

Iamq; imam uiridi radicem mouerat alte
 Quercus humo, steterantq; amnes, siluæq; sonora
 Sponte sua cantus rapiabant cortice amara.
 Labentes biuges etiam per sidera Luna
 Pressit equos: & tu currenteis menstrua uirgo
 Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
 Hæc eadem potuit Ditis te uincere coniux,
 Eurydicenq; ultro ducendam reddere: non fas,
diræ. Non erat in uitam* Diuæ exorabile* numen.
mortis. Illa quidem nimium Manes experta seueros
 Præceptum signabat iter: nec rettulit intus
 Lumina, nec Diuæ corrupit munera lingua.
 Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,
 Oscula cara petens rupisti iussa Deorum.
 Dignus amor uenia, paruum si Tartara nossent
 Peccatum ignouisse: sed & uos sede piorum,
 Vos manet Heroum contra manus: hic & uterq;
 Aeacides. Peleus nanq;, & Telamonia uirtus
 Per secura patris latantur numina, quorum
 Connubiis Venus, & uirtus iniunxit honorem.
seritas. Hunc rapuit* serua: ast illum Nereis amauit.
 Asidet hac iuuenis, sociat quem gloria, fortis,
 Acer, inexcussus, referens a nauibus igneis
 Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.
 O quis non referat talis diuortia belli,
 Que Troiæ uidere uiri, uidereq; Grai?
 Teucra cum magno manaret sanguine tellus,
 Et Simois, Xanthiq; liquor, Sigeaq; præter
 Litora, cum Troës seui uos Hectoris ira
 Videre in classeis inimica mente Pelasgas
 Vulnera, tela, neces, igneis inferre paratos.
 Ipsa iugis nanque Ida potens feritatis, & ipsa

Aequa

Aequa faces altrix cupidis præbebat alumnis,
 Omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
 Classibus ambustis flamma superante daretur.
 Hinc erat oppositus contra Telamonijs heros,
 Obiectoq; dabat clypeo certamina: & illinc
 Hector erat Troiæ summum decus: acer uterq;
 Fulminibus cælo ueluti fragor editus alto:
 Ignibus hic telisq; super, si classibus Argos
 Eripiat reditus: ille ut uulcania ferro
 Vulnera protectus depellere nauibus iustet.
 Hoc erat Aeacides alter letatus honore;
 Dardaniæq; alter fuso quod sanguine campis
 Hector eo uictor lustrauit corpore Troiam.
 Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod lethat, & huius
 Alma dolis Ithaci uirtus quod concidit ista,
 Huic gerit ouersos proles Laertia uultus,
 Et iam Strymonij Rhest, uictorq; Dolonis
 Pallade iam letatur ouans, rursusq; tremiscit
 Iam Ciconas, iam iamq; horret Lastrigonas atros.
 Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
 Aetneusque Cyclops: illum metuenda Charybdis,
 Pallentesque lacus, & squalida Tartara terrent,
 Hic & Tantalei generis decus amplius Atrides
 Asidet, Argiuum lumen: quo flamma regente
 Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.
 Reddidit heu, grauius poenas tibi Troia ruentis
 Hellepontiacis obiturus reddidit undis.
 Illa uices hominum testata est copia quondam,
 Ne quisquam propriæ fortunæ munere diues
 Iret ineuctus cælum super omne: propinquo
 Frangitur inuidiæ telo decus. ibat in altum
 Vis Argoæ petens patriam, ditataq; præda

B

Arcis Erichthoniæ: comes huic erat aura secunda
 Per placidum cursu pelagus: Nereis ad undas
 Signa dabat: pars inflexis super acta carinis,
 Cum seu caelesti fato, seu sideris ortu
 Undique mutatur cæli nitor: omnia uentis,
 Omnia turbinibus sunt anxii a. iam maris unda
 Sideribus certat consurgere: iamque superne
 Corruere & Sol iis, & sidera cuncta mimantur,
 Ac uenit in terras cæli fragor. hoc modo letum
 Copia nunc miseris circumdatur anxia fati,
 Immoriturque super fluctus, & saxa Capharei,
 Euboicas & per cautes Heræaque late
 Litora, cum Phrygiæ passim uaga præda peremptæ
 Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga tractu.
 Hic alij sidunt pariles uirtutis honore
 Heroës, mediisque sti sunt sedibus omnes,
 Omneis Roma decus magni quos suscipit orbis.
 Hic Fabij, Decique: hic est & Horatia uirtus:
 Hic & fama uetus nunquam moritura Camilli:
 Curtius & mediis quem quondam sedibus urbis
 Deuotum bellis consumpsit gurgitis haustus:
 Mucius & prudens ardorem corpore passus,
 Legitime cessit cui fracta potentia Regis.
 Hic Curius claræ socius uirtutis, & ille
 Flaminius, deuota dedit qui corpora flammæ.
 Iure igitur talis sedes pietatis honorat.
 Illi Scipiadæque Duces: deuota triumphis
 Mœnia quos rapidos Libycæ Carthaginis horrent.
 Illi laude sua uigeant: ego Ditis opacos
 Cogor adire lacus, uidos a lumine Phœbi,
 Et uastum Phlegethonta pati: quo Maxima Minos
 Conscelerata pia discernit uincula sede.

Ergo

Ergo iam caussam mortis me dicere uinctæ
 Verberibus seu cogunt ab iudice poenæ:
 Cum mihi tu sis caussa mali, nec conscius ad sis,
 Nec tolerabilibus curis hæc immemor audis:
 Quæ tamen, ut uanis dimittens omnia uentis,
 Digredior numquam rediturus: tu cole fonteis,
 Et uirideis nemorum siluas, & pascua letus:
 Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.
 Dixit, & extrema tristis cum uoce recessit.
 Hunc ubi sollicitum dimisit inertia uitæ,
 Interius grauius mentem æger: nec tulit ultra
 Sensibus infusum Culicis de morte dolorem,
 Quantumcunq; sibi uires tribuere seniles,
 Quæis tamen infestum pugnant deicerat hostem:
 Riuum propter aquæ uiridi sub fronde latentem,
 Conformare locum capit impiger: hunc & in orbem
 Destinatus, ac ferri capulum repetiuit in usum,
 Gramineam ut uiridi foueret de cespite terram.
 Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
 Congestum cumulauit opus, atq; aggere multo
 Telluris tumulus formatum creuit in orbem:
 Quem circum lapidem leui de marmore formans
 Conserit assidue curæ memor. hic & acanthus,
 Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
 Et uiolæ omne genus: hic est & Spartica myrtus,
 Atq; hyacinthus: & hic Cilici crocus editus aruo,
 Laurus item Phœbi surgens decus: hic rhododaphne,
 Liliaque, & roris non auia cura marini,
 Herbaque thuris opes prisca imitata Sabina,
 Chrysanthusq; ederaq; nitor, pallente corymbo,
 Et Bocchus Libycæ Regis memor: hic amarantus,

B 2

Bupthalmusque uirens, & semper florida Picris,
 Non illinc Narcissus abest: cui gloria formæ
 Igne Cupidino proprios exarsit in artus,
 Et quoscunque nouant uernantia tempora flores.
 His tumulus super inseritur: tum fronte locatur
 Elogium, tacita format quod littera uoce:
 Parue Culex, pecudum custos tibi tale merenti
 Funeris officium uitæ pro munere reddit.

Epitaphiis
 Culicis.

P. VIRGILII MARONIS CEIRIS,
 AD MESSALLAM.



L T si me uario iactatum laudis amore,
 Irritaq; expertum fallacis præmia uulgi,
 Cecropius suaueis exspiras Hortulus auras
 Florentis uiridi sophiæ cõplectitur umbra:
 Num mea quæret eo dignum sibi quærere carmen?
 Longe aliud studium, atq; alios accincta labores,
 Altius ad magni suspendit sidera mundi,
 Et placitum* paucis ausa est ascendere collem.
 Non tamen abssistam coeptum detexere manus:
 In quo iure meas utinam requiescere Musas,
 Et leuiter blandum liceat deponere morem.
 Quod si mirificum proferre ualent genus omnes
 Mirificum sæcli, modo sit tibi uelle libido,
 Si me iam summa sapientia pangeret arce,
 Quatuor antiquis quæ heredibus est data consors,
 Vnde hominum errores longe, lateq; per orbem
 Despicere, atq; humileis possem contemnere curas:
 Non ego te talem uenerarer munere tali.
 Non equidem: quamuis interdum ludere nobis,
 Et gracilem molli liceat pede claudere uersum.

Sed

Sed magno intexens, si fas est dicere peplo,
 Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
 Debita cum castè soluuntur* uota Mimeruæ,
 Tardaue confecto redeunt Quinquennia lustro,
 Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
 Et prono grauidum prouexit pondere cursum.
 Felix ille dies, felix & dicitur annus:
 Felices qui talem annum uidere, diemq;
 Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnae:
 Magna Giganteis ornantur pepla tropæis:
 Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
 Additur aurata deiectus cuspide Typho,
 Qui prius Ossæis consternens ætera saxis,
 Emathio celsum duplicabat uertice Olympum.
 Tale Dea uelum solenni in tempore portant:
 Tali te uellem iuuenum doctissime ritu
 Purpureos inter Soles, & candida Luna
 Sidera, cæruleis orbem pulsantia bigis,
 Naturæ rerum magnis intexere chartis:
 Aeternum sophiæ coniunctum carmine nomen
 Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis.
 Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes:
 Nunc primum teneros firmamus robore neruos.
 Hæc tamen interea quæ possumus, in quibus æui
 Prima rudimenta, & primos exegimus annos:
 Accipe dona meo multum uigilata labore,
 Et præmissa tuis non magna exordia rebus.
 Impia prodigiis ut quondam exterruit amplis
 Scylla nouosque auium sublimis in ære cœtus
 Viderit: & tenui conscendens sidera penna
 Cæruleis sua tecta superuolitaerit alis.
 Hanc pro purpureo pœnam scelerata capillo,

dona.

B 3

Proque patris solvens excisa funditus urbe.
 Complures illam, & magni Messalla poetæ
 (Nam uerum fateamur: amat Polymneia uerum)
 Longe alia perhibent mutatam membra figura,
 Scyllæum monstra in saxum conuersa uocari.
 Illam esse ærumnis quam sepe legamus Ulyssi
 Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
 Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto
 Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
 Sed neq; Mæoniæ hæc patiuntur credere chartæ,
 Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
 Nanq; alias alij uulgo finxere puellas:
 Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.
 Ipsæ seu Lamie mater sit, siue Cratæis,
 Siue illam monstro genuit Persæa biforini,
 Siue est neutra parens, atque hoc in carmine toto,
 Inguinis est uitium, & Veneris descripta libido:
 Siue etiam exactis speciem mutata uenenis
 Infelix uirgo. quid enim commiserat illa?
 nudam. Ipse pater *timidam seua complexus arena
 Coniugium caræ uiolauerat Amphitrites:
 Attamen exegit longo post tempore pœnas:
 Ut cum cura sui ueheretur coniugis alto,
 Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.
 Seu uero, ut perhibent, forma cum uinceret omnis,
 populares. Et cupidos quæstu passim* spoliaret amanteis:
 Piscibus, & canibus rabidis uallata repente,
 Horribileis circum uidit sibi sistere formas.
 Heu quoties mirata novos expalluit artus!
 Ipsa suos quoties heu pertimuit latratus!
 Ausa quod est mulier numen fraudare Deorum,
 Et dictam Veneri uotorum uertere pœnam:

Quam

Quam mala multiplici iuuenum quod septa caterua
 Dixerat atque animo meretrix iactata ferarum,
 Infamem tali meritorum more fuisse,
 Docta Palephatia testatur uoce papyrus.
 Quicquid, & ut quisquis tali de clade locutus,
 Omnia sint: potius liceat notescere Cirim:
 Atq; unam ex multis Scyllam non esse puellis:
 Quare & quæ cantus meditati mittere certos,
 Magna mihi cupido tribuistis præmia Diuæ
 Pierides: quarum castos altaria postes
 Munere sæpe meo inficiunt, sribusq; hyacinthi
 Deponunt flores: aut suaue rubens narcissus,
 Aut crocus alterna coniungens lilia caltha,
 Sparsaq; liminibus floret rosa. nunc age Diuæ
 Præcipue nostro nunc adspirate labori:
 Atq; nouum æterno prætexite honore uolument.
 Sunt Pandionis uicinæ sedibus urbes,
 Acteos inter colleis, & candida Thesei
 Purpureis late ridentia litora conchis:
 Quarum non ulli fama concedere digna
 Stat Megara, Actæi quondam munita labore
 Alchatoi, Phœbiq; Deus namq; adfuit illi:
 Unde etiam citharæ uoces imitantur acutas:
 Sæpe lapis recrepat Cyllenia munera pulsus,
 Et ueterem sonitu Phœbi testatur honorem.
 Hanc urbem, ante alios, qui tum florebat in armis,
 Fecerat infestam populator remuge Mimos:
 Hospitioq; seni fuit hippolydosq; uicto,
 Carpathium fugiens, & flumina Cereata
 Texerat. hunc bello repetens Gortynius Heros
 Attica Cretæa sternebat rura sagitta.
 Sed neq; tunc ciues, neq; tunc Rex ipse ueretur

B 4

Infesto ad muros uolitanteis agmine turmas
 Ducere, & indomita uirtute retundere mentes:
 Responsum quoniam satis est meminisse Deorum.
 Nam capite à summo Regis, mirabile dictu,
 Candida caesaries, florebant tempora lauro,
 Et roseus medio fulgebat uertice crinis:
 Cuius quam seruata diu natura fuisset,
 Tam patriam incolumem Nisi regnumq; futurum.
 Concordes stabili firmarunt numine Parcae.
 Ergo omnis caro residebat cura capillo:
 Aureo solenni comptum quoque fibula ritu
 * Mopsopio, tereti necebat dente cicadae.
 Nec uero haec uobis custodia uana fuisset,
 Nec fuerat: nisi Scylla nouo concepta furore
 Scylla patris miseri, patriæq; inuenta sepulcrum.
 O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.
 Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
 Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem
 Iupiter, ille etiam Poenos domitare leones,
 Et ualidas docuit uires mansuoscere tigris.
 Ille etiam Diuos, homines, sed dicere magnum est.
 Idem tum superis acuebat paruulus iras
 Iunonis magnæ, cuius periuria Diuæ
 Olim se meminisse diu per iura puellæ
 Non ulli liceat: uiolauerat inscia sedem,
 Dum sacris operata Deæ lasciuit, & extra
 Procedit longe matrum, comitumque cateruam,
 Suspensam gaudens in corpore ludere uestem,
 Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
 Nec dum etiam castos agitauerat ignis honores,
 Nec dum solenni lymphæ perfusa sacerdos
 Pallantis foliis caput exornarat oliuæ,

Corfelle.

Cum

Cum lapsa e manibus fugit pila, cumq; relapsa
 Procurret uirgo: quo utinam ne prodita ludo
 Aurea tam gracili soluisset corpora palla.
 Omnia, quæ retinere gradum, cursumq; morari
 Possent, ut tecum uellem tua semper haberes:
 Non unquam uiolata manu sacraria Diuæ,
 Iurando infelix nequidquam iura piasses.
 Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
 Caussa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
 At leuis ille Deus, cui semper ad ulciscendum
 Queritur ex omni uerborum iniuria dicto:
 Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
 Heu nimium tereti, nimium Tirynthia^{*} uisu
 Virginis in tenera defixerat omnia mente.
 Quæ simul ac uenis hausti sitientibus ignem,
 Et ualidum penitus concepit in ossa furorem:
 Sæua uelut gelidis Ciconum Bistonis in oris,
 Ictæue barbarico Cybeles antistita buxo,
 Infelix uirgo tota bacchatur in urbe.
 Non storace Idæo flagranteis picta capillos
 Cognita, non teneris pedibus Sicyonia seruans,
 Non niueo retinens bacchata monilia collo.
 Multum illi incerto trepidant uestigia cursu.
 Sæpe redit patrios ascendere prodita muros:
 Aëriasq; facit caussam se uisere turris.
 Sæpe etiam tristeis uoluens in nocte querelas,
 Sedibus ex altis cæli speculatur amorem:
 Castraq; prospectat crebris lucentia flammis.
 Nulla colum nouit: carum nec respicit aurum.
 Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
 Non Libyco molles clauduntur pectine telæ.
 Nullus in ore rubor, ubi enim rubor, obstat amori.

relance.

niso
interea.

plauduntur.

B 5

Atque ubi nulla malis reperit solatia tantis:
 Tabidulamq; uidet labi per uiscera mortem:
 Quo uocat ire dolor. subigunt quo tendere fata,
 Fertur: & horribili præceps impellitur æstro:
 Vt patris ab demens crimem de uertice ferret
 Furtim, atque arguto detonsum mitteret hosti.
 Nanque hæc conditio miseræ proponitur una.
 Siue illa ignorans: quis non bonus omnia malit
bati sceleris. Credere, quam* scelere tanto damnare puellam?
 Heu tamen infelix (quid enim imprudentia prodest?)
 Nise pater: cui direpta crudeliter urbe,
 Vix erit una super sedes in turribus altis,
 Fessus ubi extructo possis confidere nido.
 Tu quoque auis moriere: dabit tibi filia pœnas.
 Gaudete o celeres subnixæ nubibus altis.
 Quæ mare, quæ uirides siluas, lucosq; sonanteis
 Incolitis: gaudete uagæ, blandæq; uolucres,
 Vosq; adeo humani mutatae corporis artus.
 Vos o crudeli fatorum lege puellæ
 Dauliades (crudele) uenit carissima uobis
 Cognatos augens reges, numerumq; suorum
 Ciris, & ipse pater: uos o pulcherrima quondam
 Corpora, cæruleas præuertite in æthera nubes,
 Qua nouus ad superum sedes Calchæius, & quæ
 Candida concessos ascendat Ceiris honores.

Iamq; adeo dulci deuinctus lumina somno
 Nisus erat: uigilumq; procul custodia primis
 Excubias foribus studio iactabat inani:
 Cum furtim tacito descendens Scylla cubili
 Auribus arreptis nocturna silentia tentat:
 Et pressis tenuem singultibus aëra captat.
 Tum suspensa leuans digitis uestigia primis

Egre

Egreditur: ferroq; manus armata bidenti
 Euolat: at demptæ subita in formidine uires,
 Cæruleas sua furta prius testantur ad umbras.
 Nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
 Vestibulo in thalami paulum remoratur; & altum
 Suspicit ad culti nutantia sidera mundi,
 Non accepta piis promittens munera Diuis.
 Quam simul Ogygi Phœnicis filia Charme
 Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
 Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
 Corripit extemplo fessam languore puellam:
 Et simul, o nobis sacrum caput, inquit alumna:
 Non tibi ne quidquam uiridis per uiscera pallor
 Aegrotas tenui suffudit sanguine uenas.
 Nec leuis hanc faciem (neque enim pote) cura subegit:
 Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallit.
 Nam quæ te caussa nec dulcis pocula Bacchi,
 Nec grauidos Cereris dicam contingere fetus?
 Quæ caussa ad patrium solam uigilare cubile:
 Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
 Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
 Dic age nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
 Iurabas nihil esse mihi, cum mæsta parentis
 Formosos circum uirgo morerere capillos?
 Hei mihi, ne furor ille tuos inuascri artus,
 Ille Arabis Myrrhæ quondam qui coepit ocellos,
 Vt scelere infando, quod nec sinit Adrasteia,
 Ledere utrunque uno studeas errore parentem.
 Quod si alio quouis animo iactaris amore:
 Nam te iactari, non est Amathusia nostri
 Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo:
 Sin concessus amor noto te macerat igne,

Per

Per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
 Prima Deum quae te mihi dulcem donat alumnam,
 Omnia me potius digna, atque indigna laborum
 Millia uisuram, quam te tam tristibus istis
 Sordibus, & scoria patiar tabescere tali.
 Haec loquitur molliq; ut se uelauit amictu,
 Frigidulam iniecta circumdat ueste puellam,
 Quae prius in tenui steterat succincta corona.
 Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
 Persequitur miseræ causas exquirere taleis.
 Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces,
 Marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
 Illa autem, quid nunc me, inquit, nutricula torques?
 Quid tantum properas nostros nouisse furoribus?
 Non ego consueto mortalibus uxor amore,
 Nec mihi notorum deflectunt lumina uultus,
 Nec genitor cordi est: uultro namque odimus omneis.
 Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
 In quo falsa tamen lateat pietatis imago:
 Sed media ex acie, mediis ex hostibus. eheu,
 Quid dicam? quouè ipsa malum hoc exordiar ore?
 Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere nutrix
 Non finis? extremum hoc munus morientis habeto.
 Ille uidet, nostris qui moenibus assidet hostis,
 Quem pater ipse Deum sceptri donauit honore,
 Cui parca tribuere nec ullo uulnere ladi:
 Dicendum est, frustra circumuehor omnia uerbis.
 Ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
 Quod te per Diuum crebros obtestor amores,
 Perq; tuum memoris haustum mihi pectus alumnae,
 Ut me si seruare potes, ne perdere malis.
 Sin autem optata spes est incisa salutis,

Ne mi

Ne mihi, quam merui inuideas nutricula mortem.
 Nam nisi te nobis malus, o malus optima Charme,
 Ante hunc conspectum casusue, Deusue tulisset:
 Aut ferro hoc (aperit ferrum quod ueste latebat)
 Purpureum patris dempsissem uertice crinem,
 Aut mihi praesenti peperissem uulnere lethum.
 Vix haec ediderat cum clade exterrita tristi
 Intonsos multo deturpat puluere crineis,
 Et grauer questu Charme complorat anili.
 O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
 O iterum nostra Minos inimice senectæ
 Semper: & aut olim nata o te propter eundem,
 Aut amor insane luctum portauit alumnae.
 Tene ego tam longe capta atque auecta nequiu,
 Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
 Effugere, ut sistam exitium crudele meorum?
 Iam iam nec nobis ea quae senioribus, ullum
 Copia uiuendi uitæ genus, ut quid ego amens
 Te erepta o Britomarti, mea spes una salutis,
 Te Britomarti diem potui producere uitæ?
 Atque utinam* Cereri, nec tantum grata Dianæ
 Venatus esses uirgo sectata uirorum,
 Cnosia neu Partho contendens spicula cornu
 Dictæas ageres ad gramina nota capellas:
 Nunquam tam obnixè fugiens Minois amores,
 Praeceptis aërcis specula de montibus isse:
 Unde alij fugisse ferunt, & numina Phocæ
 Virginis assignant: alij quo notior esses,
 Dictynnæ dixere tuo de nomine lunam.
 Sint hæc uera uelim: mihi certe gnata peristi.
 Nunquam ego te summo uolitantem in uertice montis
 Hyrcanos inter comites, agmenq; ferarum

celeri nom.

Con

Conspiciam, nec te redcuntem amplexa tenebo.
 Verum hæc tum nobis grauiæ, atque indigna fuere,
 Tum mea alumna, tui cum spes integra maneret:
 Et uox ista meas nondum uiolauerat aureis.
 Tene etiam fortuna mihi crudelis ademit?
 Tene o sola meæ uiuendi caussa senectæ?
 Sæpe tuo dulci nequidquam capta sopore,
 Cum premeret natura, mori me uelle negaui,
 Ut tibi Corycio glomerarem flammæ luto.
 Quo nunc me infelix, aut quæ me Numina seruant?
 An nescis qua lege patris de uertice summo
 Edita candentis prætexat purpura canos?
 Quæ tenui patriæ spes sit suspensa capillo?
 Si nescis, aliquam possum sperare salutem:
 Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum.
 Sin est, quod metuo: per me, mea alumna, tuumq;
 Expertum multis miseræ mihi rebus amorem,
 Per* me, & sacra precor per flumina Ilithyæ,
 Ne tantum in facinus tam nulla mente sequaris.
 Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
 Flectere Amor: neq; sit cum Diis contendere nostrum:
 Sed patris incolumi potius te nubere regno,
 Atq; aliquos tamen esse uelis tibi, alumna Penateis:
 Hoc unum exitio docta, atq; experta monebo.
 Quod si non alia poteris ratione parentem
 Flectere: sed poteris (quid enim non unica possis?)
 Tunc potius tamen ipsa, pro cum iure licebit,
 Cum facti caussam, tempusq; doloris habebis:
 Tunc potius conata tua, atq; incepta referto.
 Meq; Deosq; tibi comites, mea alumna, futuros,
 Polliceor: nihil est quod tæxas ordine longum.
 His ubi sollicitos animi releuauerat æstus

Vocibus,

Vocibus, & blanda pectus spe uicerat egrum:
 Paullatim tremebunda genis obducere uestem
 Virginis & placidam tenebris captare quietem,
 Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo,
 Incipit ad crebros insani pectoris ictus
 Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis.
 Noctem illam sic mæsta super morientis alumna
 Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
 Postera lux ubi læta diem mortalibus alium,
 Et gelido ueniens mani * quatibat ab Oeta,
 Quem pauide alternis fugitant, optantq; puellæ:
 Hesperium uitant, optant ardescere Solem.
 Præceptis paret uirgo nutricis, & omnis
 Vndiq; conquirat nubendi sædula caussas.
 Tentantur patriæ summissis uocibus aures,
 Laudanturq; bonæ pacis bonæ multus ineptæ
 Virginis insolito sermo nouus errat in ore.
 Nunc tremere instantis belli certamina dicit,
 Communemq; timere Deum: nunc Regis amicos,
 (Namq; ipso uerita est orbari mæsta parente)
 Cum Ioue communeis qui quondam habuere nepotes.
 Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
 Inuenit, & Diuum terret formidine ciueis:
 Nunc alia ex alijs, nec desunt, omnia querit:
 Quinetiam castos ausa est corrumpere uates:
 Ut, cum cæsa pio cecidisset uictima ferro,
 Essent, qui generum Minoæ auctoribus exstis
 Iungere, & ancipites suaderent tollere pugnas.
 At nutrix patula componens sulfura testa,
 Narcissum, castamq; herbas incendit olenteis:
 Terq; nouena ligat triplici diuersa colore
 Filatæ in gremium mecum, inquit, despuæ uirgo,

Despuæ

Hinc ma-
gno genera
da Ioui.

Despue ter uirgo numero Deus impare gaudet.
 *Inde Ioui geminat magno frigidula sacra,
 Sacra nec Idæis senibus, nec cognita Graijs.
 Pergit Amyclæo spargens altaria thallo,
 Regis Iolchiacis animum defigere uotis.
 Verum ubi nulla mouet stabilem fallacia Nisum,
 Nec possunt homines, nec possunt flectere Diui:
 Tanta est in paruo fiducia crime cauendi:
 Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumna,
 Purpureumq; parat rursus tondere capillum,
 Cum longo quod iam captat succurrere amori.
 Non minus illa tamen reuehi, quod moenia crescant;
 Gaudeat: & cineri patriæ est iucunda sepulto.
 Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
 Tum coma Sidonio florens succiditur ostro:
 Tum capitur Megara, & diuum responsa probantur:
 Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis,
 Per mare cæruleum trahitur Neseia uirgo.
 Complures illam Nymphæ mirantur in undis:
 Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
 Et cupidas secum rapiens Galatea sorores:
 Illa etiam, iunctis magnum quæ piscibus æquor,
 Et glauco bipedum curru metitur equorum,
 Leucothoë, paruusque Dea cum matre Palæmon.
 Illi etiam alternas sortiti uiuere lucas,
 suboles. Cara Iouis* soboles, magnum Iouis incrementum,
 Tyndaridæ niueos mirantur uirginis artus.
 Has adeo uoces, atque hæc lamenta per auras
 Fluctibus in mediis questu uoluebat mani,
 tendens. Ad cælum infelix ardentia lumina* tollens,
 Lumina: nam teneras arcebant uincula palmas.
 Supprinite o paulum turbati flamina uenti,

Dum

Dum queror: & Diuos, quanquam nil testibus illis
 Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
 Vos ego, uos adeo uenti testabar, & aura:
 Vos* Numantina si qui de gente uenitis,
 Cernitis. illa ego sum cognato sanguine uobis
 Scylla, quod ab salua liceat te dicere Procne.
 Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam:
 Certatim ex omni petiit quam Græcia regno,
 Qua curuus terras amplectitur Hellepontus:
 Illa ego sum Minos, sacrato foedere coniux
 Dicta tibi: tamen hæc, & si non accipis audis.
 Vincitane tam magni tranabo gurgitis undas?
 Vincita tot assiduas pendebo ex ordine luces?
 Non equidem me alio possum contendere dignam
 Supplicio: quod sic patriam carosque Penateis
 Hostibus immittiq; addixi ignara tyranno.
 Verum* est hoc, Minos, illos scelerata putauit,
 Si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
 Facturos: quorum direptis moenibus urbis,
 O ego crudelis flamma delubra petiui:
 Te uero uictore prius uel sidera cursus
 Mutatura suos quam te mihi talia captæ
 Facturum metui. iam iam scelus omnia uincit.
 Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
 Ten' ego? nec mirum, uultu decepta puella
 Ut uidi, ut perij: ut me malus abstulit error!
 Non equidem ex isto speraui corpore posse
 Tale malum nasci: forma, uel fidere fallor.
 Non me deliciis commouit regia diues,
 Diues corallo fragili, & lacrymoso electro,
 Me non florentes æquali corpore Nymphæ,
 Non metus incensam potuit retinere Deorum.

o Mantina.

esto hæc.

C

OMNIA vincit amor. quid enim non uinceret ille?
 Nec mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
 Pronuba nec castos accendet pinus odores,
 Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
 Magna queror. nec & illa quidem communis alumna
 Omnibus iniecta tellus tumulauit arena.
 Mene inter comites, ancillarumq; cateruas,
 Mene alias inter famularum munere fungi,
 Coniugis atq; tuæ, quæcunq; erit illa, beatæ
 Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
 At belli saltem captiuam lege necasses.
 Iam fessæ tandem fugiunt de corpore uires,
 Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
 Marmorea adductis labascunt brachia nodis.
 * Aequorei pisces, immania corpora Ponti,
 Undiq; conueniunt, & glauco in gurgite circum
 Verbere caudarum, atq; oris minitantur hiatu.
 Iam tandem casus hominum, iam respice Mimos,
 Sit satis hoc, tantum solam uidiſſe malorum:
 Vel fato fuerit nobis hæc debita pestis,
 Vel casu incepto, merita uel deniq; culpa.
 Omnia nam potius, quam te læſiſſe putabo,
 Labitur interea reuoluta ab litore classis,
 Magna repentino ſnuantur linthea Coro,
 Flebitur in uiridi remus sale, languida fessæ
 Virginis in cursu moritur querimonia longo.
 Deferit angustis inclusum faucibus Isthmon,
 Cypselidæ magni florentia regna Corinthe,
 Præterit abruptas Scironis protinus arceis,
 Infestumq; suis diræ testudinis exit
 Spelaum, multoq; cruentas hospite cautes.
 Iamq; adeo tutum longe Piræea cernit,

Aequorea
 pestes.

Et

Et notas secum heu frustra, respicit Athenas.
 Iam procul e fluctu Minoia respicit arua,
 Florentesq; uidet iam Cycladas hinc Strophadasq;
 Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermiona.
 Linquitur ante alias longe gratissima Delos
 Nereidum matri, & Neptuno Aegeo.
 Prospicit incinctam spumanti litore Cythnon,
 Marmoreamq; Paron, uiridemq; allapsa Donyſam,
 Aegin. unq; simul, sementiferamq; Seriphum.
 Fertur, & incertis iactatur ad omnia uentis.
 Cymba uelut magnas sequitur cum paruula classis,
 Afer & hiberno bacchatur in æquore turbo:
 Donec tale decus formæ uexauit, & ægros
 Non tulit, & miseros mutauit uirginis artus,
 Cæruleo pollens conuix Neptunia regno.
 Sed tamen externam squamis uestire puellam,
 Infidosq; inter teneram committere pisces
 Non statuit. nimium est auidum pecus Amphitrites,
 Aëreis potius sublimem sustulit altis,
 Eſſet ut in terris facti de nomine Ciris,
 Ciris Amycleo formosior ansere Ledæ.
 Ac uelut in niueo teneræ cum primitus ouo
 Effigies animantis & internodia membris
 Imperfecta nouo fluitant concreta calore:
 Sic liquido Scyllæ circumfusum æquore corpus
 Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
 Undiq; mutabant, atq; undiq; mutabantur.
 Oris honos primum, & multis optata labella,
 Et patulæ frontis species concreſcere in unum
 Cœpere, & gracili mentum producere rostro.
 Tum qua se medium capitis discrimen agebat,
 Ecce repente uelut patrios imitatus honores

C 2

membris.
 Purpuream concussit apex in uertice cristam.
 At *mollis uarios intexens pluma colores
 Marmoreum uolucris uestiuit tegmine corpus,
 Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas,
 Inde alias parteis, minioq; infecta rubenti
** noua ma-*
 Crura * nouamq; aciem obduxit squalida * pellis,
cies.
 Et pedibus teneris unguis confixit acutos
** pelle.*
 Et tamen hoc demum misera succurrere pacto
 Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
 Nunquam illam posthac oculi uidere suorum
 Purpureas flauo retinentem uertice uittas:
 Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,
 Nulla illam sedes. quid enim iam sedibus illis?
 Quæ simul ut sese cano de gurgite uelox
 Cum sonitu ad cælum stridentibus extulit alis,
 Et multum late dispersit in æquore rorem:
 Infelix uirgo nequidquam morte recepta
 Incultum solis in rupibus exigit æuum,
 Rupibus, & scopulis, & litoribus desertis.
 Nec tamen hoc iterum poena sine. namq; Deum Rex
 Omnia qui imperio terrarum millia uersat,
 Commotus talem ad Superos uolitare puellam,
 Cum pater extinctus cæca sub nocte lateret:
 Illi proprietate sua (nam sæpe tepenti
 Sanguine taurorum supplex resperferat aras:
 Sæpe Deum largo decorarat munere sedes)
 Reddidit optatam mutato corpore uitam,
 Fecit & in terris Haliaetus ales ut esset.
 Quippe aquilis semper gaudet Deus ille coruscus.
 Huic uero misera, quoniam damnata Deorum
 Iudicio gnatiq; & coniugis ante fuisset,
 Infesti apposuitq; odium crudele parentis.

Nanque

Nanq; ut in æthereo signorum munere præstans,
 Vnum quem duplici stellarum sidere uidis
 Scorpius alternis clarum fugat Oriona:
 Sic inter sese tristeis Haliaetus iras,
 Et Ciris memori seruant ad secula fato.
 Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis.
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
 Insequitur Nifus: qua se fert Nifus ad auras,
 Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

CORNELII SEVERI ÆTNA.

A Etna mihi, ruptiq; cauis fornacibus igneis,
 Et quæ tam fortes uoluant incendia caussæ:
 Quod fremat imperium quid raucos torqueat æstus,
 Carmen erit dexter uenias mihi carminis auctor:
 Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
 Seu tibi Dodone potior: tecumq; fauentes
 In noua Pierio properent à fonte sorores
 Vota: per insolitum Phœbo duce cautius itur.
 Aurea securi quis nescit secula regis?
 Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
 Venturisque malas prohiberet frugibus herbas,
 Annua sed saturæ complerent horrea messes,
 Ipse suo fuisset Bacchus pede, mellaq; lentis
 Pendere foliis, & pingui Pallas oliua,
 Secretos annis ageret cum gratia ruris.
 Non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
 Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
 Quis non Argolico defleuit Pergamon igni
 Impositam, & tristem gnatorum funere matrem,
 Aduersumue diem sparsumue in semine dentem?

C 3

Quis non periuræ doluit mendacia puppis,
 Desertam uacuo Mimoida litore questus?
 Quidquid in antiquum iactata est fabula carmen,
 Fortius ignotas molimur pectore curas:
 Qui tanto motus operi, quæ caussa perenneis
 Explicet in densum flammis, & ructet ab imo
 Ingenti sonitu moles, & proxima quæque
 Ignibus irriguis urat. mens carminis hæc est.
 Principio, ne quem capiat fallacia uatum,
 Sedes esse Dei, tumidisq; e faucibus ignem
 Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis
 Festinantis opus non est tam sordida Diuis
 Cura, neq; extremas ius est dimittere in arteis
 Sidera: subducto regnant sublimia celo
 Illa, neq; artificum curant tractare laborem.
 Discrepat a prima facies hæc altera uatum.
 Illis Cyclopas memorant fornacibus usos,
 Cum super incudem numerosa in uerbera fortes,
 Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen,
 Armarentq; Iouem. turpe est sine pignore carmen.
 Proxima uiuaces Aetnæi uerticis igneis
 Impia sollicitat Phlegræis fabula castris.
 Tentauere, nefas olim detrudere mundo
 Sidera, captiuiq; Iouis transferre Gigantes
 Imperium, & uicto leges imponere celo.
 His natura sua est alio tenuis: ima per orbis
 Squameus intortos sinuat uestigia serpens.
 Construitur magnis ad prælia montibus agger:
 Pelion ossa terit: summus premit ossam Olympus.
 Iam coaceruatas nituntur scandere moles:
 Impius & miles metuenda cominus astra
 Prouocat infestus cunctos ad prælia Diuos.

Prouo

Prouocat e admotis.

Iupiter e celo metuit: *dextramq; corusca
 Armatus* flamma remouet caligine mundum.
 Incursant uasto primum clamore Gigantes.
 Hic magno tonat ore pater, geminatq; fauentis
 Undiq; discordes comitum simul agmine uentos.
 Densa per attonitas funduntur fulmina nubes:
 Quin & in arma ruit quæcunq; potentia Diuum:
 Et Mars seuus erat, iam cetera turba Deorum.
 Stant utrinq; metus. ualidos tum Iupiter igneis
 Increpat, & *iacto proturbat fulmine monteis.
 Illinc deuictæ uerterunt terga ruinae,
 Infestæ Diuis acies, atq; impius hostis
 Præcepit cum castris agitur, materq; iacentis
 *Impellens uictos. tum pax est reddita mundo:
 Tum Liber celsa uenit per sidera celi.
 Defensiq; decus mundi nunc redditur astris.
 Gurgite Trimacrio morientem Iupiter Aetna
 Obruit Enceladum: uasti qui pondere montis
 Aestuat, & patulis exspirat faucibus igneis.
 Hæc est mendosæ uulgata licentia fame.
 Vatibus ingenium est: hinc audit nobile carmen,
 Plurima pars scenæ, uerum est fallacia. uates
 Sub terris nigros uiderunt carmine Maneis,
 Atq; inter cineres Ditis pallentia regna:
 Mentiti uates Stygias undasq; canesq;
 Hi Tytton septem strauere in iugera foedum.
 Sollicitant magna te circum Tantale poena,
 Sollicitantq; Scinim. Mimos tuasq; Aeace in umbris
 Iura canunt, iidemq; rotant Ixionis orbem,
 Quicquid & interius falsi sibi conscia terra est.
 Non est terra satis. speculantur numina Diuum.

dextraq;que
 coruscant
 flammam
 renouat.

uictor:

Amplexa
 est gnatos.

C 4

Nec metuunt oculos alieno admittere caelo.
 Norunt bella Deum: norunt abscondita nobis
 Coniugia, & falsa quoties sub imagine peccent.
 Taurus in Europen, in Ledam candidus ales:
 Iupiter ut Danaë pretiosus fluxerit imber,
 Debita carminibus libertas ista: sed omnis
 In uero mihi cura. canam quo feruida motu
 Aestuet Aetna, nouosq; rapax sibi congerat igneis.
 Quacunq; immensus terræ se porrigit orbis,
 Extremique maris curuis incingitur undis:
 Non totum est solidum. defit namq; omnis hiatu.
 Secta est omnis humus penitusq; cauata latebris,
 Exiles suspensa uias agit, utq; animantis
 Per tota errantes percurrunt corpora uenæ,
 Ad uitam sanguisq; omnis qua com meat idem,
 Terra uoragimibus conceptas digerit auras.
 Scilicet aut olim diuiso corpore mundi
 In maria, ac terras & sidera, fors data caelo
 Prima: secuta maris defeditq; infima tellus:
 Sed totis rimosa cauis, & qualis aceruius
 Exsilit imparibus iactis ex tempore saxis,
 Ut crebro intorsus spatium uacuata corymbos
 Pendeat in sese: stimuli quoq; terra figura
 In tenuis laxata uias, non omnis in arctum
 Nec stipata coit. siue illi caussa uetusta est,
 Nec nata est facies: seu liber spiritus intrâ
 Effugiens mollitur iter, seu lymphæ perenni
 Edit humum limo, furtimq; obstantia mollit.
 Aut etiam inclusi solidum exedere uapores,
 Atq; igni quæ sita uia est, siue omnia certis
 Pugnauere locis, non est hic caussa docendi,
 Dum stet opus caussæ. quis enim non credat inaneis

Esse

Esse sinus penitus, tantos emergere fonteis
 Cum uidet, ac torrentem imo se emergere hiatu
 Non ille ex tenui, uocemq; agat acta necesse est,
 Cum fluit: errantes arcessant undiq; & undas,
 Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.
 Flumina quinetiam latis currentia riuus
 Occasus habuere suos: aut illa uorago
 Direpta in præceps fatali condidit ore:
 Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
 Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.
 Quod si diuersos emittat terra canaleis
 Hospitium fluuiorum: aut semita nulla profecto
 Fontibus, & riuus constet uia, pigraq; tellus
 Conferta in solidum segnis sub pondere cesset.
 Quod si præcipiti conduntur flumina terræ,
 Condita si redeunt si qua ante incognita surgunt:
 Haud mirum clausis etiam si libera uentis
 Spiramenta latent. certis tibi pignora rebus,
 Atq; oculis hæsuræ uias dabit ordine tellus.
 Immensos plerumque sinus, & iugera pessum
 Intercepta leges, densæq; abscondita nocti.
 Prospectare procul Chaos ac sine fine ruinæ
 Cernis & in siluis spatiosa cubilia retro,
 Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.
 Incomperta uia est operum: tantum influit intra.
 Argumenta dabunt ignoti uera profundi.
 Tu modo subtileis animo duce percipe curas,
 Occultamq; fidem manifestis adstrue rebus.
 Nam quo liberior, quoq; est animosior ignis,
 Semper & inclusus, nec uectus sauior ira est
 Sub terra penitusq; mouens: hoc plura necesse est
 Vincula magis soluant, magis hoc obstantia pellant.

C 5

Confluuia.

150. Nec tamen in rigidos exit contenta canaleis
 Vis animæ: flamma auertit qua proxima cedunt:
 Obliquumq; secat, qua uisa tenerrima caussa est.
 Hinc terræ tremor, hinc motus, ubi densus hiatus
 Spiritus exagitat uenas, cessantiaq; urget.
 Quod si spissa foret, solidoq; instaret mani:
 Nulla daret miranda sui spectacula tellus:
 Pigraq; & in pondus confestim mobilis esset.
 Sed summis si forte putas concredere caussis
 Tantum opus, & summis alimentum uiribus oris,
 Quæ ualida in promptu cernis, ualidosq; recessus,
 Fallere: sed nondum tibi certa hæc lumine recto.
 Nanque illud quodcunque uacat specus omnis hiatus,
 Et res introitu soluant, adituq; patenti
 Conuersæ languent uires, animosq; remittunt.
 Quippe ubi contineat uentos, qua quiq; morantes
 In uacuo desint, cessat, tantumq; profundi
 Explicat erranteis & in ipso limine tardat.
 Angustis opus est turbare in faucibus illos.
 Feruet opus, densiq; fremunt, premiturq; ruina
 Hinc furtim Borea, atque Noto: nunc unus uterque.
 Hinc uenti rabies, hinc sæuo quassat hiatus.
 Fundamenta solo trepidant, urbesq; caducæ.
 Inde, neque est aliud, si fas est credere, mundo
 Venturam antiquam faciem, ueracius omen.
 Hæc primo species rerum, naturaq; terræ,
 Introrsus cessante solo trahit undiq; uenas.
 Aetna sui manifesta fides, & proxima uero est:
 Non illic, duce me, occultas scrutabere caussas:
 Occurrent oculis ipsæ, cogentq; fateri.
 Plurima nanque patent illi miracula monti.
 Hinc uasti terrent aditus, merguntq; profundo:

limite tar.
dat.

Corrigit hinc arctus, penitusq; quod exigit ultra.
 Hinc spissæ rupes obstant discordiaq; ingens
 Inter opus: nesciunt uarium, mediumq; coërcent:
 Pars igni domitæ, pars ignes ferre coactæ,
 Ut maior species Aetnæ succurrat inanis.
 Hæc illis sedes, tantarumq; area rerum est.
 Nunc opus artificem incendit caussamq; reposcit,
 Non illam parui, aut tenuis discriminis ignes
 Mille sub exiguo ponent tibi tempore ueras
 Res, oculiq; docent: res ipsæ credere cogunt.
 Quin etiam tactu moneant contingere toto,
 Si liceat: prohibent flammæ, custodiaque ignis
 Illi operum est: arcent aditu diuinæq; rerum.
 Ut maior species Aetnæ succurrat inanis,
 Cura sine arbitrio est: eadem procul omnia cernis.
 Nec tamen est dubium penitus quis torqueat Aetnam,
 Aut qui mirandus tantæ faber imperet arti.
 Pellitur exustæ glomeratus nimbus arenæ:
 Flagrantes properant moles: uoluuntur ab imo
 Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Aetnæ 200.
 Nunc fusca pallent incendia mista ruina.
 Ipse procul magnos miratur Iupiter igneis,
 Neue sepulta noui surgant in bella Gigantes,
 Neu Ditem regni pudeat, neu Tartara cælo
 Vertat: in occulto tantum premit omnia dextra
 Congeries operis, saxorum, & putris arena
 (Quæ nec sponte sua faciunt, nec corporis ulli
 Sustentata cadunt robustis uiribus) omnis
 Exigitur: uertit uasa omnia uertice sæuo:
 In densum congesta rotant, uoluuntque profundo.
 Hac caussa expectata ruunt incendia montis.
 Spiritus inflatis nomen languentibus aër.

varios me-
diosque.

Cor

N. 133

Nam prope natura par est uiolentia semper.
 Ingenium uelox illi motusque perennis.
 Verum opus auxilio est, ut pellat corpore: nullus
 Impetus est ipsi: qua spiritus imperat, audit.
 Nunc princeps, magnusque sub hoc duce militat ignis.
Huic. * Nunc quoniam in promptu est operis natura, solique,
 Vna ipsi uenti: quæ res incendia pascit,
 Cum subito cohibetur: inest quæ caussa silenti,
 Subsequar. immensus labor est, sed fertilis idem:
 Digna laborantis respondent præmia curis.
 Non oculis solum pecudum miranda fuere
 More nec effusis in humum graue pascere corpus:
 Nosse fidem rebus, dubiasque exquirere causas
 Sacra perurgentem, capiti que attollere celum:
 Scire quot, & quæ sint: cur magno talia mundo
 Principia occasus metuunt, ad sæcula pergunt:
 Et firma æternò religata est machina mundo.
 Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est:
 Cur illi breuior, cur isti peruolet orbis
 Annuus: ille monet, quæ certo sidera currant
 Ordine, quæue sua careant incondita cura.
 Scire uices etiam signorum & tradita iura:
 Nubila cur celo terræ denuntiet imbres,
 Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni:
 Tempora cur uariant anni, primaque iuuenta
 Ver præit æstatem: cur æstas ipsa senescit,
 Autumnoque obrepit hiems, & in orbe recurrit,
 Axem scire Helices, & tristem nosse cometen:
 Lucifer unde micet quæue Hesperus, unde Bootes:
 Saturni cur stella tenax cur Martia pugnax:
 Quo rapiant nautæ quo sidere linteæ tendant.
 Scire uias maris, & cæli prædicere cursus.
 Quo uolet Orion, quo Seirius incubet index,

Et quæcunque iacent tanto miracula mundo.
 Non digesta pati, nec aceruo condita rerum,
 Sed manifesta notis certa disponere sede
 Singula: diuini est animi, ac iucunda uoluptas.
 Sed prior hæc hominis cura est cognoscere terram, 250
 Et quæ nunc miranda tulit natura notare:
 Hæc nobis magna affinis cælestibus astris.
 Nam quæ, mortales, spes est quæ amentia maior,
 In Iouis errantem regno perquirere uelle:
 Tantum opus ante pedes transire & perdere segneis?
 Torquemur miseri in paruis, preminurque labantes,
 Dum sese pretio redimant: uerumque professæ,
 Tum demum uiles taceant, inopesque relicte,
 Noctes atque dies festinant arua coloni:
 Callent rure manus: glebarum usu experiuntur.
 Fertilis hæc: segetisque feracior, altera uitis:
 Hæc platanis humus, hæc herbis dignissima tellus:
 Hæc diti melior pecori, siluisque fidelis.
 Aridiora tenent oleæ: succosior ulmis
 Grata leues cruciant animos, & corpora caussæ,
 Horrea uti saturent, tumeant & dolia musto,
 Plenaque defecto surgant fenilia campo.
 Sic auidi semper, qua uisum est carius istis,
 Implendus sibi quisque bonus est artibus, illæ
 Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces,
 Scire quid occulto naturæ terra coercet:
 Nullum fallere opus, non multos cernere sacros
 Aetnæi montis fremitus, animunq; furentis:
 Non subito pallere sono, non credere, subter
 Scrutamur rimas, euertimus omne profundum.
 Queritur argenti semen nunc auræ uena,
 Torquentur flamma terræ, ferroque domantur,

Celestis migrasse minas ad Tartara mundi.
 Nosse quid impediatur uentos, quid nutriat igneis:
 Vnde repente quies, et multo foedere pax sit.
 Concresecant animi penitus: seu forte cauerna,
 Introitusque ipsi feruent: seu terra minutis
 Rara foraminibus, ne uenis abstrahat auras.
 Plenius hoc etiam rigido qua uertice surgit,
 Illinc infestus, atque hinc obnoxius, intus
 Vndique diuersas admittere cogitat auras,
 Et coniuuatis addit concordia uires:
 Siue introrsus agunt nubes, et nubilus Auster:
 Seu forsan flexere caput, tergoque feruntur.
 Praecipiti delata sono premit una, fugatque
 Torrentis curas, pulsataque corpora densat.
 Nam ueluti resonante diu Tritone canoro,
 Pellit opes collectus aquae, uictusque mouere
 Spiritus, et longas emugit buccina uoces,
 Carmineque irriguo magni cortina theatri.
 Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
 Quae tenuem impellens animam subremigat undam:
 Haud aliter submota furens torrentibus aura
 Pugnat in angusto, et magnum commurmurat Aetna.
 Credendum est etiam uentorum existere causas
 Sub terris simileis harum quas cernimus extra.
 Ut cum densa cremant inter se corpora turba
 Elisa in uacuum fugiant: et proxima secum
 Nomina tota trahunt, tutaque in sede resistunt.
 Quod si forte mihi quaedam discordia tecum est,
 Principiisque aliis credas consurgere uentos:
 Non dubium rupes aliquas, penitusque cauernas
 Proruere ingenti sonitu, casuque propinquas
 Diffugere impellique animas: hinc cernere uentos,

300

Aut

Aut humore etiam nebulas effundere largo:
 Ut campis, agrisque solent, quos obruit annis.
 Vallibus exoriens caligat nubilus aer.
 Flumina parua ferunt auras: uis proxima uento est.
 Eminus adspirat fortis, et uerberat humor,
 Atque haec in uacuo si tanta potentia rerum est,
 Hoc plura efficiant infra clausique necesse est.
 His agitur causis extra, penitusque coactis
 Exagitant uentos: pugnant in faucibus arcte.
 Pugnantes suffocant intus, ut unda profundo
 Terque quaterque exhausta graucis ubi perbibit Euros,
 Ingeminat fluctus, et primos ultimus urget:
 Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
 Spiritus, inuoluenisque suo sibi pondere uires,
 Densa per ardenteis exercet corpora uenas,
 Et quacunque iter est properat, transitque morantem,
 Donec confluuium reuolutis aestibus annis
 Exsilit, atque furens tota, uomit igneus Aetna.
 Quod si forte putas iisdem decurrere uentos
 Faucibus, atque iisdem pulsus remeare: notandas
 Res oculis locus ipse dabit, cogetque negare.
 Quamuis caeruleo siccus sic frigeat aether,
 Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro,
 Illinc obscura semper caligine nubes,
 Pigra aque defuso circum stupet humida uultu:
 Prospektat sublimis opus, uastosque recessus.
 Non illam uidet Aetna, nec ullo intercipit aestu:
 Obsequitur quacunque iubet leuis aura reditque
 Placanteis etiam caelestia Numina thure,
 Summo cerne iugo uel qua liberrimus Aetna
 In prospectus hiat, tantarum semina rerum,
 Si nihil iritet flammam, stupeatque profundum.

Esue.

Huic

Huic igitur credis, torrens ut spiritus ille,
 Qui rupes terramque uorat, qui fulminat igneis,
 Cur egit uires & præceps flexit habenas.
 Præsertim ipsa suo decliua pondere nunquam
 Corpora diripiant: ualidoq; absolueret arcu.
 Quod, nisi fallor, adest species: tantusq; ruinis
 Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
 Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetque,
 350 — Sparsa liquore manus sacros ubi uentilat igneis?
 Verberato re tamen, pulsataque corpora nostra
 Incurfant: adeo tenuis uim caussa repellit,
 Non cinerem stipulamue leuem, non arida sorbet
 Gramina: non tenuis plantis liquor exit iisdem
 odoratis. Surgit* adoratis sublimis fumus ab aris,
 Tanta quies illi est & pax innoxia parti.
 Siue peregrinis igitur propriisue potentes
 Coniurant animæ caussis: ille impetus ignis
 Et montis parteis atras subuertit arena,
 Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris,
 Ardenteisq; simul flammæ, ac fulmina rumpunt.
 Haud aliter, quam cum pronò iacere sub Austro,
 Aut Aquilone fremunt siluæ, dant brachia nodo
 Implicitæ, hæc serpunt iunctis incendia ramis.
 Nec te decipiant stolidi mendacia uulgi,
 Exhaustos cessare sinus: dare tempora rursus,
 Ut rapiant uires, repetantq; in proelia uicti:
 Pelle nefas animo mendacemq; exue famam.
 Non est diuinis tam sordida rebus egestas:
 Nec paruas mendicat opes nec corrogat auras.
 Præsto sunt operi uentorum examina semper,
 Caussa latet, quærunt pariter, coguntq; morari.
 exhausta. Sepe premit fauces magnis* exstructa ruinis

Con

Congeries clauditq; uias luctamine ab imo,
 Et scisso ueluti tecto sub pondere præsto est:
 Haud secus ac teneros cum* secum frigida* monti
 * Desidia est, tutoq; licet discedere monteis:
 Post ubi continuere moram, uelocius urgent,
 Pellunt oppositas moles, ac uincula rumpunt.
 Quicquid in obliquum est frangunt iter: acrior ictu
 Impetus exoritur: magnis operata rapinis
 Flamma micat latoq; ruens exundat in agros:
 Si cessant a rure, ferunt spectacula uenti:
 Nunc superant quæcunq; regunt incendia siluæ,
 Quæ flammæ alimenta uocent quid nutriat Aetna,
 Incendi poterunt illis uernacula caussis
 Materia oppositumq; igni genus utile terrent.
 Vritur assidue calidus nunc sulfuris humor,
 Nunc spissus crebro præbetur umine succus:
 Pingue bitumen adest, & quidquid cominus atras
 Irritat flammæ: illius corporis Aetna est.
 Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes,
 Infectæ erumpunt & aquæ radice sub ipsa.
 Pars oculis manifesta iacet: quæ corpore dura est,
 Ac lapis: in pingui feruent incendia succo.
 Quin etiam uarie quædam sine* nomine saxa
 Toto monte liquant: illis custodia flammæ
 Vera, tenaxq; data est: sed maxima caussa molaris
 Illius incendi lapidis sic uindicat Aetnam. — 400
 Quem si forte manu teneas, & robore cernas,
 Nec seruare putes ignem, nec spargere posse.
 Sed simul ac ferro quæras, respondet & ictu
 Scintillat calor, hunc multis circumdare flammis,
 Et potes extorquere animos. atq; exue robur,
 Fundetur ferro citius. nam mobilis illi,

sicco.
 monte.
 Desudant.

uicissime.

D

Et metuens natura mali est, ubi cogitur igni.
 Sed simul atq; hausit flammam, non tutior haustu
 Vlla domus seruans aciem, duramq; tenaci
 Septa fides: tutum est illi, patientia uicto,
 Vix unquam redit in uires, atq; emouit ignem.
 Totus enim denso stipatur robore: tarda
 Per tenuis admissa uias incendia nutrit,
 Cunctanterq; eadem, pigreque accepta remittit,
 Nec tamen hoc uno quod montis plurima pars est,
 Vincit, & incendi caussam tenet: illa profecto
 Miranda est lapidum uiuax, animosaq; uirtus.
 Cetera materies, quaecunq; est fertilis igni,
 Ut semel accensa est, moritur: nec restat in illa,
 Quod repetas: tantum cinis, & sine semine terra est.
 Hic semel atq; iterum patiens, ac mille perhaustis
 Ignibus instaurat uires: nec desinit ante,
 Quam leuis* excocto defecit robore pumex.
 In cinerem, putreisq; iacet delapsus arenas.
 Cerne locis etiam similes arfisse cateruas.
 Illic materiae nascentis copia maior:
 Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris,
 Quod nullas adiunxit opes, & languit ignis.
 Dicitur insidiis flagrans Aenaria quondam
 Nunc extincta super tectisq; Neapolin inter
 Et Cumas locus est, multis iam frigidus annis:
 Quamuis aeternum pinguescat ab ubere sulfur,
 In mercem legitur tanto est secundior Aetna
 Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
 Sulfur enim solum nec obesa cacumine terra est,
 Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.
 Sed raro fumat, qui uix, si accenditur, ardet:
 In breue mortaleis flammam quod copia nutrit,

exhausto.

Insula

Insula durata Volcani nomine sacra.
 Pars tamen incendi maior refrigit, & alto
 Lactatas recipit classeis, portuq; tuetur.
 Quae restat, minor & diues satis ubere terra est:
 Sed non, Aetnaeis uires quas conferat, illi.
 Atq; haec ipsa tamen iam quondam extincta fuisset,
 Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
 Materiam, siluamq; suam, pressoq; canali
 Huc illuc ageret uentos, & pasceret igneis.
 Sed melius res nota ipsa est spectataq; ueris
 Occurrit signis: nec tentat fallere pestem,
 Nam circa latera, atq; imis radicibus Aetna
 Candentis efflat lapides, disiectaq; saxa
 Inter eunt uenis, manifesto, ut credere possis
 Pabula, & ardenti caussam lapidem esse molarem:
 Cuius defectus ieiunus colligit ignis.
 Ille, ubi collegit flammam, iacit & simul ictu
 Materiam accendit, cogitq; liquefcere secum.
 Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra.
 Si lenitur opus, restat magis: uritur illic,
 Sollicitatq; magis uicina incendia saxum,
 Certaq; uenturae praemittit pignore flammæ.
 Nam simul atque mouet curis, turbamq; minutus
 Diffugit: extemploq; solum trahit ictaq; ramis,
 Et graue sub terra murmur demonstrat, & igneis.
 Tum pavidum fugere, & sacris tum credere rebus,
 Parere & tuto speculareris omnia colli.
 Nam subito efferuent onerosa incendia raptis:
 Accensæ subeunt moles, truncaque ruinae:
 Prouoluunt, atq; atra sonant examina arenae:
 Nec recipit flammam mons, hic defessus anhelat,
 Atq; aperit se hostis, decrefcit spiritus illic.

D 2

Haud aliter, quam cum leto deuicta tropæo
 Prona iacet campis acies, & castra sub ipsa.
 Tum si quis lapidum summo pertabit igni:
 Asperior sopita, & quædam sordida sax est:
 Qualem purgato cernes discedere ferro.
 Verum ubi paulatim exsiluit sublata caducis
 Congeries saxis, angusto uertice surgunt.
 Sic ueluti in fornace lapis torretur, & omnis
 Exuitur penitus uenis, subit altius humor
 Amisissis opibus, leuis sine pondere pumex
 Excoquitur: liquor ille magis seruare magisq;
 Fulminis in speciem mitis procedere tandem
 Incipit, & primis demittit collibus undas:
 Illæ paulatim bis sena in millia pergunt.
 Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat:
 Nulla tenet frustra moles: simul omnia pugnant.
 Nunc siluas, rupesq; uorant hæc tela, solumq;
 Ipsa adiutat opes, facileisq; sibi induit annos,
 Quod si forte cauis cunctatus uasibus hæsit,
 Vipote inæqualeis uoluens perpascitur agros,
 Ingeminat fluctus, & stantibus increpat undis.
 Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu,
 Ac primum tenuis sinus agit ultteriores
 Progrediens late diffunditur, & succernens.
 Flumina consistunt ripis, ac frigore durant,
 Paulatimq; ignes coeunt, ac flammea mæsis.
 Exurit facies tunc prima: ut quæque rigescit,
 Effumat moles, atq; ipso pondere tracta
 Voluitur ingenti strepitu præcepssq; sonanti,
 Cum solido inflexa est, pulsanteis dissipat ictus,
 Et qua disclusa est, candenti robore fulget,
 Et micat examen plagis ardentia saxa.

Scin

Scintillat procul esse fide, procul esse Truentes.
 Incolumi feruore cadunt. uerum impetus ignes
 Si fumant quondam ut ripas traiececit annis:
 Vix cunctis quisquam fixo dimouerit illas.
 Vicenos per sæpe dies iacet obruta moles,
 Sed frustra certis disponere singula causis
 Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax,
 Materiam ut credas aliam, furere igne fauillam,
 Plurima proprietate simul concrescere: sicq;
 Commistum uento flagrare bitumine sulfur.
 Nam post^t exhaustam cretam quoq; robora fundit:
 Et figulos huic esse fidem dein frigoris usu
 Duritiem reuocare suam, & constringere uenas:
 Sed signum commune leue est, atq; irrita causa,
 Quæ trepidat: uerum ubi certo pignore constat.
 Nam uelut arguti natura est æris & ignis,
 Cum domitum constat, eademq; & robore saluo,
 Vtranque ut possis æris cognoscere portam:
 Haud aliter lapis ille tenet seu forte madenteis
 Effluit in flammam, seu sit securus ab illis:
 Conseruatque notas, nec uultu perdidit igneis.
 Quin etiam externam multis color ipse resoluit,
 Non odor aut leuitas putris magis ille magisque
 Vna operis facies, eadem perque omnia terra est.
 Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
 Interius furere accensos: hæc propria uirtus.
 Quin ipsi quædam Siculi cognomina saxis
 Imposuere: Fricas etiam ipso nomine stignant
 Fusilium esse notas nunquam tamen illa liquecunt,
 Quamuis materies foueat succosior intus,
 Nec penitus uenæ fuerint commissa molari.
 Quod si quis lapidis miratur fusile robur:

exustam.

D 3

f. Omnia-
que e.

Cogitet obscuri uerissima dicta libelli
 Heracleiti & ibi nihil insuperabile gigni,
 *Omnia quæ rerum natura semina iacta.
 Sed nimium hoc mirum: densissima corpora sepe,
 Et solido uicina, tamen compescimus igni.
 Non animos æris flammis succumbere cernis?
 Lentitiem plumbi non exuit: ipsaq; ferri
 Materies prædura, tamen subuertitur igni,
 Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
 Exsudent pretium. quædam fortasse profundo
 Incomperta iacent similiq; obnoxia forti.
 Nec locus ingenio est: oculi te iudice uincunt.
 Nec lapis ille riget percussus: & ignibus obstat,
 Si paruis torrere uelis: celoq; patenti
 Caudentem, pressumq; agedum fornace coërce:
 Nec sufferre potest, nec sæuum durat in hostem:
 Vincitur, & soluit uires, captusq; liquefcit.
 Quæ maiora putas autem tormenta moueri
 Posse manu: quæ tanta putas incendia nostris
 Sustentari opibus, quantis fornacibus Aetna
 Uritur, a sacro nunquam non fertilis igne?
 Sed non qui nostro feruet moderatior usu,
 Sed celo propior: uel quali Iupiter ipse
 Armatus flamma est, his uiribus additus ingens
 Spiritus, adstrictis elisæ faucibus: ut cum
 Fabriles operæ rudibus contendere mæsis
 Festinant igneis quatiunt, folleisq; trementeis
 Exanimant, pressosq; instigant agmine uentos.
 Hæc operis fama est, sic nobilis uritur Aetna.
 Terra foraminibus uires trahit, urget in arctum,
 Spiritus incendi uiuit per maxima saxa.
 Magnificas * laudes, operosaq; uisere templa

edes.

Dini

Diuitiis hominum aut sacra memorare uetusta
 Traduce materia, & tetrus per proxima fatis
 Currimus, atq; audi ueteris mendacia famæ
 Eruimus, cunctasq; libet percurrere genteis.
 Nunc iuuat Ogygiis circumdata mœnia Thebis,
 Cernereq; & fratres: ille impiger, ille canorus
 Condere felices alieno interserit æuo.
 Inuitata pio nunc carmine saxa lyraq;
 Nunc gemina ex uino fumantia saxa uapore
 Miramur, septemq; Duces, raptumq; profundo.
 Detinet Eurotas illic & sparsa Lycurgi,
 Et sacer in bellum numerus sua turba recenti.
 Nunc hic Cecropiæ uariis spectantur Athenæ
 Carminibus, gaudentq; sua uictrice Mimerua.
 Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu
 Candida sollicito permittere uela parenti.
 Tu quoque Athenarum carmen tam nobile sidus
 Erigone: sedes uestra en Philomela canoris.
 Euocat in siluis, & tu soror hospita tectis
 Acciperis: solis Tereus ferus exulat agris.
 Miramur Troiæ cineres, & flebile uictis
 Pergamon, extinctosq; suos Phrygas: Hectora primunt:
 Conspicimus magni tumulum Ducis, hic & Achilles
 Impiger, & uictus magni iacet Hectoris ultor.
 Quin etiam Graiæ fixos tenuere tabellæ,
 Signaue, nunc Paphiæ rorantes parte capilli,
 Sub truce nunc parui ludentes Colchide gnati.
 Nunc tristes circa subiectæ altaria ceruæ,
 Velatusq; pater, nunc gloria uiua Myronis:
 Quin etiam illa manus operum, turbæq; * morantem.
 Hæc uisenda putas terræ dubiusq; marisq;
 Artificis naturæ ingens opus adspice, nulla

minaces.

D 4

Cum tanta humanis Phoebus spectacula cernes
 Præcipueque uigil, feruens, cum Scirius ardens.
 Insequitur miranda tamen sua fabula montem:
 Nec minus ille pius, quanquam sors nobilis ignis.
 Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis,
 Et uelut euersis penitus fornacibus ignes,
 Et uecta in longum rapidis feruoribus unda:
 Haud aliter seuo quam cum Ioue fulgurat æther,
 Et nitidum obscura cælum caligine torquet,
 Ardebant aruis segetes, & mollia culta
 Iugera cum dominis, siluæ, collesq; uirentes.
 Vix dum castra putant hostem mouisse, tremebant:
 Et iam finitimæ portas euaserat urbis.
 Tum uero ut cuiq; est animus uiresq; rapina
 Tutari conantur opes. gemit ille sub auro:
 Colligit ille arma, & stulta ceruice reponit.
 Defectum raptis illum sua carmina tardant.
 Hic uelox nimium properat sub pondere pauper:
 Et quod cuiq; fuit cari fugit ipse sub illo.
 Sed non incolumis dominum sua præda secuta est.
 Cunctanteis uorat ignis, & undiq; torret auaros,
 Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
 Concrepat ac nullis parsura incendia pascunt,
 Vel solis parsura* piis. nanq; optima proles
 Amphinomus fraterq; pari sub munere fortes,
 Cum iam uicinis streperent incendia tectis,
 Adspiciunt pigrumq; patrem matremque senemque,
 Eheu defessos posuisse in limine membra.
 Parcite auara manus, dites attollite prædas:
 Illis diuitie solæ, materque paterque:
 Hanc rapiunt prædam, medium exire per ignem
 Ipso dante fidem properant o maxima rerum,

Et

Et merito pietas, homini tutissima uirtus.
 Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
 Et quacunq; ferunt illi uestigia cedunt.
 Felix illa dies, illa est innoxia terræ.
 Dextra seuo tenent, læuæque incendia feruent.
 Ille per obliquos ignes, fraterque triumphans,
 Tutus uterque pio sub pondere sufficit illa:
 Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
 Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
 Salua ferunt: illos mirantur carmina uatum.
 Illeque se posuit claro sub nomine Ditis.
 Nec sanctos iuuenis attingunt sordida fata:
 Sed uere cessere domus, & iura piorum.

EIVSDEM COR. SEVERI CAR-
 MEN IN OBITVM M. T. CICE-
 RONIS EX LIBRIS DE
 BELLO CIVILI.

O Raque magnanimum spirantia pene uirorum
 In Rostris iacuere suis: sed enim abstulit omnes
 Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
 Tunc redeunt animis ingentia Consultis acta,
 Iuratæq; manus, deprensæq; sædera noxæ:
 Patritiumq; nefas etiam tum, ut pœna Cethegi,
 Deiectusq; redit uotis Catilina nefandis.
 Quid fauor, aut coetus, pleni quid honoribus annis
 Profuerunt, sacris & uita quid artibus acta?
 Abstulit una dies æui decus, ictaque luctus
 Conticuit Latiae tristis facundia lingue,
 Vnica sollicitis quondam tutela, salusq;
 Egregium semper patriæ caput: ille senatus
 Vindex, ille fori, legum, ritusq; togæq;.

D 5

Publica uox sauis aeternum obmutuit armis.
 Informes uultus, sparsamq; cruore nefando
 Caniciem, sacrasq; manus, operumq; ministras
 Tantorum, pedibus ciuis proiecta superbis
 Proculcauit ouans: nec lubrica fata, Deosq;
 Respexit. nullo luet hoc Antonius aeuo.
 Haec nec in Emathio mitis uictoria Perse,
 Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.
 Inq; triumphato ludibria cuncta Iugurtha
 Abfuerant: nostraq; cadens ferus Annibal ira
 Membra tamen Stygias tulit inuiolata sub umbras.

M O R E T V M I N C E R T I

A V C T O R I S.



Am nox hibernas bis quinq; peregerat horas,
 Excubitorq; diem cantu praedixerat ales,
 Simulus exigui cultor cum rusticus horti,
 Tristia uenturae metuens ieiunia lucis,
 Membra leuat sensim uili demissa grabato,
 Sollicitaque manu tenebras explorat inertis,
 Vestigatque focum: laesus quem denique sensit.
 Paruulus exusto remanebat stipite fumus,
 Et cinis obductae calabat lumina prunae:
 Admouet his pronam summissa fronte lucernam,
 Et producit acu stupas humore carentis,
 Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
 Tandem concepto tenebrae fulgore recedunt,
 Oppositaque manu lumen defendit ab aura,
 Et reserat clausa, quae prauidet, ostia clauis.
 Fusus erat terra frumenti pauper aceruus:
 Hinc sibi depromit quantum mensura petebat,

Qua

Quae bis in octonas excurrit pondere libras.
 Inde abit assistitq; mola: paruaq; tabella,
 Quam fixam paries illos seruabat in usus,
 Lumina fida locat. geminos tunc ueste lacertos
 Liberat, & cinctus uillosae tegmine caprae
 Peruerit cauda silices gremiumq; molarum.
 Admouet inde manus operi, partitus utranque:
 Laeva ministerio, dextra est intenta labori.
 Haec rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
 Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
 Interdum fessae succedit laeva sorori,
 Alternatque uices: modo rustica carmina cantat,
 Agrestiq; suum solatur uoce laborem.
 Interea clamat Cybale: haec erat unica custos,
 Afra genus, tota patriam testante figura,
 Torta comam, labroque tumens, & fusca colore:
 Pectore lata iacens mammis compressior aluo,
 Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta:
 Continuis rimis calcanea scissa rigeant.
 Hanc uocat, atque arsuram focis imponere ligna
 Imperat, & flamma gelidos adolere liquores:
 Postquam impleuit opus iustum uersatile finem:
 Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
 Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso:
 Subsedit sincera foraminibusq; liquatur
 Emundata Ceres. leui tum protinus illam
 Componit tabula, tepidas superingerit undas:
 Contrahit admistos tum fonte is, atque farinas
 Transuersat durata manu, liquidoque coacto
 Interdum grumos spargit sale, iamque subactum
 Format opus, palmisq; suum dilatat in orbem,
 Et notat impressis aequo discrimine quadris.

Infert

Infert inde foco (Cybale mundauerat aptum
 Ante locum) testisq; tegens super aggerat igneis.
 Dumq; suas peragit Vulcanius, testaq; partes,
 Simulus interea uacua non cessat in hora:
 Verum aliam sibi quærit opem: neu sola palato
 Sit non grata Ceres, quas iungat, comparat escas,
 Non illi suspensa focum carnaria iuxta,
 Durati sale terga suis, tunciq; uacabant:
 Traiectus medium sparto sed caseus orbem,
 Et uetus adstricti fascis pendebat anethi:
 Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.

Hortus erat iunctus casula, quem uimina pauca,
 Et calamo redimita leui munibat arundo:
 Exiguus spatio, uariis sed fertilis herbis.
 Non illi deerat quod pauperis exigit usus.
 Interdum locuples a paupere plura petebat.
 Nec sumptus erat illud opus, sed regula curæ.
 Si quando uacuum casula, pluuiæue tenebant,
 Festaue lux, si forte labor cessabat aratri,
 Horti opus illud erat, uarias disponere plantas
 Norat, & occultæ committere semina terræ,
 Vicinosque apte cura summittere riuos.
 Hic olus, hic late fundentes brachia beta,
 Fecundusq; rumex, maluaq; inulaq; uirebant.
 Hic* cicer, & capiti nomen debentia caepe.
 Hic etiam nocuum capiti, gelidumq; papauer,
 Grataque nobilium requies lactuca ciborum,
 Et grauis in latum demissa cucurbita uentrem.
 Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
 Sed populi prouentus erat, *certisq; diebus
 Venaleis olerum fasceis portabat in urbem:
 Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat,

ficer.

Nonisq;ue.

Vix unquam urbani comitatus merce macelli.
 Capa rubens, sectiq; famem domat area porri,
 Quæque trahunt acri uultus nasturtia morsu,
 Intubaque, & Venerem reuocans eruca morantem.
 Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum:
 Ac primum leuiter digitis tellure refoffa,
 Quatuor educit cum spissis halia fibris.
 Inde comas apij gracileis, rutamq; uirentem
 Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
 Hæc ubi collegit, latum confedit ad ignem:
 Et clara famulam poscit mortaria uoce.
 Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
 Et summis spoliat coriis, contemptaq; passim.
 Spargit humi, atque abicit: seruatum gramine bulbum
 Tingit aqua, lapidisq; cauum demittit in orbem.
 Hinc salis* inspergit micas, sale durus adesto
 Caseus adicitur, dictas superingerit herbas,
 Et leua uestem setosa sub inguina fulcit.
 Dextera pistillo primum fragrantia mollit
 Halia: tum pariter misto terit omnia succo.
 It manus in gyrum: paulatim singula uires
 Deperdunt proprias, color est e pluribus unus.
 Nec totus uiridis, quia lactea frustra repugnant:
 Nec de lacte nitens, quia tot uariatur ab herbis.
 Sæpe uiri nares acer iaculatur apertas
 Spiritus, & summo damnat sua prandia uultu.
 Sæpe manu summa lacrymantia lumina tergit,
 Immeritoque furens dicit conuitia fumo.
 Procedebat opus, non iam salebrosus, ut ante,
 Sed grauior lentos ibat pistillus in orbis,
 Ergo Palladij guttas instillat oliui,
 Exiguiq; super uires infundit acetæ,

adspergit.

Vix

Atq;

Atque iterum commiscet opus, mistumque retractat.
 Tum demum digitis mortaria tota duobus
 Circuit, inque globum distantia contrahit unum:
 Constet ut effecti species, nomenque moreti.
 Erunt interea Cybale quoque sedula panem:
 Quem lotis recipit manibus, pulsoque timore
 Iam famis, inque diem securus Simulus illam,
 Ambit crura ocreis paribus, tectusque galero
 Sub iuga parentes cogit lorata iuuenos,
 Atque agit in segetes, et terrae condit aratrum.

V A L E R I I C A T O -
 N I S D I R A E.



B Attare cycneas repetamus carmine uoces:
 Diuisas iterum sedes, et rura canamus,
 Rura, quibus diras indiximus, impia uota,
 Ante lupos rapiant hœdi, uituli ante leones,
 Delphini fugient pisceis, aquilæ ante columbas,
 Et conuersa retro rerum discordia gliscet
 fient. Multa prius, fuerit quam non mea libera auena.
 Montibus, et siluis dicam tua facta, Lycurge,
 Impia Trimacriæ sterilecant gaudia nobis.
 Nec secunda senis nostri, felicia rura,
 Semina parturiant segetes, non pascua colles,
 Non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas.
 Ipse non siluæ frondes, non flumina montes.
 Rursus, et hoc iterum repetamus Battare carmen.
 Effetas Cereris sulci condatis auenas:
 Pallida flauescant æstu sitientia prata:
 Immatura cadant ramis pendentia mala:
 Desint et siluis frondes et fontibus humor;

Nec

Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
 Hæc Veneris uario florentia ferta decore,
 Purpureo campos quæ pingit auena colore.
 Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri
 * Mittant pestiferos æstus, et tetra uenena.
 Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
 Sic precor: et nostris superent hæc carmina uotis.
 Ludimus, et multum nostris cantata libellis
 Optima siluarum, formosis densa uiretis.
 Tondemus uirideis* umbras: nec læta comanteis
 Iactabis molleis ramos inflantibus auris,
 Nec mihi sepe meum resonabit Battare carmen.
 Militis impia cum* succedet dextera ferro,
 Formosæque cadent umbræ, formosior illis
 Ipsa cades, ueteris domini felicia ligna
 Nequidquam nostris toties deuota libellis:
 Ignibus æthereis flagrabunt. Iupiter ipse,
 Iupiter hanc aluit: cinis hæc tibi fiat, oportet.
 Thracis tum Boreæ spirent immania uires:
 Eurus agat mistam fulua caligine nubem:
 Africus immineat nimbis minitantibus imbrem:
 Cum tua cyaneo resplendens æthere silua
 Noscet iter, dicens Erebo tua Lydia Ditis.
 Vicinæ flammæ rapiant ex ordine uiteis:
 Pascantur segetes, diffusis ignibus aura
 Transuolet arboribus coniungat et arbor aristas.
 Pertica quæ nostros metata est impia agellos,
 Quæ nostri fines olim: cinis omnia fiant.
 Sic precor, et nostris superent hæc carmina uotis.
 Undæ, quæ uestris pulsatis litora lymphis,
 Litora, quæ dulceis auras diffunditis agris,
 Accipite has uoces: migret Neptunus in arua

Ne uent.

frondeis
 alias her
 bas.
 succidet.

Flucti

Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
 Qua Vulcanus agros pastor Iouis ignibus arcet,
 Barbara dicatur Libyce soror altera Syrtis.
 Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
 Nigro multa mari dicunt portenta natate,
 Monstra repentinis terrentia sepe figuris;
 Cum subito emersere furenti corpora Ponto.
 Hec agat infesto Neptunus caeca tridenti,
 Atrum conuertens aestum maris undiq; uentis.
 Et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
 Dicantur mea rura ferum mare, nauta caueo
 Rura, quibus diras indiximus impia uota.
 Si minus, heu, Neptune tuis infundimus aris,
 Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
 Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
 Nil est, quod perdam ulterius merita omnia, dixi.
 Flectite currenteis lymphas uaga flumina retro,
 Flectite, & aduersis rursum diffundite campis.
 Incurrant amnes passim remeantibus undis,
 Nec nostro seruire sinant erroribus agros:
 Dulcius hoc, memini, reuocasti Battare carmen.
 Emanent subito sicca tellure paludes,
 Et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim:
 Occupet arguti grylli caua garrula rana.
 Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen,
 Præcipitent altis spumantes montibus imbres,
 Et late teneant diffuso gurgite campos:
 Quæ dominis infesta mimantes stagna relinquunt,
 Vnde relapsa meos agros peruenerit unda.
 Piscetur nostris in sinibus aduena arator:
 Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
 Prætorum. O male deuoti* prætorum crimine agelli,

Tuq;

Tuq; inimica tui semper discordia ciuis.
 Exsul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui,
 Miles ut accipiat funesti præmia belli.
 Hinc ego de tumulto mea rura nouissima uisam:
 Hinc ibo in siluas: obstabunt iam mihi colles:
 Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
 Dulcia rura ualete, & Lydia dulcior illis,
 Et casti fontes, & felix nomen agelli.
 Tardius, ah, misera descendite monte capelle:
 Mollia non iterum carpetis pabula nota.
 Tuq; resiste pater: en prima, nouissima nobis
 Intueor campos: longum manet hostis in illis.
 Rura ualete iterum, tuq; optima Lydia salue:
 Siue eris, & si non, mecum morieris, utrunq;
 Extremum carmen reuocemus Battare auena.
 Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
 Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:
 Migrabunt casus aliena in corpora rerum,
 Quam tua de nostris emigret cura medullis.
 Quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo.
 Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
 Inuideo uobis agri, formosaq; prata:
 Hoc formosa magis, mea quod formosa puella
 Est uobis. tacite uestrum suspirat amorem.
 Vos nunc illa uidet, uobis mea Lydia ludit.
 Vos nunc alloquitur, uos nunc aridet ocellis,
 Et mea summissa meditatur carmina uoce,
 Cantat, & interea, mihi quæ cantabat in auren.
 Inuideo uobis agri: discetis amare.
 O fortunati nimium, multumq; beati,
 In quibus illa pedis niuei uestigia ponet:
 Aut roseis digitis uiridem decerpserit uiam,

E

(Dulci namq; tumet nondum viticula Baccho)
 Aut inter varios Veneris stipendia flores
 Membra reclinarit, teneramq; illiserit herbam,
 Et secreta meos furtim narrabit amores.
 Gaudebunt siluæ gaudebunt mollia prata,
 Et gelidi fontes, auisumq; silentia fient.
 Tardabunt* riuus labentes currere lymphæ,
 Dum mea iucundas exponat cura querelas.
 Inuideo uobis agri: mea gaudia habetis,
 Et uobis nunc est, mea quæ fuit ante, uoluptas.
 * At mihi tabescunt morientia membra dolore,
 Et calor infuso decedit frigore mortis,
 Quod mea non mecum domina est, non ulla puella
 Doctior in terris fuit, aut furmosior: ac si
 Fabula non uana est, tauro Ioue digna, uel auro,
 Iupiter auertat auris: mea sola puella est.
 Felix taure pater magni gregis, et decus: a te
 Vaccula non unquam secreta cubilia captans,
 Frustra te patitur siluis mugire dolore.
 Et pater hædorum felix, semperq; beate:
 Siue petis montis præruptos saxa pererrans:
 Siue tibi siluis noua pabula fastidire:
 Siue libet campis: tecum in læta capella est.
 Et mas quocunq; est, illi sua femina iuncta,
 Interpellatos nunquam plorauit amores.
 Cur non et nobis facilis natura fuisset?
 Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
 Sidera per uiridem redeunt cum pallida mundum,
 Inq; uicem Phœbe excurrens, atq; aureus orbis
 Luna tua est tecum: cur non est et mea mecum?
 Luna dolor nosti quid sit, miserere dolentis.
 Phœbe gerens in te laurus celebravit amorem,

rius, laben-
tes currere

Fleu male.

Et* quem pompa Deum, non siluis fama locuta est.
 Omnia uos* estis: secum sua gaudia gestat,
 Aut inspersa uidet mundo quæ dicere longum est.
 Aurea quin etiam cum secula uoluebantur,
 Conditio similis fuerat mortalibus illis.
 Hæc quoq; prætereo, notum Mimoidos astrum,
 Quæ quæ uirgo, sicut captiua secuta est.
 Ledere Calicole potuit uos, nostrum quid etas?
 Conditio nobis uitæ quo durior esset?
 Ausus egon' primus castos uos pudores?
 Sacratamq; meæ uitam tentare puellæ?
 Immatura meæ quoq; noxæ soluere fata?
 Istius atq; utinam facti mea culpa magistra
 Prima foret: lethum uita mihi dulcius esset
 Non mea, non ullo moreretur tempore fama
 Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
 Dicerer, atq; ex me dulcis foret orta uoluptas.
 Nam mihi non tantum tribuerunt impia uota,
 Auctor ut occulti noster foret error amoris.
 Iupiter ante sui semper mendacia furti
 Cum Iunone prius coniux quam dictus uterq; est,
 Gaudia libauit dulcem furatus amorem:
 Et mecum tenera gaudia esse luere in herba
 Purpureos flores, quos insuper accumbebat,
 Candida formoso supponens brachia collo
 Tum credo, fuerat Mauors distentus in armis
 Nam certe Volcanus opus faciebat et illi
 Tristi, turpabatq; mala fuligine barbani.
 Non aurora nouos etiam plorauit amores,
 Atq; rubeus oculos roseo celauit amictus:
 Talia Calicole, nunquid minus aurea promo?
 Ergo quod Deus atq; Heros, cur non minor, et cæ?

quæ Pana
Deum, uis.
nostis.

Et

PUBLII VIRGILII MAR-
TINI CATALECTA

DE qua Tuca tibi venit, sed saepe videre
Non licet, occulitur lumine clausa uiri.
De qua saepe tibi, non tibi mihi, nanque
Si occulitur, quod nequess
Venerit aut tibi, tibi nuntius iste
Quid prodest illi dicite, que rediit

Corinthiorum amator idem uerborum
Iste iste rhetor, nanque quod unus, totus
Thucydides tyrannus, Attice febris
Tau Gallicum sine ipse uale illi sit
Ista omnia, ista uerba miscuit fratri

Socer beate, mihi alteri,
Generque Noctuine putidum caput
Tuque nunc uallat, tu
Stupore pressa non abibit, et mihi
Ut ille uersus, tu
Gener, socerque, perdidisti

Superbe Noctuine putidum caput
Datur tibi p... quam petis
Datur superbe Noctuine, quam petis
Sed o superbe Noctuine, non uitas
Duas habere filias Attiliam
Duas, et hanc, et alteram tibi dari.
Adeste nunc, adeste, ducit ut decet,
Superbus ecce Noctuinus hircinam

Iacere

Iacere me, quod alta non possim, putas,
Ut ante uectari freta:
Nec ferre durum frigus, aut aestum pati,
Neque arma uictoris sequi.
Valent, ualent mihi ira, et antiquus furor:
Et lingua, qua ad sim tibi,
Et prostituta turpe con
Sororis, o quid me incitas?
Quid impudice, et improbande Casari?
Sed furta dicantur tua,
Et heluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum uiris conuiuia,
Vt neque per somnum nates.
Et inscio repente clamatum semper,
Thalassio, Thalassio.
Quid palluisti femina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me uocabis pulcra per Cotytria
Ad feriatos fascinos.
Nec deinde uerere lumbos in crocotulam
Prensis uidebo altaribus,
Flauum prope Thybrim et olentis nauticum
Vocare erubi appuise rates
Stant in uadis caeno retenta sordido,
Macraque luctantes aqua.
Neque in culinam, et uncta compitalia,
Dapesque ducis sordidas:
Quibus repletus ut saluosus aquis
Obesam ad uxorem redis,
Et estuanteis docte soluis pantices,

Osusq;

Ofusq; lambis fauis.
 Nunc laede, nunc laceffe, si quidquam uales:
 Et nomen adscribo tuum.
 Cineade Luci, ante reliquerunt opes?
 Fameque genuini crepant?
 Videbo habentem praeter ignauos nihil
 Fratres, & ~~trahunt~~
 Scissumq; uentrem, & hermosti patriui
 Pedes inedia turgidos.

Ad Venerem.

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
 O Paphon, o sedes quæ colis Idalias:
 Troius Aeneas Romana per oppida digno
 Iam tandem ut tecum carmine uectus eat:
 Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
 Ornabo, & puris ferta seram manibus.
 Corniger hos artes humilis, & maxima taurus
 Victima sacratos tinget honore focos.
 Marmorcusq; tibi, aut digne coloribus ales
 In morem picta stabit amor pharetra.
 Adsis o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
 Et Surentini litoris ora uocat.

*

Ite hinc inanes rhetorum manipuli,
 Inflata rore non Achaico uerba,
 Seli, Cati. Et uos* Sile, Albuti, Arquitiq; Varroque,
 Scholasticorum natio madens pingui.
 Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis,
 Tuque o mearum cura Sexte curarum
 Vale Sabine: iam ualete formosi.
 Nos ad beatos uela mittimus portus,
 Magni petentes docta dicta Scironis,

Vitam

Vitamque ab omni uindicabimus cura.
 Ite hinc Camenæ uos quoque* limite seuae,
 Dulces Camenæ: nam fatebimur uerum,
 Dulces fustis: & tamen meas chartas
 Reuistote: sed pudenter, & raro.

De Sabino.

Sabinus ille, quem uidetis hospites,
 Ait fuisse mulio celerrimus:
 Neque ullius uolantis impetum Cisti
 Nequisse praeterire: siue Mantuanam
 Opus foret uolare, siue Brixianam.
 Neque hoc negat Triphonis æmuli domus
 Negare nobilem, insulamue caruli:
 Vbi iste post Sabinus, ante Quinctio
 Bidente dicit attondisse forcipe
 Comata colla, ne qua sordidum iugo
 Premente dura uulnus ederet iuba.
 Cremona frigida, & lutosa Gallia
 Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
 Ait Sabinus, ultima ex origine.
 Tua stetisse dicit in uoragine,
 Tua in palude deposuisse sarcinas,
 Et inde tot per orbitosa millia
 Iugum tulisse: læua, siue dextera
 Stringere mulas, siue utrumque cœperat.
 Neque ulla uota semitalibus Deis
 Sibi esse facta, propter hoc nouissimum
 Paterna lora, proximumque pedimentum.
 Sed hæc prius fuere, nunc eburnea
 Sedetque sede, seq; dedicat tibi
 Gemelle Castor, & Gemelle Castoris.

Forte, hinc
leteos. ite.

Ad V. t.

Ad Varium.

Si licet, hoc. * Scilicet hoc, sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
 Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
 Sin autem præcepta uetant me dicere: sane,
 Non dicam, sed me perdidit iste puer.

Ad villam Scironis.

Villula, quæ Scironis eras, & pauper agelle,
 Verum illi domino tu quoque diuitiæ:
 Me tibi, & hos una mecum, quos semper amauis:
 Si quid de patria tristius audiero,
 Commendo, in primisq; patrem, tu nunc eris illi,
 Mantua quod fuerat, quodq; Cremona prius.

*

Pauca mihi, niueo sed non incognita Phœbo,
 Pauca mihi doctæ dicite Pegasides.
 Victor adest magni, magnum decus ecce triumphi.
 Victor qua terræ, quaque patent maria:
 Horrida Barbaricæ portans insignia pugne,
 Magnus ut Aeneides, utq; superbus Eryx.
 Nec minus iccirco nostros expromere cantus
 Maximus, & sanctos dignus inire choros.
 Hoc itaque insuetis iactor magis optime curis:
 Quid de te possim scribere, quidue tibi.
 Nanque, fatebor enim, quæ maxima deterrendi
 Debuit, hortandi maxima caussa fuit.
 Pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas,
 Carmina cum lingua, tum sale Cecropio.
 Carmina, quæ Pylium sæclis accepta futuris,
 Carmina, quæ Pylum uincere digna senem.
 Molliter hic uiridi patula sub tegmine quercus
 Mœris pastores & Melibœus erant.
 Dulcia iactantes alterno carmina uersu,

Qualia

Qualia Trinacriae doctus amat iuuenis.
 Certatim ornabant omnes Heroida Diuæ:
 Certatim Diuæ munere quæq; suo.
 Fellicem ante alias tanto scriptore puellam:
 Alter non famam dixerit ipse prior.
 Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
 Quæ uolucrum cursu uicerat Hippomanem:
 Candida cycneo non edita Tyndaris ouo,
 Non supero fulgens Cassiopeia polo.
 Non defensa diu uolucrum certamine equorum.
 Optabant Graiæ quam sibi quæq; manus.
 Sæpe animam generi pro qua pater impius haust:
 Sæpe rubro Eleis sanguine fluxit humus.
 Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
 Immitti exspectant fulmine, & Imbre Iouem.
 Cuius & ob raptum pulsi liquere Penates
 Tarquini patrios, filius, atq; pater.
 Illo, quo primum dominatus Roma superbos
 Mutauit placidis tempore Consulibus.
 Multa neq; immeritis donauit præmia alumni:
 Præmia Messalis maxima Poplicolis.
 Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris?
 Horrida quid duræ tempora militiæ?
 Castra foro solitos urbi præponere castra
 Tam procul hoc nato, tam procul hac patria?
 Immoderata pati nunc frigora, nuncq; calores?
 Stertere uel dura posse super silice?
 Sæpe trucem aduerso perlabi sidere Pontum?
 Sæpe audendo mare uincere, sæpe hic mem?
 Sæpe etiam densos immittere corpus in hosteis:
 Communem belli nec timuisse Deum?
 Nunc celereis Afros, perituraq; nullia gentis:

G

Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
 Nunc aliam ex alia bellando querere gentem?
 Vincere & Oceani finibus ulterius?
 Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudes:
 Quin ausim hoc etiam dicere, uix hominum est.
 Ipsa, hæc ipsa ferent rerum monumenta per orbem:
 Ipsa sibi egregium facta decus parient.
 Nos ea, quæ tecum finxerunt carmina Diui
 Cynthius, & Muse, Bacchus, & Aglaie,
 Si laudes adspirem, humili sed adire Camena:
 Si patrio Graios carmine adire sales
 Possumus: optatis plus iam procedimus ipsis.
 Hoc satis est, pingui nil mihi cum populo.

*


Adspice quem ualido subnixum gloria regno
 Altius & cæli sedibus extulerat.
 Terrarum hic bello magnum concusserat orbem:
 Hic Reges Asiae fregerat, & populos.
 Hic graue seruitium tibi, iam tibi Roma ferebat,
 Cetera namq; uiri cuspide conciderant:
 Cum subito in medio rerum certamine præceps
 Corruit, e patria pulsus in exilium.
 Tale Deæ numen, tali mortalia nutu
 Fallax momento temporis hora dedit.

*

Quocunq; ire ferunt uariæ nos tempora uite,
 Tangere quas terras, quosq; uidere homines;
 Dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
 Alter enim quis te dulcior esse potest?
 Cui Venus ante alios, Diui, Diuumq; sorores,
 Cuncta neq; indigno, Musa, dedere bona,
 Cuncta, quibus gaudet Phœbus, chorus ipseq; Phœbi.

Docti

Doctior o quis te Musa fuisse potest?
 O quis te in terris loquitur iucundior uno?
 Cleio nam certe candida non loquitur.
 Quare illud satis est si te permittis amari:
 Non contra ut sit amor mutuus inde mihi.
 Quis Deus Octaui te nobis abstulit? an quæ
 Dicunt, ab nimio pocula dura mero?
 Vobis si culpa est bilis: sua quemq; sequuntur
 Fata: quod immeriti crimen habent cyathi.
 Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
 Raptum, & Romanam flebimus historiam.
 Sed tu nullus eris, peruersi dicite Manes,
 Hunc superesse patri quæ fuit inuidia?

C O P A I N C E R T I
A V C T O R I S.

Opa Syrisca caput Graia redimita mitella,
 Crispū sub crotalo docta mouere latus:
 Ebria famosa saltat lasciuia taberna:
 Ad cubitum raucos excutiens calamos.
 Quid uuat æstiuo defessum puluere abesse,
 Quam potius bibulo decubuisse toro?
 Sunt cupæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chorde,
 Et trichila umbriferis frigida arundinibus.
 Est & Menalio quæ garrit dulce sub antro,
 Rustica pastoris fistula in ore sonans.
 Est & uappa cado nuper diffusa picato:
 Est strepitans rauco murmure riuus aque.
 Sunt etiam croceo uiolæ de flore corollæ,
 Sertaq; purpurea lutea mista rosa:
 Et quæ uirgineo libata Achelois ab anne

G 2

Lilia uimineis attulit in calathis.
scirpea. Sunt & caseoli, quos* iuncea fiscina siccant:
autumnalis Sunt* autumnali cerea pruna* die,
Dea. Castaneæq; nuces, & suaue rubentia mala:
 Est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.
 Sunt & mora cruenta & lentis uua racemis:
 Est pendens iunco cæruleus cucumis.
 Et tuguri custos armatus falce saligna:
 Sed non & uasto est inguine terribilis.
ad liba. Huc* Alibida ueni: fessus iam sudat asellus:
 Parce illi: uestrum delictum est asinus.
 Nunc cantu crebro rumpunt arbuta cicadæ:
 Nunc etiam in gelida sede lacerta latet.
 Si sapis æstiuo recubans nunc prolue uitro,
 Seu uis crystallo ferre novos calices.
Hic. *Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra,
 Et grauidum roseo nocte caput strophio.
Formosus *Candida formosæ decerpes ora puellæ,
teneræ. Ah pereat, cui sunt prisca supercilia.
 Quid cineri ingrato seruas bene olentia ferta?
 Anne coronato uis lapide ista legi?
 Pone merum, & talos: pereat, qui crastina curat.
 Mors aurem uellens, uiuente, ait, uenio.

C. PEDONIS ALBINOVANI IN
 MAECENATIS OBITVM
 E L E G I A.

Defleram iuuenis tristi modo carmine fata:
 Sunt etiam merito carmina danda seni.
 Ut iuuenis deflendus erat tam candidus, & tam
 Longius annoso uiuere dignus auo.

Irreli

Irreligata ratis nunquam defessa carina,
 It, redit in uastos semper onusta lacus.
 Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
 Non oblita rapit sed tamen illa senes.
 Nec mihi Mæcenus tecum fuit usus amici:
 Lollius hoc ergo conciliauit opus.
 Fidus erat nobis nam propter Cæsaris arma,
 Cæsaris & similem propter in arma fidem.
 Regis eras genus Etrusci: tu Cæsaris almi
 Dexteræ, Romanæ tu uigil urbi eras.
 Omnia cum posses tanto tam carus amico:
 Te sensit nemo posse nocere tamen.
 Pallade cum docta Phœbus donauerat arteis.
 Tu decus, & laudes huius & huius eras.
 Vincit uulgareis, uincit Beryllus arenas,
 Litore in extremo quas simul unda mouet.
 Quod distinctus eras animo quoq; carpitur unum:
 Diluitur nimia simplicitate tua.
 Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo:
 Quæ bene præinctos postmodo pulsa fugit.
 Inuide, quid tandem tunicæ nocere solutæ?
 Aut tibi uentost quid nocere sinus?
 Num minus urbis erat custos, & Cæsaris hospes?
 Num tibi num tutas fecit in urbe uias?
 Nocte sub obscura quis te* spoliavit amantem?
 Quis tetigit ferro durior ipse latus?
 Maius erat potuisse tamen, nec uelle triumphos:
 Maior res, magnis abstinuisse, fuit.
 Maluit umbrosam quercum, Nymphasq; canenteis,
 Paucaq; pomost iugera certa soli.
 Pieridas, Phœbumq; colens in mollibus ortis
 Sederat argutas garrulus inter aueis.

violauit.

Marmora Mœoniꝝ uincunt monumenta libelli:
 Viuitur ingenio:cetera mortis erunt.
 Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,
 Miles & Augusti fortis, & usq; pius.
 Illum piscosꝝ uiderunt saxa Pelori
 Ignibus hostilis reddere ligna ratis.
 Puluere in Emathio fortem uidere Philippi.
 Quam tunc ille tener! quam grauis hostis erat!
 Cum freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
 Fortis erat circum, fortis & ante Ducem.
 Militis Eoi fugientis terga secutus,
 Territus ad Nili dum fugit ille caput,
 Pax erat, hæc illos laxarunt otia cultus.
 Omnia uictores Marte sedente decent.
 Accius ipse lyram plectro percussit eburno,
 Postquam uictrices conticuere tubæ.
 Hic modo miles erat, ne posset femina Romani
 Dotalem stupri turpis habere sui.
 Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
 Misit ad extremos exorientis equos.
 Bacche, coloratos postquam deuicimus Indos,
 Potasti galea dulce iuuante merum.
 Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
 Te puto purpureas tunc habuisse dunt.
 Sum memor, & certe memini sic ducere thyrsos
 Brachia purpurea candidiora niue.
 Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro:
 Serpentes edera: uix habuere locum.
 Argentata tuos etiam sandalia talos:
 Vinxerunt certe: nec, puto, Bacche negas.
 Mollius es solito mecum tum multa locutus,
 Et tibi consulto uerba fuere noua.

Impiger

Impiger Alceide multo defuncte labore,
 Sic memorant curas te posuisse tuas.
 Sic te cum tenera letum lufisse puella
 Oblitum Nemeæ, iamq; Erimanthe tui.
 Ultra nunquid erat: torristi pollice fusos:
 Lenisti morsu leuia fila parum.
 Percussit crebros te propter Lydia nodos.
 Te propter dura stamina rupta manu.
 Lydia te tunicas iussit lasciua fluentis
 Inter lanificas ducere sæpe suas.
 Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
 Quam pede suspensio percutiebat Amor.
 Quis fore credebat, premeret cum iam impiger infans
 Hydros ingentis uix capiente manu?
 Cumue renascentem tereret uelociter Hydrantem?
 Frangeret immanis uel Diomedis equos?
 Vel tribus aduersis communem fratribus alium,
 Et sex aduersas solus in arma manus?
 Fudit* Aloidas postquam dominator Olympi,
 Dicitur in nitidum procubuisse* diem:
 Atq; aquilam misisse suam, quæ quæreret ecquis
 Posset amaturo uina referre Ioui:
 Valle sub Idæa dum te formose sacerdos
 Inuenti, & presso molliter ungue rapit.
 Sic est: uictor amet, uictor potiatur in umbra,
 *Victor odorata dormuat inq; rosa.
 *Victorem uictus metuat: metus imperet illi,
 Membra nec in strata sternere discat humo.
 Tempora dispensant usus, & tempora cultus:
 Hæc homines, pecudes, hæc moderantur auis.
 Lux est, taurus arat: nox est, requiescit arator
 Liberat emerito feruida colla boui.

& Eolidas
 bouem.

Victus.
 Victusaret,
 uictusq; me
 tat.

G 4

Conglaciantur aquae: scopulis se condit hirundo:
 Verberat egelidos garrula Vere lacus.
 Caesar amicus erat: poterat uixisse solute,
 Cum iam Caesar idem, quod cupiebat, erat:
 Indulst merito: non est temerarius ille.
 Vicinus: Augusto iudice dignus erat.
 Argo saxa pauens postquam Scyllaia legit,
 Cyaneosq; metus iam religanda ratis:
 Viscera dissecti* mutauit in arietis agnum
 * Aetias, & succis omne perita suis.
 His te Mæcenas iuuenescere posse decebat.
 Hæc utinam nobis Colchidos herba foret.
 Redditur arboribus florens reuidentibus ætas:
 Ergo non homini, quod fuit ante, redit?
 Viuacesq; magis ceruos decet esse pauentis,
 Si quorum intorua cornua fronte rigent?
 Viuere cornices multos dicuntur in annos:
 Cur nos angusta conditione sumus?
 Pascitur Auroræ Tithonus nectare coniux:
 Atq; ita iam tremulo nulla senectæ nocet.
 Vt tibi uita foret semper medicamine sacro,
 Te uellem Auroræ complacuisse uirum.
 Illius aptus eras croceo recubare cubili:
 Et modo puniceo rore leuante torum:
 Illius aptus eras roseas* adiungere bigas.
 Tu dare purpurea lora regenda manu:
 Tu mulcere iubam, cum iam torisset habenas
 Procedente die respicientis equi.
 Quæsiuere tori iuuenem sic Hesperon illum
 Quem nexum medio soluit in igne Venus.
 Quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem
 Luciferum contra currere cernis equis.

* mutauerat arietis agno.

* Aetias Medea Aetia regis Colchorum filia.

tu iungere.

Hic tibi Corycium, castas hic donat olentis:
 Hic e palmiferis balsama missa iugis.
 Nunc pretium candoris habes: nunc redditus umbris.
 Te sumus obliti decubisse senem.
 Ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum:
 * Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
 Nestoris annosi uixisses sæcula, si me
 Dispensata tibi stamina mente forent.
 Nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto,
 Pendula librato pondus & ipsa tuum:
 Semper ferta tibi dabimus, tibi semper odores:
 Non unquam sitiens, florida semper eris.
 Sic est Mæcenas fato ueniente locutus,
 Frigidus, & iam iam cum moriturus erat.
 Mene, inquit iuuenis primæui Iupiter ante
 Augustam bruti non cecidisse fidem?
 Pectore maturo fuerat puer, integer æuo,
 Et magnum magni Caesaris illud opus.
 Discedo: uellemque prius non omnia dixit,
 Inciditque pudor, quæ prope dixit amor.
 Sed manifestus erat moriens: quærebat amata
 Coniugis amplexus, oscula, uerba, manus.
 Si tamen hoc satis est, uixi te Cesare amico:
 Et morior, dixit, dum moriorque, satis.
 Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
 Cum dicar subita uoce fuisse tibi.
 Hoc mihi contingat: iaceam tellure sub æqua:
 Nec tamen hoc ultra me potuisse uelim:
 Sed memnisse uelim, uiuam sermonibus: illic
 Semper ero: semper si memnisse uoles.
 Et decet, & certe uiuam tibi semper amicus:
 Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.

Dicebant-que tamen non.

Hic

G S

Ipse ego quidquid ero cineres, interque fauillas,
 quoque Tunc ego non potero non memor esse tui.
 Exemplum uixi te quoque propter molle beates
 Unus Mæcenæ teque ego propter eram.
 Arbiter ipse fui: uolui, quod contigit esse:
 Pectus eram uere pectoris ipse tui.
 Viue diu mi care senex: pete sidera sero.
 Est opus hoc terris: te quoque uelle decet.
 Et tibi succrescant iuuenes bis Cæsare digni,
 Et tradant porro Cæsaris usque genus.
 Sic securæ tibi cum primum Liuiæ coniux,
 Expleat amissi munera rupta gener.
 Cum Deus in terris Diuis insignis auitis,
 Te Venus in patrio collocet alma sinu.

EIVSDEM C. PEDONIS
 ALBINOVANI ELEGIA DE
 MORTE DRUSI
 NERONIS.

AD LIVIAM AVGVSTAM.



Vsa diu felix mater modò dicta Neronum,
 Iam tibi dimidium nominis huius adest.
 Iam legis in Drusum miserabile Liuiæ carmen.
 Vnum, qui dicat iam tibi mater habes.

Nec tua te pietas distendit amore tuorum,
 Nec postulo filii nomine, dicis, Vter?
 Et quisquam leges audeat tibi dicere flendi?
 Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?
 Hei mihi, quam facile est, quamuis hoc contigit, omnes
 Alterius luctu fortia uerba loqui.

Scilicet

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu,
 Fortior ut possis cladibus esse tuis.
 Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum,
 Maximus ille armis, maximus ille toga.
 Ille modò eripuit latebrosas hostibus Alpes,
 Et titulum belli dux duce fratre tulit.
 Ille genus Sueuos acre, indomitosque Sicambros
 Contudit, inque fugam barbara terga dedit.
 Ignotumque tibi meruit Romane triumphum,
 Protulit in terras imperiumque nouas.
 Soluere uota Ioui fatorum ignara tuorum
 Mater, et armifera soluere uota Deæ,
 Graduumque patrem donis implere parabas,
 Et quoscunque coli est iussus, piūque Deos.
 Maternaque sacros agitabas mente triumphos,
 Forsitan et cura iam tibi currus erat.
 Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,
 Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.
 Fingebas reducem, perceptaque mente fouebas
 Gaudia, et ante oculos iam tibi uictor erat.
 Iam ueniet, iam me gratantem turba uidebit.
 Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.
 Obuia progrediar, felixque per oppida dicar,
 Collaque, et os, oculosque illius ore premam.
 Talis erit, sic occurret, sic oscula iunget,
 Hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.
 Gaudia magna foues, spem pone miserrima falsam,
 Desine de Druso læta referre tuo.
 Cæsaris illud opus ueluti pars altera uestri
 Occidit, indignas Liuiæ solue comas.
 Quid tibi nunc mores profunt, adlumque pudicæ
 Omne eum? et tanto iam placuisse uiro?

Quidque

Quidq; pudicitia tantum inuiolata bonorum,
 Vltima sit laudes inter ut illa tuas?
 Quid tenuisse animum contra sua secula rectum?
 Altius & uitiiis exeruisse caput?
 Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi?
 Nec quenquam nervos extimuisse tuos?
 Nec uires errasse tuas campoq; foroq;
 Quamq; licet citra constituisse domum?
 Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores
 Regnet, & incerta est hic quoq; nixa rota.
 Hic quoq; sentitur, nequid non improba carpat,
 Sæuit, & iniustum ius sibi ubiq; facit.
 Scilicet immunis si luctus una fuisset
 Liuia, fortunæ regna minora forent.
 Quid si non habitu sic se gessisset in omni,
 Ut sua non essent inuidiosa bona?
 Caesaris adde domum, quæ certè funeris expers
 Debuit humanis altior esse malis.
 Ille uigil summa sacer ipse locatus in arce,
 Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
 Nec fieri ipse suis, nec quenquam flere suorum,
 Nec quæ nos patimur uulgus, & ipse pati.
 Vidimus erepta moerentem stirpe sororis,
 Luctus ut in Druso publicus ille fuit.
 Condidit Agrippam, quo te Marcelle sepulcro,
 Et cepit generos iam locus ille duos.
 Vix posito Agrippa tumuli bene ianua clausa est.
 Perficit officium funeris ecce soror.
 Ecce ter ante datis iactura nouissima Drusus
 A magno lachrymas Cesare quartus habet.
 Claudite iam Parca, nimium reserata sepulcra
 Claudite, plus iusto iam domus ista patet.

Cedis,

Cedis, & incassum tua nomina Druse leuantur,
 Vltima sit fati hæc summa querela tui.
 Iste potest implere dolor uel secula tota,
 Et magni luctus obtinuisse locum.
 Multi in te amissi, nec tu tot uerba bonorum,
 Omnis cui uirtus contigit, unus eras.
 Nec genitrice tua fecundator ulla parentum,
 Tot bona per partus quæ dedit una duos.
 Heu par illud ubi est totidem uirtutibus æquum?
 Et concors pietas, nec dubitatus amor?
 Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
 Pallida promissa flere per ora coma.
 Dissimilemque sui uultu profitente dolorem,
 Hei mihi quam toto luctus in orbe fuit.
 Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
 Vidiisti, lacrymas uidit & ille tuas.
 Affigiq; suis moriens tua pectora sensit,
 Et tenuit uultu lumina fixa tuo.
 Lumina cerulea iam^{*} iam nutantia morte,
 Lumina fraternas iam subitura manus.
 At miseranda parens suprema neq; oscula fixit,
 Frigida nec mouit membra tremente sinu.
 Non animam appposito fugientem excepit hiatu,
 Nec traxit cæcas per tua membra comas:
 Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
 Vtilior patriæ quam tibi Druse tuæ.
 Liquitur, ut quondam Zephyris, & solibus icta
 Soluuntur teneræ uere tepente niues:
 Te queritur, casusq; malos, irrifaq; tales,
 Accusatq; annos, ut diuturna suos.
 Talis in umbrosis mitis nunc deniq; syluis
 Deslet Threïcium Dauidas ales Ityn.

*iamq; nu
 tantia.

Halcy

Halcyonum tales uentosa per æquora questus
 Ad surdas tenui uoce sonantur aquas.
 Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis
 Oeniden subitæ concinuiſtis aues.
 Sic fleuit Clymene, sic & Clymenides altæ,
 Cùm iuuenis patriis excidit ictus equis.
 Congelat interdum lacrymas, duratq; tenetq;
 Suspensasq; oculis fortior ictus agit.
 Erumpunt iterumq; grauant gemitumq; sinusq;
 Effusæ grauidis, uberibusq; genis.
 In uires abiit flendi mora, planior unda
 Defluit, exigua siqua retenta mora.
 Tandem ubi per lacrymas licuit, ^{*} sed flebilis orsa est,
 Singultu medios impediēte sonos.
 Nate breuis fructus, duplicis sors altera partus,
 Gloria confectæ nate parentis, ubi es?
 Sed neq; iam duplicis, nec iam sors altera partus,
 Gloria confectæ nunc quoq; matris, ubi es?
 Heu modò tantus ubi es? tumulo portaris, & igni.
 Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
 Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
 Sic ego te reducem digna uidere fui?
 Cesaris uxori si talia dicere fas est,
 Iam dubito magnos an rear esse deos.
 Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
 Quos ego non potui demeruisse deos?
 Hic pietatis honos? artus amplector inaneis,
 Et uocat hos ipsos flamma, rogusq; suos.
 Tene ego sustineo positum scelerata uidere?
 Tene meæ poterunt ungere nate manus?
 Nunc ego te infelix summum teneoq; tuorq;?
 Affigooq; manus, oraq; ad ora fero?

Nunc

Nunc primum aspiceris consul uictorq; parenti?
 Sic mihi, sic misere nomina tanta refers?
 Quo primum uidi fasces, in funere uidi:
 Et uidi euersos, indiciūq; mali.
 Quis credat? matri lux hæc charissima uenit,
 Quæ natum in summo uidit honore suum.
 Iamne ego non felix? iam pars mihi rapta Neronum
 Materna celesber nomine Drusus aui?
 Iamne meus non est? nec me facit ille parentem?
 Iamne fui Drusi mater, & ipse fuit?
 Nec cùm uictorem referatur adesse Neronem,
 Dicere iam potero maior, an alter, adest?
 Ultima contigimus, ius matris habemus ab uno:
 Vnius est munus quod tamen orba negor.
 Me miseram extimui, frigusq; per ossa cucurrit:
 Nil ego iam possum certa uocare meum.
 Hic meus ecce fuit, iubet hic de fratre uereri:
 Omnia iam metuo, fortior antè fui.
 Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
 Lumina, & excipias hanc animam ore pio.
 Atque utinam Drusi manus altera, & altera fratris
 Formarent oculos, comprimerentq; meos.
 Quod licet hoc certè tumulo ponemur in uno
 Druse, neq; ad ueteres conditus ibis auos.
 Miscebor cineriq; cinis, atq; ossibus ossa:
 Hanc lucem celeri turbine Parca neat.
 Hæc & plura refert, lacrymæ sua uerba sequuntur,
 Oraq; nequicquam per modò quæsta fluunt.
 Quinetiam corpus matri uix uixq; remissum,
 Exequiis caruit Liuia penè suis.
 Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,
 Inter quæq; ruit, ponere certus erat.

Abſtu

Abstulit inuitis corpus uenerabile frater,
 Et Drusum prunæ, quod licuitq; dedit.
 Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
 (Heu facinus) per quæ uictor iturus erat,
 Per quæ deletis Rhoetorum uenerat armis.
 Hei mihi, quàm dispar huic fuit illud iter.
 Consuluit fractis mœrentem fascibus urbem,
 Quid faceret uictus, sic ubi uictor init?
 Mœsta domus plangore sonat, cui figere letus
 Parta sua dominus uouerat arma manu.
 Vrbs gemit, & uultum miserabilis induit unum:
 Gentibus aduersis forma sit illa precor.
 Incerti clauduntq; domos, strepitantq; per urbem,
 Hic illi pauidi clamq; palamq; dolent.
 Iura silent, mutæq; tacent sine uindice leges.
 Aspicitur toto purpura nulla foro.
 Diiq; latent templis, neq; iniqua ad funera uultus
 Præbent, nec poscunt iura ferenda rogo.
 Obscuros delubra tenent: pudet ora colentum
 Aspicerè, inuidiæ quam meruere metu.
 Atq; aliquis de plebe pius pro paupere nato
 Sustulerat timidæ sydæra ad alta manus:
 Iamq; precaturus, Quid ego iam credulus, inquit,
 Suscipiam in nullos irrita uota Deos?
 Liuiæ non illos pro Druso Liuiæ mouit,
 Nos erimus magno maxima cura Ioui?
 Dixit, & iratus uota infuscepta reliquit,
 Durauitq; animum, destituitq; preces.
 Obuia turba ruit, lacrymisq; rigantibus ora,
 Consulis erepti publica damna refert.
 Omnibus iidem oculi, par est concordia flendi:
 Funeris exequiis adsumus omnis eques:

Omnis

Omnis adest ætas: mœrent iuuenesq; senesq;
 Ausoniæ matres, Ausoniæq; nurus.
 Autorisq; sui præfertur imagine mœsta,
 Quæ uitrix templis debita laurus erat.
 Certat omnis luctu generosa subire iuuentus.
 Et studet officio sedula colla dare.
 Et uoce, & lacrymis laudasti Cæsar alumnus,
 Tristia cum mediis rumperet* ossa dolor.
 Tu letum optasti, Diis auersantibus omen,
 Par tibi, si sinerent te tuâ fata mori.
 Sed tibi debetur cælum: te fulmine pollens,
 Accipiet cupidi regia magna Iouis.
 Quid petiit? uult ille tibi ut sua facta placerent.
 Magnaq; laudatus præmia mortis habet.
 Armataq; rogam celebrant de more cohortes,
 Ast pedes ex equis reddit, equesq; duci.
 Te clamore uocant iterumq; iterumq; supremo,
 At uox aduersis collibus icta redit.
 Ipse pater flauis Tyberinus abhorruit undis,
 Sustulit è medio nubilus amne caput.
 Tum salice implexum, muscôq; & aruidine crinem,
 Ceruleum magna legit ab ore manus,
 Vberibusq; oculis lacrymarum flumina misit,
 Vix caput adiectas alueus altus aquas.
 Iamq; rogi flammæ extinguere flumini ictu,
 Corpus & intactum tollere certus erat,
 Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat equorum,
 Ut posset toto proluere amne rogam.
 Sed Mauors templo uicinus, & accola campi,
 Tot dixit siccis uerba neq; ipse genis:
 Quamquam amnes decet ira, tamen Tyberine quiescas:
 Non tibi, non ullis uincere fata datur:

*ossa

H

Iste meus perit, peritq; arma inter, & enses,
 Et dux pro patria, funere causa latet.
 Quod potui tribuisse, dedi: uictoria parta est:
 Autor abit operis, sed tamen extat opus.
 Quondam ego tentavi, Clothoq; duasq; sorores,
 Pollice quæ certo pensa seuera trahunt:
 Ut Remus Iliades, & frater conditor urbis,
 Effugerent aliqua stagna profunda uia.
 De tribus una mihi partem accipe, quæ datur, inquit,
 Muneris: ex istis quod petis, alter erit.
 Hic tibi mox Veneri Caesar promissus uterq;
 Hos debet solos Martia Roma deos.
 Sic cecidere Deæ, nec tu Tyberine repugna,
 Irrita nec flammæ anne morare tuo.
 Nec iuuenis positi supremos destrue honores:
 Vade age, & immixtis labere pronus aquis.
 Paret, & in longum spatiosas explicat undas,
 Strictaq; pendenti pumice tecta subit.
 Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
 Errauit posito lenta* sibi usq; toro.
 Tandem ubi complexa est syluas, alimentaq; sumpsit,
 Aethera subiectis lambit & astra comis.
 Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ,
 Cum sunt imposito membra cremata Deo.
 Uritur heu decor ille uiri, generosaq; forma,
 Et facilis uultus uritur ille uigor,
 Victricisq; manus, sacundaq; principis ora,
 Pectoraq; ingenij magna, capaxq; domus.
 Spes quoq; multorum flammis uruntur in iisdem,
 Iste rogos miseræ uiscera matris habet.
 Facta ductis uiuent, operosaq; gloria rerum
 Hæc manet, hæc auidos effugit una rogos.

Pars erit historia, totiq; legetur in æuo,
 Sæq; opus ingenis, carminibusq; dabit,
 Stabis & in rostris tituli speciosus honore,
 Causaq; dicemur nos tibi Druse necis.
 At tibi ius ueniæ superest Germania nullum,
 Postmodò tu poenas barbæ morte dabis.
 Aspiciam regum liuentia colla catenis,
 Duræq; per sæuas uincula nexa manus.
 Et tandem trepidos uultus, inq; illa ferocum
 Inuitis lacrymas decidere ora genis.
 Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus
 Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
 Consistam, letisq; oculis, letisq; uidebo
 Strata per obscenas corpora nuda uias.
 Hunc aurora diem spectacula tanta ferentem
 Quamprimum croceis rosida portet equis,
 Adice Ledæos concordia sydera fratres,
 Templaq; Romano conspicienda foro.
 Quam paruo numeros impleuit principis æuo,
 In patriam meritis occubuitq; senex.
 Nec sua conspiciet (miserum me) munera Drusus,
 Nec sua præ templi nomina fronte leget.
 Sæpe Nero in lacrymas summissa uoce loquetur,
 Cur adeo fratres, heu sine fratre deos?
 Certus eras nunquam, nisi uictor, Druse reuerti.
 Hæc te debuerant tempora, uictor eras.
 Consule nos, duce nos, duce iam uictore caremus,
 Inuenit & tota mœror in urbe locum.
 At comitum squalent immixtis ora capillis,
 Infelix, Druso sed pia turba suo.
 Quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit,
 Cui sine me? cur sic incomitatus abis?

Quid referam de te dignissima coniuge Druso?
 Atq; eadem Drusi digna parente nurus?
 Par bene compositum, iuuenum fortissimus alter,
 Altera iam forti mutua cura uiro.
 Fœmina tu princeps, tu filia Caesaris illi,
 Nec minor est magni coniuge iussa Iouis.
 Tu concessus amor, tu solus, & ultimus illi,
 Tu requies fesso grata laboris eras.
 Temoriens per uerba nouissima questus abesse,
 Et mota in nomen frigida lingua tuum.
 Infelix recipis, non quem promiserat ipse,
 Nec qui missus erat, nec tuus ille redit:
 Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
 Ensisibus & Sueuos terga dedisse suis.
 Fluminâq; & montes, & nomina magna locorum,
 Et si quid miri uidit in orbe nouo.
 Frigidus ille tibi, corpusq; refertur inane,
 Quemq; premat sine te sternitur ecce torus.
 Quò raperis laniata comas: similisq; furenti?
 Quò ruis? attonita quid petis ora manu?
 Hoc fuit Andromache cum uir religatus ad axes
 Terruit admissos sanguinolentus equos.
 Hoc fuit Eriadne, tunc cum ferienda coruscis
 Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.
 Quid mortem tibi moesta rogas? amplexâq; natos
 Pignora de Druso sola relicta tenes?
 Et modò per sommos agitaris imagine falsa?
 Têq; tuo Drusum credis habere sinu?
 Et subito tentâsq; manu, sperâsq; receptum?
 Queris & in uacui parte priore tori?
 Ille pio, si non temere hæc creduntur, in aruo
 Inter honoratos excipietur auos.

Magn

Magnâq; maternis maioribus, æqua paternis
 Gloria quadriiugis aureus ibit equis.
 Regaliq; habitu, currûq; superbus eburno
 Fronde triumphali tempora uictus erit.
 Accipient iuuenem Germanica signa ferentem
 Consulis imperio, conspicuumq; decus.
 Gaudebuntq; suæ merito cognomine gentis,
 Quod solum domito uictor ab hoste tulit.
 Vix credent tantum rerum cœpisse tot annos
 Magna uiri latum quærere facta locum.
 Hæc ipsum sublime ferent, hæc optima mater
 Debuerant luctus attenuare tuos.
 Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,
 Principibus natis, principe digna uiro.
 Quid deceat Drusi matrem, matremq; Neronis
 Aspice, quo surgas aspice manè toro.
 Non eadem uulgûsq; decent, & lumina rerum,
 Est quod præcipuum debeat ista domus.
 Imposuit te alto fortuna, locumq; tueri
 Iussit honoratum, Liuia perfer onus.
 Ad te oculos, aurêsq; trahis, tua facta notamus,
 Nec uox missa potest principis ore tegi.
 Alta mane; suprâq; tuos exurge dolores,
 Infragilemq; animum, quo potes usq; tene.
 An melius per te uirtutum exempla petemus,
 Quàm si Romanæ principis edis opus?
 Fata manent omnibus, omnibus expectat auarus
 Portitor, & turbæ uix satis una ratis.
 Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
 Omnia sub leges mors uocat atra suas.
 Ecce necem intentam cœlo, terrâq; fretôq;
 Casurum triplex uaticinatur opus.

H 3

I nunc, & rebus tanta impendente ruina
 In te solam oculos, & tua damna refer.
 Maximus ille quidem iuuenum spes publica uixit,
 Et qua natus erat gloria summa domus.
 Sed mortalis erat, nec tu secura fuisti,
 Fortia progenie bella gerente tua.
 Vita data est utenda, data est sine scœnore nobis
 Mutua, nec certa persoluenda die.
 Fortuna arbitris tempus dispensat ubiq;
 Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.
 Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem
 Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.
 Regna Deæ immittis parce irritare querendo,
 Sollicitare animos parce potentis heræ.
 Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore uenit,
 Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.
 Nata quod es altè, quod foetibus aucta duobus,
 Quodq; etiam magno consociata Ioui.
 Quod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe,
 Gestat & inuicta prospera bella manu.
 Quod spes implerunt maternaq; uota Neronæ,
 Quod pulsus toties hostis utroq; duce.
 Rhenus & Alpinae ualles, & sanguine nigro
 Decolor infecta testis Itargus aqua.
 Danubiusq; capax, & Dacius orbe remoto
 Appulus huic hosti per breue Pontus iter.
 Armeniusq; fugax, & tandem Dalmata supplex,
 Summaq; dispersi per iuga Pannonij.
 Et modò Germani Romanis cognitus orbis,
 Aspice quàm meritis culpa sit una minor.
 Adde quod est absens foetus, nec cernere nati
 Semineces oculos sustinere tibi.

Qui

Qui dolor & menti leuissimus influit ægræ,
 Acciperes luctus aure coacta tuos.
 Præuertitq; metus per longa pericula luctum,
 Tu quibus auditis anxia mentis eras.
 Non ex præcipiti dolor in tua pectora uenit,
 Sed per mollitos antè timore gradus.
 Iuppiter antè dedit fati mala signa cruenti,
 Flammissera petiit cum tria templa manu,
 Iunonisq; graui nocte, impaudæq; Mineræ,
 Sanctaq; & immensi Cæsaris icta manus.
 Sydera quin etiam cœlo fugisse feruntur,
 Lucifer & solitas destituisse uias.
 Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
 Et uenit stella non præeunte dies.
 Syderis hoc obitus terris instare monēbat,
 Et mergi Stygia nobile numen aqua.
 At tu qui superes mœstæ solatia matri,
 Comprecor illi ipse conspiciare senex.
 Perq; annos diuturnus eas fratrisq; tuosq;
 Et uiuat nato cum sene mater anus.
 Et uentura precor Deus excusare priora,
 Dum uolet, à Druso cætera læta dabit.
 Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori,
 Longius ut nolis, heu malè fortis, ali,
 Vix etiam fueras paucas uitalis in horas,
 Obtulit inuitæ cum tibi Cæsar opem.
 Admouitq; preces, & ius immiscuit illis,
 Aridaq; affusa guttura tinxit aqua
 Nec minor est nato seruandæ cura parentis,
 Hic adhibet blandas nec sine iure preces.
 Coniugis, & nati meritum peruenit ad omnes,
 Coniugis, & nati Liuia sospes ope es,

H 4

Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,
 Quem semel umbrifera nauita lymtre tulit.
 Hecora tot fratres, tot defleuere sorores,
 Et pater, & coniux, Astyanaxq; puer,
 Et longæua parens, tamen ille redemptus ad ignes,
 Nullaq; per Stygias umbra renauit aquas.
 Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
 Iliaca ambustis osibus arua premit.
 Illi cæruleum Panope matertera crimem
 Soluit, & immensas fletibus auxit aquas.
 Consortesq; dea centum, longæuq; magni
 Oceani coniux, Oceanusq; pater.
 Et Thetis ante omnes, sed nec Thetis ipsa, neq; oēs
 Mutarunt auidi tristia iura Dei.
 Prisca quid huc repeto? Marcellum Octauia fleuit.
 Et fleuit populo Cæsar utrunq; palam.
 Sed rigidum ius est, & inenitabile mortis,
 Stant rata non ulla fila tenenda manu.
 Ipse tibi emissus nebulosum littus Auerni
 Sic liceat, forti uerba tot ore sonet.
 Quid numeras annos? uixi maturior annis.
 Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.
 His æuum fuit implendum, non segnibus annis:
 Hostibus eueniat longa senecta metu.
 Hoc atqui monere mei, proauiq; Nerones,
 Fregerunt ambo Punica bella duces.
 Hoc domus ista docet per te mea Cæsaris alti:
 Exitus hic mater debuit esse meus.
 Nec meritis quicquam illa iuuant, magis affuit illis
 Mater honos, titulis nomina plena uides.
 Consul & ignoti uictor Germanicus orbis,
 Qui fuit heu mortis publica causa, legor.

Cingor

Cingor Appollinea uictricia tempora lauro,
 Et sensu exequias funeris ipse mei.
 Decursusq; uirum notos mihi, donaq; regum,
 Cunctaq; per titulos oppida lecta suos.
 Et quo me officio portauerit illa iuuentus,
 Quæ fuit ante meum tam generosa taurum.
 Deniq; laudari sacrato Cæsaris ore
 Et merui, lacrymas elicuiq; Deo.
 Et cuiquam miserandus ero? iam comprime fletus,
 Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
 Hæc sentit Drusus, siquid modò sentit, in umbra,
 Nec tu de tanto crede minora uiro.
 Est tibi, sitq; precor multorum filius instar,
 Parsq; tui partus sit tibi salua prior.
 Est coniux tutela hominum, quo sospite uestram
 Liuia funestam dedecet esse domum.

EIVSDEM PEDONIS FRAG-
 MENTVM DE NAVIGATIONE
 DRYSI GERMANICI.

Iam pridem post terga diem, solèmq; relictum
 Iam pridem notis extorres fugimus oris
 Per non concessas audaces ire tenebras,
 Hesperij metas, extremaq; littora mundi,
 Nunc illum, pigris immania monstra sub undis
 Qui ferat, Oceanum: qui seuas undiq; Pristes,
 Aequoreosq; canes, ratibus consurgere passis.
 Accumulat fragor ipse metus: iam sidere limo
 Nauigia, & rapido desertam flamine classem.
 Sèq; feris tradunt per inertia fata marinis
 Tam non felici laniandos sorte relinqui.

H 5

Atque aliquis prora se dat sublimis ab alta,
 Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
 Ut nihil crepto ualuit dignoscere mundo,
 Obstructo tales effundit pectore uoces:
 Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemq; relictum
 Ultima perpetuis claudit Natura tenebris.
 Anne alio positas ultra sub cardine gentes:
 Atque alium libris intactum quærimus orbem?
 Dij reuocant, rerumq; uetant cognoscere finem
 Mortales oculos, aliena quid æquora remis,
 Et sacras uiolamus aquas, Diuumq; quietas
 Turbamus sedes? *

M. ANNAEI LVCANI AD CAL-
 PURNIVM PISONEM
 PANEGYRICVM.

Vnde prius coepti surgat mihi carminis ordo,
 Quosue canam titulos, dubius feror. hinc tua, Piso,
 Nobilitas, ueterisq; citant sublimia Calpi
 Nomina, Romanas inter fulgentia gentes:
 Hinc tua me uirtus rapit, & miranda per omnes
 Vita modos: quæ, si deesset tibi fortè creato
 Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
 Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
 Atria, quid pleni numeroso Consule fasti,
 Profuerint, cui uita labat? perit omnis in illo
 Nobilitas, cuius laus est in origine sola.
 Felix, qui tantis animum natalibus æquas,
 Et partem tituli non summam ponis in illis,
 Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,
 Vt domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?

Clarâq;

Clarâq; Pisonis tulerit cognomina prima,
 Humida callosa cum pinseret hordea dextra?
 Nec si cuncta uelim, breuiter decurrere possim:
 Et prius æthereæ moles circumuaga flammæ
 Annua bisseis reuocabit mensibus astra,
 Quam mihi prisorum titulos, operosaq; bella
 Contigerit memorare: manus sed bellica patrum
 Armorumq; labor, ueteres docuere Quirites,
 Atq; illos cecimere sui per carmina uates.
 Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem,
 Exequamur aus. tamen et si bella quierunt,
 Non periit uirtus: licet exercere togatæ
 Munera militiæ: licet & sine sanguinis haustu
 Mitia legitimo sub iudice bella mouere.
 Hinc quoque seruati contingit gloria ciuis,
 Altaq; uictrices intexunt limina palmæ.
 Quin agè maiorum iuuenis facunde tuorum,
 Scande super titulos, & auitæ laudis honores,
 Armorumq; decus præcede forensibus actis.
 Sic etiam magno iam tunc Cicerone uigente
 Laurea facundis cesserunt arma togatis.
 Quæq; patrum claros quondam uisura triumphos
 Olim turba uias impleuerat agmine denso,
 Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mæstos
 Defensura reos uocem facundia mittit:
 Seu trepidos ad iura decem citat hasta uirorum,
 Et firmare iubet centeno iudice causas:
 Seu capitale nefas operosa diluis arte,
 Laudibus ipsa tuis resonant fora. tu quoque Piso
 Iudicis affectum, possessaq; pectora ducis
 Victor, sponte sua sequitur quocumque uocasti:
 Elet, si flere iubes: gaudet gaudere coactus:

Et te

Et te dante capit iudex, quam non habet, iram:
 Sic auriga solet feruentia Theſſalus ora
 Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
 Qui modò non ſolum rapido permittit habenas
 Quadrupedi, ſed calce citat, modò torquet in auras
 Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
 Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.
 Quis non attonitus iudex tua reſpicit ora?
 Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera, mentem?
 Nam tu, ſiue libet pariter cum grandine nimbos,
 Denſaq; uibrata, iaculari fulmina lingua;
 Seu iuuat adſtrictas in nodum cogerè uoces;
 Et dare ſubtili uiuacia uerba catenæ;
 Vim Laërtiadæ, breuitatem uincis Atridæ;
 Dulcia ſeu mauiſ, liquidoq; fluentia curſu
 Verba, nec incluſo, ſed aperto pingere flore;
 Inchyta Neſtorei cedit tibi gratia mellis.
 Nec te Piſo tamen populo ſub iudice ſola
 Mirantur fora, ſed numeroſa laude Senatus
 Excipit, & meritas reddit tibi curia uoces.
 Quis dignè reſerat, qualis tibi luce ſub illa
 Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu;
 Cum tua biſſenos numeraret purpura faſcelis,
 Cæſareum grato cecinisti pectore numen?
 Huc etiam tota concurrit ab urbe iuuentus,
 Auditura uirum, ſi quando iudice feſſo
 Turbida prolatiſ tacuerunt iurgia rebus:
 Tunc etentim leuibus ueluti proludit in armis,
 Compoſitiſq; ſuas exercet litibus artes.
 Quinetiam facilis Romano proſluit ore
 Græcia, Cecropiæq; ſonat grauis æmulus urbi:
 Teſtis Acidalia quæ condidit alite muros.

Euboic

Euboicam reſerens ſecunda Neapolis arcem.
 Qualis iò Superi, qualis nitor oris amœnis
 Vocibus? hinc ſolido fulgore micantia uerba
 Impleuere locos: hinc exornata figuris
 Aduolat, excuſſo uelox ſententia torno.
 Magna quidem uirtus erat, & ſi ſola fuiſſet,
 Eloquio ſanctum modò permulcere Senatum,
 Exonerare pios modò, nunc onerare nocentes:
 Sed ſuper iſta mouet plenus grauitate ſerena
 Vultus, & inſigni præſtringit imagine uiſus.
 Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum,
 Nec fluidum, leta ſed tetricitate decorum
 Poſſumus: ingenitæ ſtat nobilitatis in illo
 Pulcer honos, & digna ſuis natalibus ora.
 Additur huc & iuſta fides, & plena pudoriſ
 Libertas, animuſq; mala ferrugine puruſ:
 Ipſaq; poſſeſſo mens eſt opulentior auro.
 Quis tua cultorum iuueniſ facunde tuorum
 Limina pauper adit, quem non animoſa beatum
 Excipit, & ſubito iuuat indulgentia cenſu?
 Quodq; magis dono fuerit precioſuſ omni,
 Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum,
 Natalæſue mouent: probitas ſpectatur in illiſ.
 Nulla ſuperborum patiuntur dicta iocorum:
 Nulliſ ſubitoſ adfert iniuria riſuſ.
 Vnuſ amicitie ſummoſ tenor ambit, & imoſ.
 Rara domuſ tenuem, non aſpernatur amicum,
 Raraq; non humilem calcat faſtoſa clientem,
 Illic caſta licet menſ, & ſine crimine conſædet
 Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.
 Sed lateri nulluſ comitem circundare querit,
 Quem dat puruſ amor, ſed quem tulit impia merces,

Nec

Nec quisquam uero precium largitur amico,
 Quem regat ex æquo, uicibusq; regatur ab illo:
 Sed miserum parua stipe munerat, ut pudibundos
 Exercere sales inter conuiuia possit.
 Ista procul labes, procul hæc Fortuna refugit
 Piso tuam uenerande domum, tu mittis, & acri
 Asperitate carens, positoq; per omnia fastu,
 Inter ut æquales unus numeraris amicos:
 Obsequiumq; doces, & amorem quæris amando.
 Cuncta domus uaria cultorum personat arte,
 Cuncta mouet studium, nec enim tibi dura clientum
 Turba, rudisue placet, misero quæ freta labore
 Nil nisi summoto nouit præcedere uulgo:
 Sed uirtus numerosa iuuat, tu pronus in omne
 Pectora ducis opus, seu te grauiora uocarunt,
 Seu leuiora iuuant, nec enim facundia semper
 Adducta cum fronte placet: nec semper in armis
 Bellica turba manet: nec tota clâssicus horror
 Nocte dieq; gemit: nec semper Gnosius arcu
 Destinat, exemto sed laxat cornua neruo.
 Et galea miles caput, & latus ense resoluit.
 Ipsa uices natura subit, uariataq; cursus
 Ordinat, inuersis & frondibus explicat annum.
 Non semper fluidis adopertus nubibus æther
 Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.
 Cessat hiems, madidos & siccant uere capillos:
 Ver fugit æstates: æstatum terga laceffit
 Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.
 Ignea quinetiam Superum pater arma recondit,
 Et Ganymedeæ repetens conuiuia mensæ,
 Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.
 Temporibus seruire decet: qui tempora certis

Ponde

Ponderibus pensauit, cum si bella uocabunt,
 Miles erit: si pax, positis toga gestiet armis.
 Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.
 Felix illa dies, totumq; canenda per orbem,
 Quæ tibi, uitales cum primum traderet auras,
 Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
 Mira subest grauitas inter fora: mirus ommissa
 Paulisper grauitate lepos. si carmina forte
 Nectere ludenti iuuat fluitantia uersu,
 Aonium facilis deducit pagina carmen.
 Siue chelyn digitis, & eburno uerbere pulsas,
 Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,
 Et te credibile est Phœbo didicisse magistro.
 Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena
 Publica securus exultent otia terris.
 Nec pudeat Phœbea chelys, si creditur illis
 Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.
 Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles,
 Quamuis mille rates Primæcius ureret heros,
 Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
 Illo dulce mælos Nereus extudit heros
 Pollice, terribilis quo Pelias ibat us hostem.
 Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,
 Inq; gradum clausis libuit consistere membris,
 Et uitare simul, simul & captare petentem:
 Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
 Flectis, & obliquis fugientem cursibus urges,
 Et nunc uiuaci scrutaris pectora dextra,
 Nunc latus aduersum nec opino percutis ictu.
 Nec tibi mobilitas minor est, si forte uolantem
 Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
 Et non sperato fugientem reddere gestu.

Heret

Heret in hæc populus spectacula, totaq; ludos
 Turba repente suos iam sudabunda relinquit.
 Te si forte iuuat studiorum pondere fessum,
 Non languere tamen, lususq; mouere per artem,
 Callidior modo tabula uariatur aperta,
 Calculus, & uitreo peraguntur milite bella,
 Ut niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
 Sed tibi quis non terga dedit? quis te Duce cessit
 Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
 Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
 Dum fugit, ipse rapit: longo uenit ille recessu,
 Qui stetit in speculis, hic se committere rixæ
 Audet, & in prædam uenientem decipit hostem.
 Ancipites subit ille moras, similisq; ligato
 Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,
 Ut citus & fracta prorumpat in agmina mandra,
 Clausaq; deiecto, populetur mœnia uallo.
 Interea sectis, quamuis acerrima surgant
 Proelia, militibus, plena tamen ipse phalange,
 Aut etiam pauco spoliata milite uinctis,
 Et tibi captiua resonat manus utraque turba.
 Sed prius emenso Titan uersetur Olympo,
 Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.
 Felix, & longa iuuenis dignissime uita,
 Eximiumq; tuæ gentis decus, accipe nostri
 Certus, & hoc ueri complectere pignus amoris.
 Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
 At uoluisse sat est: animum, non carmina iacto.
 Tu modò lætus ades, forsitan meliora tenemus:
 Et uires dabit ipse fauor, dabit ipsa feracem
 Spes animum: dignare tuos aperire Penateis,
 Hoc solum petimus: nec enim me diuitis auri

Imper

Imperiosa fames, & habendi seuæ libido
 Impulerit, sed laudis amor. iuuat, optime, tecum
 Degere, cumq; tuis uirtutibus omne per æuum
 Carminibus certare meis. sublimior ibo,
 Si fame mihi pandis iter, si detrahis umbram.
 Abdita quid prodest generosi uena metalli,
 Si cultore caret? quid inertis condita portu,
 Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
 Armamenta ferat, tereti q; fluentia mælo
 Possit & excusso dimittere uela rudente?
 Ipse per Ausonias Aeneïa carmina genteis
 Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
 Mæoniūmq; senem Romano prouocat ore,
 Forsitan illius nemoris latuisset in umbra,
 Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,
 Ignotus populis, si Mæcenate careret.
 Qui tamen haud uni patefecit limina uati,
 Nec sua Virgilio permisit nomina soli.
 Mæcenæ Tragico quatientem pulpita gestu
 Euexit Varium. Mæcenæ alta Toantis
 Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,
 Ausoniāmq; chelyn gracilis patefecit Horati.
 O decus, & toto merito uenerabilis æuo
 Pierij tutela chori, quo præside tuti
 Non unquam uates inopi timuere senectæ.
 Quod si quis nostris precibus locus, & mea uota
 Si mentem subiere tuam, memorabilis olim
 Tu mihi Mæcenæ tereti cantabere uersu.
 Possumus æternæ nomen committere famæ:
 Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,
 Et Deus ultior abest: superest animosa uoluntas,

I

Ipsaq; nescio quid mens excellentius audet.
 Tu nanti protende manum: tu Piso latentem
 Exere nos humilis domus & sincera parentum,
 Sed tenuis Fortuna sua caligine cælat.
 Possimus impositis caput exonerare tenebris,
 Et lucem spectare nouam, si quid modò letus
 Annuis, & nostris subscribis, candidè, uotis.
 Est mihi, crede, meis animus constantior annis,
 Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere mælas
 Cœperit, & nondum uicesima uenerit ætas.
 Quòd si tam ualida mihi robur mentis in esset,
 Et solidus primos impleret spiritus annos,
 Auderem uoces per carmina nostra referre
 Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,
 Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
 Sed nec olorinos audet Pandionis ales
 Parua referre sonos, nec, si uelit improba, possit.
 Sic & Aëdonia superantur uoce cicadae,
 Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.
 Quare agè Calliope, posita grauitate forensi,
 Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt,
 Quæ laudare uelis inuenta Penatibus ipsis.

F I N I S.

C. PETRONII ARBITRI
 DE MUTATIONE REI
 PUBLICAE ROMANAE.

Orbem iam totum uictor Romanus habebat,
 Quæ mare, quæ terræ, quæ sidus currit utrunq;
 Nec satiatus erat. Graidis freta pulsa carinis
 Iam peragrabantur. si quis sinus abditus ultra,
 Si qua foret Tellus, quæ filium mitteret aurum,
 Hostis erat: fatisq; in tristia bella paratis
 Querebantur opes. non uulgo nota placebant
 Gaudia: non usu plebeio trita uoluptas.
 Assyria concham laudabat niles in unda.
 Quæstus tellure nitor certauerat ostro.
 Hinc Numidæ crustas, illinc noua uellera heres.
 Atq; Arabum populus sua despoliauerat arua.
 Ecce aliæ clades, elise uulnera pacis.
 Quæritur in siluis Mauri fera: & ultimus Ammon
 Afrorum excutitur, ne desit bellua dente
 Ad mortes preciosa suas. premit aduena classes
 Tigris, & aurata gradiens uectatur in aula,
 Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.
 Heu pudet effari, perituraq; prodere fata.
 Persarum ritu male pubescentibus annis.
 Surripuere uiros: execta; uiscera ferro
 In uenerem fregere: atq; ut fuga mobilis æui
 Circumscripta mora properantes differat annos.
 Quare se natam non inuenit omnibus ergo
 Scorta placent, fractiq; enerui corpore gressus,
 Et laxi crines, & tot noua nomina uestis,
 Quæq; uirum querunt. Ecce Afris eruta terris

Citrea mensa: greges seruorum: ostrumq; renidens
 Ponitur, ac maculis imitatur uilibus aurum,
 Quae sensum turbant. hostile, ac mobile lignum
 Turba sepulta mero circumuenit: omniaq; orbis
 Praemia correptis miles uagus extruit armis.
 Ingeniosa gula est. Siculo scarus aequore mersus
 Ad mensam uiuus perducitur: atq; Lucrinis
 Eruta litoribus uendunt conchylia coenas,
 Ut renouent per damna famem. iam Phasidis unda
 Orbata est auibus: mutòq; in litore tantum
 Solae desertis adspirant frondibus aure.
 Nec minor in campo furor est, emptiq; Quirites
 Ad praedam, strepitumq; lucri suffragia uertunt.
 Venalis populus, uenalis curia Patrum.
 Est fauor in precio: senibus quoq; libera uirtus
 Exciderat, sparsisq; opibus conuersa potestas.
 Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebat.
 Pellitur à populo uictus Cato: tristior ille est
 Qui uicit, fascésq; pudet rapuisse Catoni.
 Namq; hoc dedecus est populi, morumq; ruina.
 Non homo pulsus erat: sed in uno uicta potestas
 Romanumq; decus. quare iam perdita Roma
 Ipsa sui merces erat, et sine uindice praeda.
 Porro tergemino deprensam gurgite* pridem
 Funeris illuuias, ususq; exederat aris.
 Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus.
 Sed ueluti tabes tacitis concepta medullis
 Intra membra furens curis latrantibus errat.
 Arma placent miseris, detritaq; commoda luxu
 Vulneribus reparantur. inops audacia tuta est.
 Hoc mersam caeno Romam, somnoq; iacentem
 Quae poterant artes sana ratione mouere,

* praedam

Ni furor, et bellum, ferroq; excita libido? /
 Tres tulerat Fortuna duces: quos obruit omnes
 Armorum strue diuersa feralis Enyo.
 Crassum Parthus habet: Libyco iacet aequore Magnus.
 Iulius ingrata perfudit sanguine Romam.
 Et, quasi non posset tot Tellus ferre sepulcra,
 Diuisit cineres. hos gloria reddit honores.
 Est locus exciso penitus demersus hiatu,
 Parthenopen inter, magnaq; Dicarchidos arua,
 Cocyta perfusus aqua. nam spiritus, extra
 Qui furit effusus, funesto spargitur aestu.
 Non haec autumno Tellus uiret, aut alit herbas
 Caespite latus ager: non uerno persona cantu
 Mollia discordi strepitu uirgulta loquuntur:
 Sed chaos, et nigro squallentia pumice saxa
 Gaudent ferali circumtumulata cupressu.
 Has inter sedes Ditis pater extulit ora,
 Bustorum flammis, et cana sparsa fauilla.
 Ac tali uolucrum Fortunam uoce lacescit.
 Rerum humanarum, diuinarumq; potestas:
 Quae noua semper amat, et mox possessa relinquit:
 Ecquid Romano sentis te pondere uictam?
 Nec posse ulterius perituram extollere molem?
 Ipsa suas uires odit Romana iuuentus,
 Et quas struxit opes, male sustinet. aspice late
 Luxuriam spoliatorum, et censum in damna furentem.
 Aedificant auro, sedesq; ad sidera mittunt.
 Expelluntur aquae saxis: mare nascitur aruis:
 Et permutata rerum statione rebellant.
 En etiam mea regna petunt. perfossa dehiscit
 Molibus insanis Tellus. iam montibus haustis
 Antra gemunt: et dum uariis lapis inuenit usum,

Inferni manes cælum sperare fatentur.

Quare age Fors, muta pacatum in praelia uultum.

Romanosq; cie: ac nostris da funera regnis.

Iam pridem nullo perfundimus ora cruore.

Nec mea Tisiphone stientes perluit artus,

Ex quo Sullanus bibit ensis: & horrida Tellus

Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.

Hæc ubi dicta dedit, dextræ coniungere dextram

Conatus, rupto tellurem soluit hiatu.

Tunc Fortuna leui defudit pectore uoces:

O Genitor, cui Cocyti penetralia parent,

Si modo uera mihi fas est impune profari,

Vota mihi cedunt. nec enim minor ira rebellat

Pectore in hoc, leuiorq; exurit flamma medullas.

Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi:

Muneribusq; meis irascor. destruat istas

Idem, qui posuit, moles Deus. & mihi cordi

Quippe cremare uiros, & sanguine pascere luxum.

Cerno equidem gemino iam strictos Marte Philippos,

Thessaliæq; rogos, & funera gentis Iberæ.

Iam fragor armorum trepidantes personat aures.

Et Libye cerno, & tua Nile gementia castra:

Ætiacôsque sinus, & Apollinis arma trementes.

Pande age terrarum stientia regna tuarum:

proress Atq; animas arcesse nouas. Vix nauita porthmeus

Sufficiet simulacra uirum traducere cymba.

Classe opus est. tuq; ingenti satiare ruina

Pallida Tisiphone, concisaq; uulnera mande.

Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.

Vix dum finierat, quum fulgure rupta corusco

Intremuit nubes, elisôsque abscidit ignes.

Subsedit pater umbrarum, gremioq; reductus

Tellu

Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.

Continuo clades hominum uenturaq; damna

Auspiciis patuere Deum. namq; ore cruento

Deformis Titan uultus caligine textit.

Ciuiles acies iam tum spirare putares.

Parte alia plenos extinxit Cynthia uultus,

Et lucem sceleri subduxit. rupta tonabant

Verticibus lassis montis iuga. nec uaga passim

Flumina per notas ibant morientia ripas.

Armorum strepitu cælum furit, & tuba mortena

Sideribus transmissa ciet. iamq; Aetna uoratur

Ignibus insolitis, & in æthera fulmina mittit.

Ecce inter tumulos, atq; ossa arenaria bustis

Umbrarum facies diro stridore minatur.

Fax stellis comitata nouis incendia ducit:

Sanguineoq; recens descendit Iuppiter imbre.

Hæc ostenta breui soluit Deus. Exiit omnes

Quippe moras Cæsar, uindictæq; actus amore

Gallica proiecit, ciuilia sustulit arma.

Alpibus aeris, ubi Graio nomine, pulse

Descendunt rupes, & se patiuntur adiri,

Est locus Herculeis aris sacer. hunc niue dura

Claudit hyems, canoq; ad sidera uertice tollit.

Cælum illinc cecidisse putes: non solis adulti

Mansuescunt radij: non uerni temporis aura:

Sed glacie concreta rigens, hyemisq; pruinis

Totum ferre potest humeris minitantibus orbem.

Hæc ubi calcauit Cæsar iuga milite leto,

Optauitq; locum: summo de uertice montis

Hesperia campos late prospexit, & ambas

Intentans cum uoce manus ad sidera, dixit:

Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia Tellus

I 4

Armis leta meis, olimq; onerata triumphis:
 Testor ad has acies, inuitum arcessere Martem,
 Inuitas me ferre manus, sed uulnere cogor,
 Pulsus ab urbe mea, dum Renum sanguine uinco.
 Dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes
 Alpibus excludo, uincendo, certior exul:
 Sanguine Germano, sexagitaq; triumphis,
 Esse nocens capi, quanquam quos gloria terret,
 Aut qui sunt, qui bella uident: mercedibus emptæ,
 Ac uiles operæ: quorum est mea Roma nouerca,
 Ut reor, haud impune, neq; hanc sine uindice dextram
 frequentes Incidet ignauus, uictores ite ferentes
 Ite mei comitis, & causam dicite ferro.
 Namq; omnes unum crimen uocat, omnibus una
 Impendet clades, reddenda est gratia uobis.
 Non solus uici, quare? quia poena tropheis
 Imminet, & sordes meruit uictoria nostra.
 Iudice fortuna cadat alea, sumite bellum,
 Et tentate manus, certe mea causa peracta est
 Inter tot fortes armatus nescio uinci.
 Hæc ubi persenuit, de cælo Delphicus ales
 Omnia leta dedit, pepulitq; è montibus auras.
 Nec non horrendi nemoris de parte sinistra
 Insolitæ uoces flama sonuere sequente.
 Ipse nitor Phœbi uulgato latior orbe
 Creuit, & aurato præcinxit fulgure uultus.
 Fortior ominibus mouit Mauortia signa
 Cæsar: & insolito gressu prior occupat ausus.
 Prima quidem glacies, & cana iuncta pruina
 Non pugnauit humus, mitiq; quieuit honore.
 Sed postquam turmæ nimbos fregere ligatos,
 Et pavidus quadrupes undarum uincula rupit:

Incaluere

Incaluere niues, mox flumina montibus altis
 Undabant modo nata, sed hæc quoque missa putares.
 Stantibus at uicta fluctus stupuere pruina:
 Et paulo ante lues iam concidenda iacebat.
 Tum uero malefida prius uestigia lusit,
 Decepitq; pedes, passim turmæq; uiriq;
 Armæq; congesta strue deplorata iacebant.
 Ecce etiam rigido concussæ flamme nubes
 Exonerabantur, nec rupti turbine uenti
 Deerant: ac tumida confractum grandine cælum.
 Ipsæ iam nubes ruptæ super arma cadebant,
 Et concreta gelu Ponti uelut unda ruebat.
 Victa erat ingenti Tellus niue: uictaq; cæli
 Sidera: uicta suis hærentia flumina ripis:
 Nondum Cæsar erat, sed magnam nixus in hastam
 Horrida securis frangebatur gressibus arua.
 Qualis Caucasæ decurrens arduus arce
 Amphitryoniades: aut toruo Iuppiter ore,
 Quum se uerticibus magni demisit Olympi,
 Et periturorum deiecit tela Gigantum.
 Dum Cæsar tumidas iratus deprimat arcas:
 Interea uolucer motis conterrita pennis
 Fama uolat, summiq; petit iuga celsa palati:
 Atque hæc Romano attonito fert omnia signa:
 Iam classes fluitare mari, totasq; per Alpes
 Feruere Germano perfusus sanguine turmas.
 Arma, cruor, cedes, incendia, totaq; bella
 Ante oculos uolitant, ergo pulsata tumultu
 Pectora per dubias scinduntur territa causas.
 Huic fuga per terras, illi magis unda probatur:
 Et patria est Pontus iam tutior, est magis, arma
 Qui tentata uelit, fatisq; iubentibus actus,

I 5

Quantum quisque timet, tantum fugit. ocior ipse
 Hos inter motus populus, miserabile uisu,
 Quo mens icta iubet, deserta ducitur urbe.
 Gaudet Roma fuga, debellatq; Quirites
 Rumoris sonitu mœrentia tecta relinquunt,
 Ille manu trepida natos tenet: ille penates
 Occultat gremio, deploratunq; relinquit
 Limen, & absentem uotis interficit hostem.
 Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant,
 Grandæuosq; patres oneris non gnara iuuentus
 Id, pro quo metuit, tantum trahit. omnia secum
 Hinc uehit imprudens, prædamq; in prælia ducit.
 Ac uelut ex alto quum magnus inhorruit Auster,
 Et pulsas euertit aquas; non arma ministris,
 Non regimen prodest: ligat alter pondera pinus:
 Alter tuta sinu, tranquillaq; littora querit:
 Hic dat uela fugæ, Fortunæq; omnia credit.
 Quid tam parua queror? gemino cum Consule magnus
 Ille tremor Ponti, seui quoque terror Hydaspis,
 Et piratarum scopulus: modo quem ter ouantem
 Iuppiter horruerat: quem fracto gurgite Pontus,
 Et ueneratus erat submissa Bosporus unda,
 Pro pudor, Imperij deserto nomine fugit,
 Ut Fortuna leuis Magni quoque terga uideret.
 Ergo tanta lues Diuum quoque numina uidit:
 Consensitq; fugæ cæli timor. ecce per orbem
 Mitis turba Deum, terras exosa furentes
 Deserit: atque hominum damnatum auertitur agmen
 Pax prima ante alias, niueos pulsata lacertos
 Abscondit galea uictum caput: atque relicto
 Orbe fugax, Ditis petit implacabile regnum.
 Huic comes it sincera Fides, & crime soluto

Iustitia,

Iustitia, & lacera mœrens Concordia palla.
 At contra, sedes Ereti qua rupta dehiscit,
 Emergit late Ditis chorus, horrida Erinyes,
 Et Bellona minax, facibusq; armata Megæra:
 Letumq; insidiæq; & lurida mortis imago.
 Quas inter furor, abruptis ceu liber habenis,
 Sanguineum late tollit caput, oraq; nulle
 Vulneribus confossa cruenta casside uelat.
 Hæret detritus leuæ Mauortius umbo,
 Innumerabilibus telis grauis: atque flagranti
 Stipite dextra minax terris incendia portat.
 Sentit terra Deos, mutatq; sidera pondus
 Quæsiuere suum. nanq; omnis Regia cæli
 In partes diducta ruit: primunq; Dione
 Cæsaris acta sui ducit. comes additur illi
 Pallas, & ingentem quatens * Mauortius hastam:
 Magnaq; cum Phœbo soror, & Cyllenia proles
 Excipit, ac totis similis Tirynthius actis.
 Infremuere tubæ, ac scisso discordia crine
 Extulit ad superos Stygium caput. huius in ore
 Concretus sanguis, contusaq; lumina flebant.
 Stabant irati; scabra rubigine dentes:
 Tabo lingua fluens, obfessa draconibus ora
 Atque inter toto laseratam pectore uestem
 Sanguineum tremula quatiebat lampada dextra.
 Hæc ut Cocyti tenebras, & Tartara liquit,
 Alta petit gradiens iuga nobilis Apenini,
 Vnde omnes terras, atque omnia litora posset
 Aspicere, ac toto fluitantes orbe cateruas:
 Atque has erupit furibundo pectore uoces.
 Sumite nunc gentes accensis mentibus arma,
 Sumite, & in medias immittite lampadas urbes.

* Mars
obuius

Vincetor,

Vincetur, quicumque latet. non formida cesset,
 Non puer, aut aeo iam desolata senectus.
 Ipsa tremat Tellus, taceratq; tecta rebellent.
 Tu legem Marcelle tene: tu concute plebem
 Curio: tu fortem ne supprime Lentule Martem.
 Quid porro tu die tuis cunctaris in armis?
 Non frangis portas? non muris oppida soluis,
 Thesaurósq; rapis? nescis tu Magne tueri
 Romanas acies? Epidauria moenia quære,
 Thessalicósq; sinus humano sanguine tinge.
 Factum est in terris, quicquid discordia iussit.

FINIS.



VARIORVM POE-

TARVM IN VIRGILII OPE-

RA, ET VITAM, PRAE-

conia cum maiore, quàm an-
 rehac accessione.

IOSEPHVS SCALIGER IVLII

CAES. F. AVXI, SUPPLE-

VI, RECENSVI.

*Omnia ex veteribus Codicibus.**Aut ex certissima coniectura.*

PVB. VIRGILII MARONIS

VITA A FOCA GRAMMATICO

VRBIS ROMAE VERSI-

BUS EDITA.

PRAEFATIO.

O uetustatis memoranda custos
 Regios actus simul, & fugaces
 Temporum cursus docilis referre
 Aurea Clio.

Tu nihil magnum stans interire:
 Nil mori clarum pateris, reseruans
 Posteris Prisci monumenta secli
 Conditis libris.

Sola

Sola fucatis uariare dictis
 Paginas nescis: sed aperta quicquid
 Veritas prodit, recinis per æuum
 Simplice lingua.
 Tu fenescientes titulos laborum
 Flore durantis reparas iuuentæ:
 Militat Virtus tibi te notante
 Crimina pallent.
 Tu fori turbas, strepitusq; litis
 Effugis dulci moderata cantu.
 Nec retardari pateris loquelas
 Compede metri.
 Hic faue dictis. retegenda uita est
 Vatis Hetrusci, modo qui perenne
 Romulæ uoci decus adrogauit
 Carmine sacro.

Mæonij specimen uatis ueneranda Maronem
 Mantua Romulæ generauit flumina lingue.

* *facunda* Quis * *fecunda* tuos toleraret Græcia fastus?
 Quis tantum eloquij potuisset ferre tumorem,
 Acumula Virgilium tellus, nisi Tusca dedisset?
 Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli,
 Ut referant alij, tenui mercede locatus.

Sed plures figulum. Quis non miracula rerum

* *Hic* * *Hæc* stupeat? Diues partus de paupere uena

* *Emicuit* * *Enituit*: figuli soboles noua carmina finxit.

Mater Polla fuit Magij non infima proles.

* *clara* Quem socerum probitas fecit iam * *data* Maroni.

Hæc cum maturo premeretur pondere uentris,

Ut solet, in somnis animus uentura repingens

Anxius et uigili præsumere gaudia cura

142

Phœbei

Phœbei nemoris ramum fudisse putauit.
 O sopor indicium ueri. nil certius unquam
 Cornea porta tulit. facta est interprete lauro
 Certa parens, onerisq; sui cognouerat artem.
 Consule Pompeio uitalibus editus auris,
 Et Crasso, tetigit terra, quo tempore Chelas
 Iam mitis Phaeton post Virginis ora receptus.
 Infantem uagisse negant. nam fronte serena
 Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
 Ipse puerperis adrisit letior orbis:
 Terra ministravit flores, et munere uerno
 Herbida subposuit puero sulmenta uirescens.
 Præterea, si uera fides, sed uera probatur,
 Lata cohors apium subito per rura, iacentis
 Labra fauis textit, dulces susura loquelas.
 Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone
 Indicium lingue memorat famosa Vetustas.
 Sed Natura parens properans extollere Romanam
 Et Latior dedit hoc, ne quid concederet uni.
 Insuper his, Genitor, nati dum fata requirit,
 Populeam sterili uirgam mandauit arenæ:
 Tempore quæ nutrita breui, dum crescit, in omne
 Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætas.
 Hæc propter placuit puerum committere mussis,
 Et monstrare uiam uenturæ in secula fame.
 Tum Ballista rudem lingua titubante receptum
 Instituit primum: quem nox armabat, in umbris
 Grassari solitum. Crimen doctrina tegebat.
 Mox patefacta uiri pressa est audacia saxis.
 Incidit titulum iuuenis, quo pignora uatis
 Edidit. auspicijs suffecit poena Magistri.

Monte

» Monte sub hoc lapidum * tegitur Ballista sepultus.
 * alias, pre- Nocte die tutum carpe uiator iter.
 mitur.
 » Nos tamen hoc breuius si fas simulare Maronem.
 * oras Ballistam sua poena tegit, uia tuta per * auras
 » Hic Ballista iacet. certo pede perge uiator.
 » Carcere montoso clausus Ballista tenetur,
 » Securi fraudis pergite nocte uiri.
 » Quid trepidas tandem gressu pauitante uiator?
 » Nocturnum furem saxeus imber habet.
 » Ballistæ uitam rapuit lapis. ipse sepulcrum
 » Intulit. umbra nocens pendula saxa tremit.
 » Crimina latronis dignissima poena coercet.
 » Duritiam mentis damnat ubique lapis.
 » Hinc culicis tenui prælufit funera uersu.
 » Parue culex, pecorum custos tibi tale merenti
 » Funeris officium uitæ pro munere reddit.
 * Scironem Tum tibi * Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum
 Roma potens, proceresq; suos tibi iunxit amicos.
 Pollio, Mæcenas, Varius, Cornelius ardent.
 Et sibi quisque rapit per te uicturus in æuum.
 Musa refer, quæ caussa fuit componere libros.
 Sumpserat Augustus rerum moderamine princeps.
 Iam necis ultor erat patriæ: iam cæde piorum
 Perfusus. acies legitur uisura Philippos.
 Cassius hic Magni uindex, & Brutus in armis
 Intereunt. uictor nondum contentus opimis
 Emeritas belli spoliis ditasse cohortis
 Proscripsit miseræ florentia rura Cremonæ.
 Totaq; militibus precium concessa laborum
 Præda fuit. uiolenta manus bacchata per agros.
 Non flatus, non tela Iouis, non spumeus annis,
 Non imbres rapidi, quantum manus impia uastat.

Mantua

Mantua tu coniuncta loco, sociata periclis,
 Non tamen ob meritum miseram uicinia fecit.
 Iam Maro pulsus erat. sed uiribus obuius ibat
 Fretus amicorum clipeo: cum penè nefando
 Ense perit. quid dextra furis? quid uiscera Romæ
 Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
 Posteritas, ipsamq; ducem, nisi Mantua dicat.
 Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
 Itur ad auctorem rerum. quid Martius horror
 Egerit, ostendunt. quid tunc miseranda tulisset
 Cæsaris hic placido nutu repetuntur agelli.
 His auctus meritis cum digna rependere uellet,
 Inuenit carmen, quo munera uincere posset.
 Prædia dat Cæsar, quorum breuis usus habendi
 Obtulit hic laudes, quas secula nulla filescant.
 Pastores cecinit primos. hoc carmine Consul
 Pollio laudatur terræ reuocantibus annis
 Composito. post hæc ruris præcepta colendi
 Quatuor exposuit libris, & commoda terræ
 Edocuit geminis anno minus omnia lustris.
 Inde cohibnato Teucrorum prælia uersu
 Et Rutuliam tonuit. bis sena uolumina * sacrum
 Formauit donata Duci, trieteride quarta.
 Sed loca, quæ uulgi memorauit tradita fama
 Aequoris, & terræ, statuit percurrere Vates,
 Certius ut libris oculo dictante notaret.
 Pergitur: ut Calabros tetigit, liuore nocenti
 Parcarum, uehemens luxauit corpora morbus.
 Hic ubi languores, & fata * micantia sensit.

* sacro

* minantia

* * *

Cætera deerant in exemplari.

K

INCERTI AVCTORIS DE OPERIBVS VIRGILIANIS.

Maonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrunq; sibi.
Illius immensos miratur Graecia campos.
Ast minor est nobis, sed bene cultus ager,
Hic tibi nec pastor, nec curuus deerit arator.
Haec Grauis constant singula, trina mihi.

ALCINOI DE VIRGILIO.

De numero uatum si quis seponat Homerum
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro seponatur Homerum:
Longe erit à primo quisq; secundus erit.

C. SVLPITII APOLLINARIS GRAMMATICI IN AENEIDEM VIRGILIANAM.

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca uetat Varusq; simul, tu maxime Caesar
Non stis, & Latiae consulis historiae.
Infelix alio cecidit prope Pergamon igni,
Et pene est alio Troia cremata rogo.

IMITATIO EIVSDEM, PHOCAE GRAMMATICI EX FRAGMENTO VITÆ VIRGILIJ. VERSUS PLANÈ GRAMMATICALES.

Carmina Virgilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali iusserat igne mori.

Tucca negat. Varus prohibet: superaddito Caesar

*Numen

*Nomen, in Aenea non stis esse nefas.

O quam pene iterum gemmasti funere funus
Troia bis interitus caussa futura tui.

DE

DE EADEM RE VERSVS ATTRIBVTI COR. GALLO, SCHOLAETICI POËTÆ, VT APPARET. IMITATI EX EODEM SVLPITIO CARTHAGINENSI.

Temporibus latis tristamur, maxime Caesar,

Hoc uno amisso, quem fleo Virgilium.

Sed uetuit relegi, si tu patiere, libellos,

In quibus Aeneam condidit ore sacro.

Roma rogat: precibus totus tibi supplicat orbis,

Ne pereant flammis tot monumenta ducum.

Atq; iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit.

Fac laudes Italum, fac tua facta legi.

Aeneamq; suam fac maior nuncius ornet.

Plus satis possunt Caesaris ora Dei.

DE EADEM RE, VETERIS SCHOLAETICI POËTÆ VERSVS SUB NOMINE AVGVSTI CAESARIS.

Ergone supremis potuit uox improba uerbis

Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,

Magnaq; doctiloqui morietur Musa Maronis?

* Ab scelus indignum. soluetur litera diues?

Et poterunt spectare oculi: nec parcere honori

Flamma suo? dignumq; operi seruare decor em?

* Noster Apollo ueta. Musa prohibete Latine.

Liber, & alma Ceres succurrite. uester in armis

Miles erat: uester docilis per rura colonus.

Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Aestas:

Quia daret Autumnus, quid Bruma nouissima ferret.

* Arua reformauit: sociauit uitibus ulmos:

Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.

Hæc dedit, ut pereant: ipsum si dicere fas est.

Sed legum est seruanda fides. suprema uoluntas

Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.

K 2

v.c. Ah scelus. hoc dignum?

* v.c. du-

ctumque

operi serua-

uit amore,

id est, serua-

bit.

* pulcher

Apollo

v.c.

* v.c. Quid

pater Au-

tum.

* v.c. Ar-

buta for-

mauit.

* v. c. reue-
renda
* v. c. ver-
ba
* v. c. super-
bum
* v. c. pi-
gei:

Frangatur potius legum* ueneranda potestas,
Quam tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauerit una dies, supremaq; * iussa parentis
Amittant uigilasse suum. si forte* furenti
Errauit in morte* dolor: si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens caeca fuit: iterum sentire ruinas

* v. c. Iam
sacrum sol-
uetur opus?
tot bel. t. e.
* date flumi-
na cuncta so-
rores. v. c.

Troia suas, iterum cogetur reddere uoces?
Ardebit miseræ post uulnera uulnus Elisæ?
* Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides* nemorum per lustra loquaces
Tendite: & ardentes ignes fluuijalibus undis
Mergite: ne pereat tam clari Musa poetæ,
Flammâq; uanescat. uiuat Maro clarus in orbe,
Ingratûsq; sibi. sed quod male iusserat ipse,
Sit uetuisse meum. facer est post tempora uitæ.
Sicq; erit æternum tota resonante camœna
Carmen, & imperij diui sub nomine uiuat.
Laudetur, placeat, uigeat, relegatur, ametur.

EORVND E M V E R S V M S C H O L A S T I
ca imitatio per Focam Grammaticum
ex vita Virgilij. Fragmentum.

* * * *
Nescio quid, fugiente anima, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui,
Infertur Tyriæ post uulnera uulnus Elisæ:
Sentiet applicitos turbata Sibylla uapores
Eiurata mori: nec cingula reddet Amazon?
Dij meliora date, ac sensum reuocate nocentem.
Pace uiri liceat tanti. nec commoda linguæ

Diuitis

Diuitis intereant: per quam Romana iuuentus
Acternum floret. uerum, quod iusserat ille,
Sit uetuisse meum. nam post sua tempora uitæ
Non taceat. imo æternum resonante camœna
Laudetur, placeat, uiuat, relegatur, ametur.

A L I V S C V I V S D A M S C H O L A -
S T I C I P O E T A E A R G V M E N T A I N
A E N E I D E M, S V B N O M I -
N E O U I D I I.

P R A E F A T I O.

Virgilius magno quantum concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso poeta meo.
Nec me prælatum cupio tibi ferre poeta.
Ingenio tantum si sequor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notauit,
Errorem ignarus nequis habere queat.
Bis quinos legerent, feci, quos carmine, uersus,
Aeneidos totum corpus ut esse putent.
Adfirmo grauitate mea me carmine nullum
Liuoris titulum præposuisse tibi.

P R I M I L I B R I.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas odiis Iunonis pressus iniquæ,
Italiam querens Siculis errauit in undis.
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarûsq; loci, fido comitatus Achate
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad urbem,
Arreptûsq; undis socios cum classe recepit.
Hospitiûq; usus* Didonis, cuncta benigne
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

* v. c. Di-
dus, per cun-
ctâ

K 3

S E C V N D I.

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus heros
** aliàs pa-* Fata recensebat ** Troiæ, casusq; suorum:*
tria: Fallaces Graios: simulatq; dona Mineruæ:
 Laucontis pœnam, laxantem claustra Sinonem:
 Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum:
 Iam flammæ cæli Troum, patriæq; ruinas
 Et regis Priami fatum miserabile semper:
 Impositumq; patrem collo: dextraq; prehensum
 Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa:
 Ereptam hanc fato: socios in monte receptos.

T E R T I I.

Post euerfa Phrygum regna, ut fuga cepta moueri:
 Utq; sit in Thracem primo deuectus: ibiq;
 Moenia condiderit, Polydori cade piata.
 Regis & hospitium, ut Phœbi responsa canebant.
 Ceptum iter in Cretam: rursus noua fata reperta.
 Naufragus ut fuerit Strophadas compulsus ad uidas.
 Inde fugam, atq; iterum enarrat præcepta Celeno.
 Liquerit utq; Helenum perceptis ordine fatis.
 Supplicem Achæmenidem Polyphemo urgente recepit.
 Amasiumq; patrem Drepani, atq; hinc inde quieuit.

Q V A R T I.

At regina graui Veneris iam carpitur igni.
 Consultur soror Anna: placet succumbere amori:
 Fiunt sacra Deis: onerantur numina donis.
 Itur uenatum. Veneris clam foedera iungunt.
 Facti fama uolat. monitus tunc numine diuûm
 Aeneas classemq; fugæ, sociosq; parabat.
 Sensit amans Diuo, precibus conata morari.
 Postquam fata iubent, nec iam datur ulla facultas,

Con

Conscenditq; pyram dixitq; nouissima uerba,
 Et uitam infelix multo cum sanguine fudit.

Q V I N T I.

Nauigat Aeneas: Siculas defertur ad oras.
 Hic manes celebrat patrios: una hospes Acestes
 Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.
 Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta.
 Iris anum Beroen habitu mentita senili
 Incendit naues, subitus quas uindicat imber.
 In somnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
 Quôq; duce ad manes possit descendere, monstrat.
 Transcribit matres urbi, populûmq; uolentem.
 Et placitum Aeneas Palinurum quærit in undis.

S E X T I.

Cumas deinde uenit. fert hinc responsa Sibylla:
 Misenum sepelit. mons seruat nomen humati.
 Ramum etiam ante Deum, placato numine, portat.
 Et uates longæua unâ descendit Auernum.
 Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elisam.
 Deiphobumq; uidet lacerum crudeliter ora.
 Umbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
 Conuenit Anchisen: penitusq; in ualle urenti
 Agnoscitq; suam prolem monstrante parente.
 Hæc ubi percepit, graditur, sociosq; reuulsi.

S E P T I M I.

Hic quoq; Caietam sepelit. tum deinde profectus
 Laurentum uenit. hanc uerbis cognouit Iuli
 Fatalem terram. mensis en uescimur, inquit,
 Centum oratores ueniam, pacemq; petentes
 Ad regem mittit, lectos tum sorte Latini:
 Qui cum pace etiam nata connubia pactus.

K 4

Hoc forte Alesto Iunonis dissipat ira.
 Concurrunt dictis, quanuis pia facta repugnant.
 Belli caussa fuit uiolatus uulnere ceruus.
 Tum gentes socia arma parant, fremit arma iuuentus.

OCTAVI.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
 Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
 Qui petat auxilium, & doceat quæ caussa petendi.
 Aeneas Diuum monitis adit Arcada regem
 Euandrum Arcadia profugum, noua regna petentem.
 Accipit auxilium, huic natum, & socia agmina iungit
 Euander. Pallas fati comes ibat iniquis,
 Iamq; habilis bello, & maternis lætus in armis,
 Fatâq; fortunâsq; ducum, casûsq; suorum
 Sortitus clipeo, diuina intentus in arte est.

NONI.

Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur,
 Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
 Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem,
 Nympharum in speciem diuino numine uersæ:
 Euryali, & Nisi coeptis fuit exitus impar.
 Pugnatur, castra Aeneadæ, uallumq; tuentur.
 Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
 Fit uia ui. Turnus Bitian, & Pandaron altum
 Deicit, & totis uictor dat funera castris.
 Iamq; fatigatus recipit se in castra suorum.

DECIMI.

Consilium Diuis hominum de rebus habetur.
 Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
 Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
 Mars uocat, & totis in pugnam uiribus itur.
 Interimit Pallanta potens in prælia Turnus.

Cædun

Cædunturq; duces, cadit & sine nomine uulgus.
 Subtrahitur pugne Iunonis numine Turnus.
 Aeneas perstat Mezerenti cæde piata.
 Et Lausum inuicta perimit per uulnera dextra.
 Mox ultor nati Mezerentius occidit ipse.

VNDECIMI.

Constituit Marti spoliolum ex hoste trophæum.
 Exanimumq; patri natum Pallanta remittit.
 Iura sepulture tribuit, tempusq; Latinis.
 Euander patrios affectus edit in urbe.
 Corpora cæsa uirum passim digesta cremantur.
 Legati referunt Diomedem arma negasse.
 Drances, & Turnus leges æquante Latino
 Concurrunt dictis, Aeneas imminet urbi.
 Pugnatur, uincunt Troes, cadit ista Camilla.
 Deinde duces castris, donec cessere, mimantur.

DODECIMI.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis
 Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
 Fœdus percutitur passuris omnia uictis.
 Hoc Turni Iuturna soror confundit: & ambos
 In pugnam populos agit, ementita Camertem.
 Aeneas uolucris tardatur membra sagitta.
 Anxia pro nato seruauit cura parentis.
 Vrbs capitur, uitam laqueo sibi finit Amata.
 Aeneas Turnum campo congressus, utrinque
 Circumfusa acie, uita spoliauit, & armis.

EADEM ARGUMENTA MONOSTICHS

PER EVNDEM AVCTOREM.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.
 Funera Dardaniæ narrat fletusq; secundo.
 Tertius errores canit, amissumq; parentem.

K 5

Vritur in quarto Dido, flammâq; fatetur.
 Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.
 Queruntur sexto Manes, & Tartara Ditis.
 Septimus Aenean reddit fatalibus aruis.
 Præparat octauo bellum, quos mittat in hostes.
 Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultus.
 Occidit Aeneæ decimo Mezentius ira.
 Undecimo uicta est non æquo Marte Camilla.
 Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

ARGUMENTVM OMNIVM OPE-
 RV M VIRGILIANORVM.

Pastorum Musam uario certamine promit,
 Ruris item docilis culturam carmine monstrat.
 Arboribus uitem, prolem quoque iungit oliuæ,
 Pastorumq; Palen, & curam tradit equorum.
 Tunc apium seriem, & quæ mellis dona, recenset.
 Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.
 Coniuuis series narratur Troica belli.
 Tertius at complet narrantis in ordine gesta.
 Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
 Quintus habet uaria tumuli spectacula patris.
 Infernos Ditis Manes, & regna pererrat.
 In Latium Aeneas, Italas simul intrat in oras.
 Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
 Euryalum, & Nisum deflet cum matre iuuentus.
 Mezentis interitus canitur, post funera Lausi.
 Vltiq; dehinc fertur telo mactata Camilla.
 Turni uita fugit infernas moesta sub umbras.

ITEM ARGUMENTA IN AENEI-
 DEM PER HEXASTICHA.
 PRIMI LIBRI.

Arma uirumq; canit uates Iunonis ob iram,

Et totum

Et totum Aeolys turbatum fluctibus æquor.
 Disiectas classes submersaq; corpora Ponto.
 Hospitium Didus, casus quo gentis & annos
 Aeneas Troiæ, fatumq; & bella referret.
 Quorum pars terræ, pelago pars addita fame est.

S E C V N D I.

Conticuere omnes, intentiq; ore loquentis
 Ora tenent, ac tum dolus introduciur hostis,
 Et fallacis equi damnosum munus in armis,
 Perfidia notusq; Simon, amissaq; coniunx.
 Per medios ignes allatus seuaq; tela
 Anchises, oneri facilis pietate ferentis.

T E R T I I.

Postquam res Astæ, disiectaq; moenia Troiæ:
 Dant pelago classes, Polydori funera discunt,
 Atque Eleni præcepta, fidem cui fecerat usus.

* * * * *

Reliqua desiderantur.

I N A E N E I D E M M O N O S T I -
 C H A B A S I L I I.

Primus habet, Libycam ueniunt ut Troes in urbem.
 Edocet excidium Troiæ, clademq; secundus.
 Tertius à Troia uectos canit æquore Teucros.
 Quartus item misere duo uulnera narrat Elise.
 Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
 Aeneam memorat uisentem Tartara Sextus.
 In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
 Dat simul Aeneæ socios Octauus, & arma.
 Daunius expugnat Nono noua moenia Troiæ.
 Exponit Decimus Thuscorum in litore pugnas.
 Undecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
 Vltimus imponit bello Turni nece finem.

I N

IN BUCOLICA FRAGMENTVM
EX QVODAM POETA.

Tityrus agresti modò letus carmine ruris
Formosum per quod Corydon ardebat Alexim.
Silenumq; senem fertisq; meroq; ligauit.
Pastorumq; sonos faciles duxere cicutæ.

INCERTI POETAE IN GEOR-
GICA TETRASTICHA.
PRAEFATIO.

Qualis Bucolicis: quantus tellure domanda
Vitibus, arboribusq; apibus, pecoriq; satisq;
Aeneadum fuerit uates, Tetrasticha dicent.
Contineat quæ quisq; liber, lege carmina nostra.

PRIMI.

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera seruet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratris,
Semina quo iacienda modo, cultusq; locorum,
Et messes docuit magno olim fœnore reddi.

SECUNDI.

Hætenus aruorum cultus, & sidera cæli.
Pampineas canit inde comas, collesq; uirentes,
Descriptasq; locis uites, & dona Lyæi.
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teq; Pales, & te pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramme pascua læta.
Quis habitent armenta locis, stabulentur & agni,
Omnia diuino monstrauit carmine uates.

QUARTI.

Protinus acrij mellis redolentia regna,
Hyblæis & apes, aluorum cerea tecta.

Quiq;

Quiq; apibus flores, examina quæq; legenda
Indicat, humentesq; fauos cælestia dona.

DVODECIM SCHOLASTICORVM
POETARVM ARGVMENTA IN
AENEIDEM LIB. I.

* VOMANVS I.

Aeolus immittit uentos, Iunone precante
* Troianôsq; uagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit amorem.

SECUNDI.

* EVFORBVS II.

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus,
Graiorumq; dolos, & equum, fraudemq; Simonis,
Excisamq; urbem, Priamiq; miserrima fata,
Viq; patrem imposticum forti ceruice per ignes
Extulerit, caramq; amiserit ipse Creusam.

TERTII.

IVLIANVS III.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes
Vela dat Aeneas, urbemq; in litore Thracum,
Mox aliam pulsus Creteis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq; uidet, præceptaq; * discit
* Aetneum Cyclops fugit, sepelitq; parentem.

QUARTI.

HILASIVS IIII.

Ardet amore graui Dido, soror Anna suadet
Nubere. iunguntur, nimbo cogente, sub * antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

QVIN

* VOVIANVS.

* v. c. Troia
nis, Liby-
casq; va-
gos.

* EVFOR-
BVS.

* v. c. su-
mit.

* v. c. Et
cazum.

* v. c. atro.

QVINTI.

PALLADIVS V.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit
Aeneam, tumuloq; patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linguunt socios. Venus anxiosa placat
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in undis.

SEXTI.

ASCLEPIADIVS VI.

Sacratam Phoebus Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius, uatisq; petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit. post haec adit infera regna.
Congressusq; patri, discit genus omne suorum.
Quoq; modo casus ualeat superare futuros.

SEPTIMI.

EUSTHENIVS VII.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua:
Et pace accepta leti noua moenia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat. illa Latinos
Inter, & Aeneadas bellum ferit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Itala * turmas.

* v. c. Tur
num.

OCTAUI.

POMPEIANVS VIII.

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari:
Arcadas, Euandrumq; senem sibi foedere iungit.
Dardanioq; duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clipeoq;
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

MAXIMIANVS IX.

Ad Turnum propere Iunonig mittitur Iris.
Instigatq; animos. acies mouet ille Phrygasq;

Obsidet.

Obsidet. in Nymphas uersa est Aeneia classis.
Euryalus, Nisusq; luunt nece praelia noctis.
Vi Turnus potitur castris. * impellitur inde.

* vi pelli-
tur exly. c.

DECIMI.

VITALIS X.

Placat & uxoris dictis, & iurgia natae
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Aduenit. occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.
Occidit à Turno Pallas: uictorq; superbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

BASILIUS XI.

Occisus proprium pars utraq; reddit honorem.
Supplicibus Calydona satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, * & obuia uirgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga, Camilla.

* cum

DVODECIMI.

ASMENVS XII.

Troianis, Rutulisq; placet coniungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. gnato Venus alma medetur
Dicta: anno, Rutuliq; luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

EORVNDEM XII. SCHOLASTI-
corum Epitaphia P. Virgilij Maro-
nis per Tetrasticha.

VITALIS I.

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra.
Ad mea nauus humum iussa colonus arat.
Praeliaq; expertos cecini Troiana Latinos.
Fertq; meos cineres incluta Parthenope.

BASIL

BASILIUS II.

Hoc iacet in tumulo uates imitator Homeri,
 Qui canit Ausonio carmine primus oues.
 Ad cultos hinc transit agros. Aeneidos autem
 Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENVS III.

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
 Mox praecepta dedi uersibus agricolæ.
 Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi.
 Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

* VOMANVS IIII.

Tityre te Latio cecinit mea fistula uersu:
 Præceptisq; meis Rusticus arua colit.
 Ac, ne Musa carens uitiis Aeneidis esset,
 Perfida me celeri fata tulere nece.

EUPHORBVS V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena
 Ruricolasq; docet qua ratione serant:
 Quiq; Latinorum memorat fera bella, Phrygasq;
 Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

IULIANVS VI.

Qui pastorali peragrauit Mænala Musa,
 Ruraq; & Aeneæ concinit arma Maro,
 Ille, decem lustris geminos postquam addidit annos,
 Concessit fati: & situs hoc tumulo est.

HILASIVS VII.

Hæc tibi Virgilius, domus est æterna sepulto,
 Qui mortis tenebras effugis ingenio.
 Mænalium carmen qui profers ore Latino,
 Et cultus segetum, bellaq; sua ducum.

PALLADIUS VIII.

Primus ego Ausonio pastorum carmina uersu

Composui

* aliàs VO
 VIANVS.

Composui, & quo sint rura colenda modo.
 Post, quibus Aeneas Rutulos superauerit armis.
 Vatis reliquias hæc pia terra fouet.

ASCLEPIADIVS IX.

Sicanus uates siluis, Aescæus in aruis,
 Mæonius bellis ipse poëta fui.
 Mantua se uita præclari iactat alumni.
 Parthenope sanam morte Maronis habet.

EVSTHENIVS X.

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, Hospes,
 Hac ego Virgilius sum tumultatus humo.
 Qui pecudum pariter, qui cultum fertillis agri,
 Mox Anchisiadæ bella Ducis cecini.

POMPEIANVS XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
 Edidit, hic cineres uatis, & ossa iacent.
 Cuius in æternum pastoris fistula uiuet
 Rustica: mox eadem Martia Calliope.

MAXIMIANVS XII.

Carminibus bucolico nitui: cultoribus agri
 Iura dedi, cecini bella Latina simul.
 Iamq; ad lustra decem Titan accesserat alter,
 Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

ITEM PER DISTICHA

EORVNDËM.

EX ARGVMENTO VIRGILIAE

NI DISTICHI.

Mantua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
 Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

ASCLEPIADIVS I.

Tityron, ac segetes cecini Maro, & arma, uirumq;
 Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

L

EUSTHENIVS II.

Virgilius iacet hic, qui pascua uersibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma uiri.

POMPEIANVS III.

Qui pecudes, qui rura canit, qui praelia uates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

MAXIMIANVS IIII.

Carmimbus pecudes, & rus, & bella canendo
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS V.

Mantua mi patria est: nomen Maro: carmina siluae:
Ruráq; cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIVS VI.

Qui siluas, & agros, & praelia uersibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce poeta Maro.

ASMENVS VII.

Pastorum uates ego sum: cui rura, ducésq;
Carmina sunt. hic me pressit acerba quies.

VOMANVS VIII.

A siluis ad agros, ab agris ad praelia uenit
Musa Maronæo nobilis ingenio.

EUPHORBVS IX.

Bucolica expressi, & ruris præcepta colendi,
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

IVLIANVS X.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & segetes, & fera bella canit.

HILASIVS XI.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris.
Praelia descripsi. contegor hoc tumulo.

PALLADIVS XII.

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica Musa

Per

Per siluas, per rus uenit ad arma uirum.

EORVNDDEM CICERONIS TVMV

LVS, VERSIBVS PLANE

SCHOLASTICIS.

EUPHORBVS I.

Hic iacet Arpinas manibus tumultatus amicis,

Qui fuit orator summus, & eximius.

Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hostis.

Nil agis Antoni: scripta diserta manent.

Vulnere nempe uno Ciceronem conficis: at te

Tullius æternis uulneribus lacerat.

IVLIANVS II.

Corpus in hoc tumulto magni Ciceronis humatum

Contegitur, claro qui fuit ingenio.

Quiq; malis grauis hostis erat, tutorq; bonorum,

Quo pene indigne Consule Roma periit.

Sed uigili cura detectis hostibus, urbem,

Supplicioq; datis, præstitit incolumem.

HILASIVS III.

Vnicus orator, lumenq; decusq; Senatus,

Seruator patriæ, conditor eloquii:

Cuius ab ingenio tandem illustrata perenni

Lumine præclaro lingua Latina * uocet:

Occidit insane manibus laceratus iniquis

Tullius: ac tumulo subditus exiguo est.

PALLADIVS IIII.

Quicumq; in libris nomen Ciceronis adoras,

Aspice quo iaceat conditus ille loco.

Ille uel orator, uel ciuis maximus: idem

Clarus erat factis, clarior eloquio.

Ac, ne quid Fortuna uiro nocuisse putetur,

Viuus in æternum docta per ora uolat.

*micat. uel
nitet.

L 2

ASCLEPIADIVS V.

Marcus erat Cicero toto notissimus orbe,
 Cuius reliquias occulit urna breuis.
 Dexteram me patriæ nuper ciuilibus ademit,
 Eripui patriam qui prius exitio.
 Siquis in hoc saxo Tulli legis aduena nomen,
 Non dedigneris dicere, Marce uale.

EUSTHENIUS VI.

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,
 Sed uirtute sua Consul in urbe fuit.
 Quem Catilina malus, coniuratioque nocentes
 Senferunt uigilem ciuibus esse suis.
 Hunc tamen, o pietas, tres occidere tyranni:
 At Lamia ille pio supposuit titulo.

POMPEIANVS VII.

Qui tenet eloquij fastigia summa Latini:
 Qui Consul patriam cædibus eripuit:
 Quique trium sæuo uitam dedit ense uiroꝝ,
 Tullius est in hac ipse sepultus humo.
 Sed uitæ breuitas pensatur laude perenni.
 Quod mors eripuit, gloria restituit.

MAXIMIANVS VIII.

Tullius hic situs est, uenerabile nomen in æuum,
 Clarus honore simul, clarus et ingenio.
 Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt,
 Quod patriæ uindex ille fidelis erat.
 Sed nihil infanda profecit cæde tyrannus,
 Ingenium uiuit; corpus inane perit.

VITALIS IX.

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
 Maximus orator, ciuis et egregius:
 Conluratum uindex, hostisq; malorum,

Pro

Proscriptus perit a tribus ille uiris.
 Qui casus grauius, qui detruncatus acerbè,
 Hoc Lamia debet, quod iacet in tumulo.

VOMANVS X.

Doctrinæ antistes, rerum mirabilis auctor
 Tullius, existens nobilis ex humili:
 Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
 Virtute ingenij uenit in astra sui.
 Sed Fortuna nocens miserando funere raptum
 Carpsit: et hoc uoluit membra iacere loco.

ASMENVS XI.

Eloquij princeps, magnis memorabilis actis
 Tullius indigna cæde peremptus obiit.
 Sed terras omnes impleuit nomine claro.
 Ingenium, cæso corpore, morte caret.
 Viuit, et ingenti pollet cum laude per orbem.
 Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

BASILIUS XII.

Inclutus hic Cicero est Lamia pietate sepultus,
 Quem Fortuna neci tradidit immeritæ:
 Maximus eloquio: ciuis bonus: urbis amator:
 Perniciësque malis: perfugiumque bonis.
 Qui sexaginta completis, ac tribus annis
 Seruitio pressam destituit patriam.

EORVNDEN DESCRIPTIO QUAR

TVOR TEMPESTATVM ANNI.

ARGVMENTVM EST EX

HIS OVIDIANIS.

Verg; nouum stabat cinctum florente corona.
 Stabat nuda Aestas, et spicea ferta gerebat.
 Stabat et Autumnus calcatis sordidus uuis.
 Et glacialis Hyems, canos hirsuta capillos.

L 3

BASILIUS I.

Vere snum Tellus aperit, florésq; ministrat.
 Tempore solis ager messes fert pinguis opimas.
 Fœcundos Autumnæ lacus de vitibus implet.
 Vis Hiemis glaciæ currentes alligat undas.

ASMENVS II.

Frigoribus pulsus nitidum uer æthera mulcet.
 Scindit agros Aestas Phœbeis ignibus ardens.
 Autumnæ dat Hiems mustum uicina teporem.
 * Albentes hæc durat aquas, & flumina nectit.

* v. c. la-
bentes, me-
lius

VOMANVS III.

Ver pingit uario gemmantia prata colore.
 Ignea uestit agros culmibus Cerealibus Aestas.
 Vitibus Autumnus turgentes detrahit uvas.
 * Frigore at hiberna est grauidus niue nubilus æther.

* v. c. Fri-
gidus hi-
berna

EUPHORBVS IIII.

Vere Venus gaudet florentibus aurea fertis.
 Flaua Ceres Aestatis habet sua tempore regna.
 Vinifero Autumnæ summa est tibi Bacche potestas.
 Imperium seuis hiberno* tempore uentis.

* v. c. fri-
gore

IULIANVS V.

Vere grauis fundit Tellus cum floribus herbas.
 Frugiferas aruis fert Aestas torrida messes.
 Pomifer Autumnus tenero dat palmitæ fructum.
 Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

HILASIVS VI.

Vere nouo letis decorantur floribus arua.
 Ac riget æstiuus hirsutus campus aristis.
 Labra per Autumnum musto spumantia feruent.
 Deponunt frondes hiemali frigore siluæ.

PALLADIUS VII.

Ver placidum uario nectit de flore corollas.

Spicea

Spicea fert & gerit calidissima solibus Aestas.
 Temporâq; * Autumnæ cingunt tua Bacche, * racemi.
 Tristis hiems montes niueo uelamine uestit.

ASCLEPIADIVS VIII.

* Ver agrum gemmis nitidum stellantibus ornat.
 At feruens Aestas pinguis frugibus arua.
 Mox Autumnæ reuolet uindemia fœtu.
 Fronde nemus male nudat Hiems, amnesq; rigescunt.

EUSTHENIVS IX.

Purpurcos flores humus effert uere comanti.
 Ac Cereris donis horrescunt arua per æstum.
 Bacche tuo tempus fluit autumnæ liquore.
 Obtegatur tellus per frigora ueste niuali.

POMPEIANVS X.

Vere tepet picto Zephyris spirantibus ær.
 Decrescunt celeres æstiuus ignibus amnes.
 Temperies, Autumnæ, fluit tua nectare dulci.
 Pêrque Hiemem lentus cælo niuis aduolat imber.

MAXIMIANVS XI.

Veris honos tepidi floret, uere omnia rident.
 Arua sub æstiuus undant horrentia flabris.
 Vite coronatas Autumnus degrauat ulmos.
 Decutit ipse rigor fluis hiemalis honorem.

VITALIS XII.

Flore solum uario depingit odoriferum uer.
 Falciferamq; Deam falces remorantur in æstu.
 Dat musto grauidas Autumnus pomifer * uvas.
 Sithonia glaciæ Hiems niue cana senescit.

* v. c. um-
bras.

EORVNDËM DE SIGNIS

CAELESTIBVS.

IULIANVS I.

Primus adest Aries, Taurisq; insignibus auro

*v.c. Nemeus, & innuba.
 Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum.
 Tum Leo terribilis *Nemeus, atq; innuba uirgo.
 Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictum.
 Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus.
 Fusor aquae simul, & fulgenti lumine Pisces.

HILASIVS II.

Proditor est Helles, & proditor Europaeus.
 Et Gemini iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer.
 Horrendusq; Leo sequitur cum uirgine sancta.
 Libraq; lance pari, & uiolentus acumine caudae.
 Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus,
 Et qui portat aquam puer urniger, & duo Pisces.

PALLADIVS III.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & una
 Tyndaridae iuuenes, & feruida brachia Cancri.
 Herculeusq; Leo Nemeae pauor: almaq; uirgo.
 Libra iugo aequali pendens, & Scorpius acer,
 Centaurusq; senex Chiron, & cornua Capri.
 Et iuuenis gestator aquae, Piscesq; supremi.

ASCLEPIADIVS IIII.

*v.c. Lamiger
 *v.c. Fulgentis.
 * Corniger astrorum ductor, Taurusq; secundus.
 Tum sidus Geminum, & Cancri *gemmantis imago.
 Truxq; Leo, & uirgo, quae spicea munera gestat,
 Et Libram, quam Caesar habet: Chelaq; minaces,
 Atq; arcu pollens, & salsi gurgitis Hircus.
 Vrnaq; Nimbiferi, Piscesq; nouissima forma.

EUSTHENIVS V.

Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,
 Et Ledae soboles, & Cancri torridus ignis.
 Terribilisq; Leo, species quoq; Virginis almae,
 Momentumq; sequens, caudaq; timendus adunca:
 Hinc tendens arcum: liquidi Caper aequoris inde.

Trois

* Troianusq; puer, geminiq; sub aethere Pisces.

MAXIMILIANVS VI.

* Nubigena iuuenis uector, Tauriq; trucis frons,
 Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis.
 Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens.
 Quam sequitur Libra, & uiolenta cuspide saeuus.
 Semifer Arcipotens subit, & Capricornus aquosus,
 Et cui nomen aquae faciunt, Piscesq; gemelli.

VITALIS VII.

Corniger imprimis Aries, & Corniger alter
 Taurus. item Gemini. sequitur quos Cancer adustus,
 Terribilisq; fera species, & iusta puella.
 Libra simul, nigrumq; gerens in acumine uirus.
 Centaurusq; bisformis adest, pelagiq; * procella.
 Atque amnem fundens, & Pisces sidus aquosum.

BASILIUS VIII.

* Cornigeri ductor gregis, Europae quoque uector,
 Et duo Tyndaridae: tum Cancer sole perustus:
 Herculeaq; manu pressus Leo, & optima Virgo.
 Hinc Trutinæ species uenit, armatusq; ueneno
 Scorpius, atque Sagittifer, aequoreiq; Capri frons.
 Quiq; urnam gerit, & Pisces duo signa sub * uno.

ASMENVS IX.

Principium signis ouium* sator, inde Iuencus,
 Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
 Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaq; Virgo.
 Libra subest, caudaq; * ferens lethale uenenum.
 Tum geminus Chiron, & corniger aequoris alti,
 Dilectusq; Ioui puer, & duo sidera Pisces.

VOMANVS X.

Dux gregis, & placidum pandens subit aethera Taurus,
 Germaniq; pares, & Cancro iam comes aestus,

L 5

* v. c.
 Troiadesq;

* alias Nubigenam
 iuuenum

* v. c. Capella.

* v. c. Lamigeri.

* v. c. imo.

* v. c. pater.

* v. c. gerens.

Atq; Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.
Libra comes sequitur, mimitans & Scorpius icitu.
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus.
Deucalionis aquæ, & Pisces postrema figura.

E V P H O R B V S X I.

* lege ex
v. c. au-
reaq; Io.
* v. c. O-
rion.
* v. c.
astra.

Velleris aurati fulget pecus * aurea cælo.
Zethus & * Amphion, Cancrîq; figura calentis.
Insequitur Leo sæuus, & alinæ Virginis * astrum.
Hinc æquale iugum, caudâq; uenenifer unca.
Centaurusque mimax arcu, & Neptunia protes.
Quiq; refundit aquas, & Pisces ultimus ordo.

P O M P E I A N V S.

* * * * *

Deerant in exemplari.

E O R V N D E M I R I S.

M A X I M I A N V S I.

* v. c. re-
fulgens.
* v. c. Iris,
& insigni
decorat cur-
uamine cæ-
lum.
* v. c. cum
sol ardentis
radios in
nubila ie-
cit,
Cumq; co-
lorifico
nimb.
* variis di-
stineta co-
loribus Iris
v. c.

Thaumantis proles uarianti ueste * figurat.
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
* Cum Sol ardentis radios in nubila iecit.

V I T A L I S I I.

* Cum Sol horrifico nimbo fulgore repleuit,
Apparet * uarij radiis distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cælum.

B A S I L I V S I I I.

Clara sub ætheriis fulgens Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluuium Sol attigit imbrem,
Et picturato cælum uelamine cingit.

A S M E N V S I I I I.

Discolor ætheriis apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt lumina Solis.
Et cælum uariis miranda coloribus ornat.

V O M A

V O M A N V S V.

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit Sol:
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores.
Dicitur hæc Iris picto * spectantibus arcu.

E V P H O R B V S V I.

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
Phœbus, & aduerso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris uario circundat nubila cinctu.

I V L I A N V S V I I.

Mirifico nubes ambit * Thaumante creata:
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida Solis,
Tum iacit insignes per nubila densa colores.

H I L A S I V S V I I I.

Nuncia Iunonis uario decorata colore,
Aethera nubificum complectitur orbe decoro:
Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

P A L L A D I V S I X.

Nubila cum Phœbus persudit lumine claro:
Tum fit, ut humor aquæ suffulgeat, atq; colores
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus.

A S C L E P I A D I V S X.

Cum radiis imbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, * apparet, quam Græcia nominat, Iris,
Multorum insignis uario splendore colorum.

E V S T H E N I V S X I.

Iris habet uarios subiecta luce colores.
Quam Sol imbrifera fulgens de luce creauit,
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

P O M P E I A N V S X I I.

Luce repentina cum Sol impleuit aquosas
Aduersus nubes: effulget protinus Iris
Picta ueste decens, & multicoloribus alis.

* v. c. spe-
ctabilis.

* puto le-
gendum,
Thauman-
tias arcu.

* v. c. exi-
stet, melius.

E O R V N

EORVNDEN IMAGO IN VNDA
HILASIVS I.

* v. c. vi-
sentis. Redditur effigies liquida* spectantis in unda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

POMPEIANVS II.

* Quales
obiecti v. c. Formas pura refert oculis spectantibus unda,
* Obiecto quales speculi fulgore uidentur.

MAXIMIANVS III.

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia uerum,
Qualia laeue refert speculi, cum cernimus, aequor.

VITALIS IIII.

Exprimit oppositas immobilis unda figuras:
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.

BASILIVS V.

Apparet mendax illimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

ASCLEPIADIVS VI.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscat.

EUPHORBUS VII.

* i. relucet. Forma percussus liquidarum fingit aquarum,
Quales purifico speculorum ex orbe* reducit.

VOMANVS VIII.

* nitidissi-
mus v. c. Spectantis faciem* mundissimus assimilat fons
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.

IULIANVS IX.

* v. c. gemi
natur. Fontibus in liquidis simplex* generatur imago,
Vt solet à speculo facies splendente referri.

PALLADIVS X.

Effigies liquido respondet ab aequore fontis,
Qualis & à speculo simulatrix unda resultat.

EVSTHE

EVSTHENIVS XI.

Effingit species purissimus humor aquarum,
Plana uelut speculi uiuas imitantia formas.

ASMENVS XII.

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

* EORVNDEN AMNIS GLACIE CONCRETVS. * v. c. DE
GLACIE.

POMPEIANVS I.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahuntur:
Postquam tristis hyems frigore iunxit aquas.

MAXIMIANVS II.

Sustinet unda rotam patula modo peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris instar habet.

VITALIS III.

Quas modo plaustra premunt undas, ratis ante secabat,
Postquam brumali diriguere gelu.

BASILIVS IIII.

Vnda rotam patitur celerem modo passa carinam,
In glaciem solidam uersus ut amnis abiit.

ASMENVS V.

Quae solita est ferre unda rates, fit peruia plaustris,
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.

VOMANVS VI.

Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.

* EVSTHENIVS VII.

Orbita signat iter, modo qua cauus alueus exiit,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hyems.

HILASIVS VIII.

Amnis iter plaustro dat, qui dedit ante carinae:
Diruit ut uentis unda, fit apta rotis.

* EUPHOR
BUS

PALLA

PALLADIUS IX.

Plaustra boues ducunt, qua remis acta carina est,
Postquam dirigit crassus in amne liquor.

ASCLEPIADIVS X.

Vnda capax rarium, plaustris iter algida præbet,
Frigoribus seculis ut stetit amnis iners.

* EUPHORBVS XI.

* EUSTHE-
NIVS.

Plaustra uiam carpunt qua puppes ire solebant:
Frigidus ut Boreas obstupescit aquas.

IULIANVS XII.

Qua puppes ibant, adducunt plaustra iuueni,
Pigrior ut cano constitit unda gelu.

EORVNDEN DE ORTV SOLIS.

ASMEVS I.

Aurora Oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat, & bijugis uecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.

VOMANVS II.

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astriferum inficiens luce * oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona,
Promit ab æquoreis Tethyos ortus equis.

* v. c. rube-
bente.

EUPHORBVS III.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol.
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere Deo tenebra, rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

* v. c. subli-
me rubore.
* Infecit
cælum. v. c.

IULIANVS IIII.

Tithoni coniunx roseo * sub limine terras
* Inficit, & cælum lutea sidereum.

Cum

Cum Sol igniferos currus è gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.

HILASIVS V.

Nox abit astrifero uelamine cincta micanti,
Et redigit stellas, exoriturq; dies.

Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto.

* Illustrata nitent lumine cuncta suo.

PALLADIUS VI.

* Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus.

Tethyos * undiuage cum profilit æquore Titan,
Flammiferos uultus ore micante * ferens.

ASCLEPIADIVS VII.

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis.
Et nox sideres occulit atra faces.

EUSTHENIVS VIII.

Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumq; iubar terræq; poloq; reduxit,
Et pepulit radijs astra repente suis.

POMPEIANVS IX.

Memnonis ut genitrix infecerat humida cælum,
Et roseis manibus sidera dispulerat:
Phœbus Atlanteis è fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum: luxuq; repente redijt.

MAXIMIANVS X.

Præuia flammiferi cursus Aurora * sedebat:
Extuleratq; alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radijs flagrantibus ignes
Depulerat cælo, reddideratq; diem.

* v. c. illu-
stratq; ni-
tens.
* v. c. Lu-
tea.
* v. c. rube-
difuga.
* gerens
v. c.

* v. c. rube-
bat. & ita
lege.

VITA

VITALIS XI.

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru,
Summaq; canebat roribus herba nouis:
Proflit e medijs candens rota Tet hyos undis,
Et uaga cesserunt sidera Solis equis.

BASILIUS XII.

Surgit ab oceano Titboni fulgida coniunx,
Et ueste ab rosea * subruit ipsa * pedes.
* Tum Phoebus radijs rutilum * fulgentibus orbem
* Depulit e tenebris:noxq; peracta fuit.

EORVNDEM DE LVCR O.

PALLADIUS I.

Sperne lucrum: * uexat mentes uesana libido.

ASCLEPIADIVS II.

Fraude carete graues:ignari * credite doctis.

EVSTHENIVS III.

Lusuri numos,animos quoq; ponere debent.

POMPEIANVS IIII.

* Irasci uictos minime placet,optime frater.

MAXIMIANVS V.

Ludite securi,quibus aes est semper in arca.

VITALIS VI.

Si quis habet numos ueniens,exibit inanis.

BASILIUS VII.

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

ASMENVS VIII.

Sancta probis pax est:irasci desine uictus.

VOMANVS IX.

Nullus ubiq; potest felici ludere dextra.

EVPHORBUS X.

* Inito Furias. ego sum tribus addita quarta.

* lego sub-
rabet.

* lego dies.

tamen v. c.
ipse Polus.

* v. c. cum.

* lege ex
v. c. cingen-
tibus.

* lege ex
v. c. Depel-
lit tene-
bras.

* v. c. ver-
sat.

* v. c. ce-
dite.

* vulg. po-
ne malas,

quoties lu-
dendo vin-
ceris, iras.

* lego Inri-
to.

IULIANVS XI.

* Flecte truces animos, ut uere ludere possis.

HILASIVS XII.

Ponite mature bellum, precor, iraq; cesset.

EORVNDEM XII. LABORES

HERCVLIS.

HILASIVS I.

* Compressit Nemeæ primum uirtute Leonem.

* * II.

Extincta est anguis quæ pullulat, Hydra secundo.

* * III.

Tertius* euietus sus est Erymanthius ingens.

* * IIII.

Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.

* * V.

Deiicit horrifono, quinto, stymphalidas arcu.

* * VI.

Abstulit Hippolytæ, sexto, sua uincula uictæ.

* * VII.

Septimus Augiæ stabulum labor egerit undis.

* * VIII.

Octauo, domuit magno luctamine Taurum.

* * IX.

Tum Diomedis equos, nono, cum rege peremit.

* * X.

Geryonem, decimo, triplici cum corpore uicit.

* * XI.

Vndecimo,* abstractus uidit noua Cerberus astra.

* * XII.

Postremo Hesperidum uictor tulit aurea mala.

DE DIE NATALI.

ASMENI.

* v. c. Plea-
ete

* v. c. op-
pressit

* v. c. ene-
ctus.

* v. c. ex-
tractus

Clarus inoffenso procedat lumine Titan,
 Lætificusq; dies eat omnibus æthere puro.
 Vosq; simul iuvenes animis, & uoce fauentes
 Concelebrate diem uotis felicibus alnum:
 Prosper ut is semper redeat, uatiq; quotannis
 A smenidæ referant alacres sua munera nati.

DE MUSARVM INVENTIS.

D. AVSONII MAGNI BURDIGALENSIS.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
 Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
 Comica lasciua gaudet sermone Thalia.
 Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
 Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
 Pleetra gerens Erato saltat pede, carmine, uultu.
 Carmina Calliope libris heroica mandat.
 Uranie cæli motus scrutatur, & astra.
 Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
 Mentis Apollinæ uis has mouet undiq; musas.
 In medio residens complectitur omnia Phœbus.

FESTI AVIENI SIRENVM

ALLEGORIA.

Sirenes uarios cantus Acheloia proles,
 Et solitæ^{*} miseros ore ciere modos:
 Illarum uoces, illarum Musa mouebat
 Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat.
 Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca^{*} queruntur,
 Quodq; foraminibus tibia mille sonat:
 Quodq; leues calami, quod suavis cantat aedon:
 Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor:
 Illectos nautas dulci modulamine uocis
 Mergebant auidæ fluctibus Ioniis.

*lege miros
ex v.c.*fuere. v.c.
male.*v.c. venit Sanguine Sisyphio generatus^{*} magnus Ulysses,

Hæc

*v.c. Et tu
tos solita

* Hac tutos sola præstitit arte suos.
 Illeuit cera fociorum callidus aures,
 Atq; suas uinctis præbuit ipse manus.
 Transiit scopulos, & inhospita litora classis.
 Ille præcipites desiliere freto.
 Sic blandas uocisq; notas, & carmina uicit.
 Sic tandem exitio monstra canora dedit.
 EIVSDEM ORPHEI ALLEGORIA.
 Threicius quondam uates fide creditur canora
 Mouisse sensus acrium ferarum.
 Atq; amnestenuisse uagos^{*}
 Et surda cantu concitasse saxa.
 Suauisonosq; modos testudinis arbores secuta
 Umbram feruntur præbuisse uati.
 Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit.
 Doctiq; uitam uoce temperauit.
 Iustitiam docuit. cætu quoq; congregauit uno,
 Moresq; agrestes expoliuit Orpheus.
 EIVSDEM DE VENERE ET VINO.
 Nec ueneris, nec tu uini capiaris amore.
 Vno nanq; modo uina, Venusq; nocent.
 Ut Venus eneruat uires, sic copia uini.
 Et tentat gressus, debilitatq; pedes.
 Multos cæcus amor cogit secreta fateri.
 Arcanum demens detegit ebrietas.
 Bellum sæpe^{*} parit ferus exitiale Cupido.
 Sæpe manus itidem Bacchus ad arma uocat.
 Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
 At Lapithas bello perdis Iacche graui.
 Deniq; cum mentes hominum furiarit uterq;
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
 Compedibus Venerem, uinctis constringe Lyæum:

*v.c. ciet

Nec te muneribus ledat uterq; suis.
Vina sitim sedent: natis Venus alma creandis
Seruiat. hos fines transiluisse nocet.

CAELII FIRMINIANI SIMPHONII
DE FORTUNA.

O fortuna potens *
Tantum iuris atrox quæ tibi uindicas,
Euertisq; bonos, eligis improbos.
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes, & reinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios.
Nec discrimen habet, rectæ uel iudicat.
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet.
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

EIVSDEM DE LIVORE.

Liuor, tabificum malis uenenum,
Intactis uorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisquis furit, inuidetq; forti,
Ut debet, sibi poena semper ipse est.
Testatur genua graues dolores:
Suspirat, fremit, incutitq; dentes.
Sudat frigidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua uirus atrum.
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies renudat ossa.

Non

Non lux, non cibus est suauis illi:
Nec potus iuuat, aut sapor Lyæi.
Nec si pocula Iuppiter propinet:
Aut hæc porrigat, & ministret Hebe,
Aut tradat * Ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit, aut quiescit unquam.
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacite mouet furores,
Intentans animo faces Erinnyis
Letalis, Tityiq; uultur intus,
Qui semper lacerat, comestq; mentem.
Viuat pectore sub dolente uulnus:
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, sobolisue clara Phœbi.

DE LAUDIBVS HORTULI,
INCERTI AUCTORIS.

Adeste Musæ, maximi proles Iouis.
Laudes feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubres corpori præbet cibos:
Variôsq; cultus sæpe cultori refert:
Olus suaue, multiplex herbæ genus:
Vuas nitentes atq; fœtus arborum.
Non deficit hortis & uoluptas maxima:
Multisq; mista commodis iucunditas.
Aque strepentis uitreus lambit liquor:
Sulcôq; ductus irrigat riuus sata.
Flores nitescunt discolorum gramine,
Pinguntq; terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leui,
Cum summa florum, uel novos rores legunt.
Fœcunda uitis coniuges ulmos grauat,
Textasue inumbrat pampinis arundines.

* falsa syllaba

M 3

Opaca præbent arbores umbracula,
 Prohibentq; densis feruidum Solem comis.
 Aues canoros garrulæ fundunt sonos:
 Et semper aures cantibus mulcent suis.
 Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet,
 Animóq; mæsto demit angores graues.
 Membris uigorem reddit, & uisum capit.
 Refert labori plenior gratiam.
 Tribuit colenti multiforme gaudium.

IN PVERVM FORMOSVM. ATTRIBUITUR
 BVITVR VIRGILIO, ITEM
 AVSONIO.

Dum dubitat Natura marem, faceretne puellam,
 * Factus es, ô pulcher pene puella puer.

INCERTI AVCTORIS, POETAE
 CHRISTIANI.

Litera rem gestam loquitur: res ipsa medullam
 Verbi, quam uiuax mens uidet, intus habet.

MORS TRIVM.

Sus, iuuenis, serpens casum uenere sub unum.
 Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille ueneno.

ITEM.

Anguis, aper, iuuenis perierunt ui, uulnere, morsu.
 Hic frenit, ille gemit, sibilat hic moriens.

ITEM.

Sus, serpens, iuuenis pariter periere uicissim.
 Dente perit iuuenis, pede serpens, porcus ab ictu.

TVMVLVS HECTORIS, PEN-
 TADII POETAE.

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,
 Qui murus miseris ciuibus alter erat,
 Occubuit telo uiolenti uictus Achillis.

Occubere simul spesq; salusq; Phrygum.
 Hunc ferus Aeacides circum sua moenia traxit,
 Quæ iuuenis manibus texerat ante suis.
 O quantos Priamo lux attulit illa dolores!
 Quos fletus Hecube, quos dedit Andromache!
 Sed raptum pater infelix, auróq; repensum
 Condidit, & moerens hac tumulauit humo.

EIVSDEM TVMVLVS ACHILLIS.

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
 Cui uirtus clarum nomen habere dedit:
 Qui stravi toties armis uictricibus hostes:
 Inq; fugam solus nullia multa dedi.

Hectore sub magno summa est mihi gloria caeso,
 Qui sepe Argolicas debilitauit opes.
 Ille* interfectus subiit me uindice poenas.

Pergama tunc ferro procubere meo.
 Laudibus immensis uictor super æstra ferebar.
 * Hostilem pressi fraude peremptus humum.

EIVSDEM, ACIS TVMVLVS.

Acidos hæc cernis montana cacumina busti,
 Aequor & ex imis fluminis ire iugis.
 Ista Cyclopei durant monumenta furoris.

Hic amor, hic dolor est, candida Nympha, tuus.
 Sed bene, si periit, iacet hac sub mole sepultus,
 Nomen & exultans unde perenne uehit.
 Sic manet ille quidem, nec mortuus esse feretur.
 Vitæq; per liquidas cærulea manat aquas.

EIVSDEM DE NARCISSO.

Hic est ille, suis nimium qui credidit undis,
 Narcissus uero dignus amore puer.
 Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam,
 Ut per quas perit, crescere possit aquas.

M 4

* v. c. Na-
 146

* lege ex
 v. c. Menæ-
 tiadæ sol-
 luit, me nira
 dice.

* Compressi
 hostile. v. c.
 lege cū pres-
 si.

Occu

EIVSDEM DE EODEM.

Se Narcissus amat captus lenonibus undis.
Cui si tollis aquas, non est ubi seuiat ignis.

REGIANI.

Ante bonam Venerem gelidæ per litora Baie
Illa natare lacus cum lampade iussit Amorem.
Dum natat, argentes cecidit scintilla per undas.
Hinc uapor ussit aquas: quicumq; natauit, amauit.

DE SCAEVOLA.

Lictorem pro Rege necans nunc Mutius ultro
Sacrificio propriam concremat igne manum.
Miratur Porfenna uirum, poenamq; relaxans
Maxima cum obsessis foedera uictor imit.
Plus flammis patriæ confert, quam fortibus armis,
Vna domans bellum funere dextra suo.

DE LITERARVM AETERNITATE
IMITATVM EX PROPERTII III.

ELEG. I. IN FINE.

Hæc, urbem circa, stulti monimenta laboris,
Quasq; uides moles, Appia, marmoreas.
Pyramidâsq; ausas uicinum attingere cælum:
Pyramidas, medio quas fugit umbra die.
Et Mausoleum miseræ solatia mortis,
Intulit æternum quo Cleopatra uirum:
Concutiet, sternetq; dies: quôq; altius extat
Quodq; opus, hoc illud carpet, edetq; magis:
Carmina sola carent fato, mortemq; repellunt.
Carmimbus uiues semper, Homere, tuis.
Nullum opus exurgit, quod non annosa uetustas
Expugnet, quod non uertat iniqua dies:
Tu licet extollas magnos ad sidera montes,
Et* calidas æques marmore Pyramidas:

*validas

Ingenio

Ingenio mors nulla iacet. uacat undiq; tutum.
Inlesum semper carmina nomen habent.

SVLPICII LUPERCI SERVASTI
IUNIORIS.

Omne, quod Natura parens creauit
Quamlibet firmum uideas, labascit
Tempore, ac longo fragile, ac caducum
Soluitur usu.
Annis insucta solet ire ualle
Mutat & rectos uia certa cursus,
Rupta cum cedit male perinaci
Ripa fluento.
Decidens scabrum cauat unda tofum
Ferreus uomis tenuatus agris
Splendet, ac trito digitos honorans
Annulus auro.

EIVSDEM DE CVPIDITATE.

Heu misera in nimios hominum petulantia census
Cæcus inutilium quo ruit ardor opum?
Auri dira fames & non expleta libido
Ferali precio uendat ut omne nefas.
Sic latebras Eriphyla uiri patefecit, ubi aurum
Accepit turpis materiam sceleris.
Sic quondam Acrisia in gremium per claustra puellæ
Corruptore auro fluxit adulterium.
O quam mendose uotum insaturabile habendi
Imbuit infami pectora nostra malo!
Quamlibet immenso diues uigil incubet auro:
Aestuat augendæ dira cupido rei.
Hæc mala paupertas nunquam locupletis auari,
Dum struere immodicè quod tenet optat, eget.

M 5

Quis metus hic legum, quæue est reuerentia veri
 Crescenti nummo si mage cura subest?
 Cognatorum animas promptum est, patrumq; cruorens
 Fundier. affectus uincit auara fames.
 Diuitis est semper fragiles male querere gazas.
 Nulla huic in lucro cura pudoris erit.
 Istud templorum damno exitioq; requirit.
 Hoc celo iubeas ut petat, inde petet.
 Mirum ni pulchras artes Romana iuuentus
 Discat, & egregio sudet in eloquio:
 Ut post iurisonæ famosa stipendia linguæ,
 Barbaricæ ingenijs anteferantur opes.
 Atqui sunt quos propter honestum rumpere foedus
 Audeat inlicite pallida auaritia.
 Romani sermonis egens ridendaq; uerba
 Frangit ad horribicos turbida lingua sonos.
 Sed tamen ex uultu adpetitur spes grata nepotum.
 Saltem istud nostri forsitan honoris habent.
 Ambusti torris species, exesaq; seculo
 * Abduntur priscis corpora de tumulis.
 Perplexi crines, frons improba, tempora pressa
 Extantes mala deficiente gena.
 Simataq; iacent pando sinuamine nares.
 Territat os nudum, cæsaq; labra tument.
 Defossum in uentrem propulso pondere tergum
 Frangitur, & uacuo crure tument genua.
 Discolor in manibus species, ac turpius illud,
 Quod cutis obscure pallet in inuidiam.

TVMVLVS LVCRETIAE.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
 Sanguinis & torrens egrederetur, ait:

Testetur

* in v. c.
abuntur

Testetur cunctis me non uiolasse pudorem
 Ante uirum sanguis, spiritus ante Deos.
 Quam bene producti pro me post fata loquentur
 Alter apud manes, alter apud superos.

SVBSCRIPTVM IMAGINI VIRGILIANAE.

HILASIVS.

Subduxit morti uiuax pictura Maronem.
 Et quem Parca tulit, reddit imago uirum.

IDEM EIVSDEM.

Lucis damna nihil tanto nocuere poëta,
 Quem præsentat honos carminis, & plutei.

IN VIRGILIVM. INCERTI AVCTORIS.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
 Docte Maro, fratrem Diis immortalibus æquas.

IN EVNDEM. PENTADIL.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
 Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Καὶ φίλος αὐτοῖσι λιγύθροος ἔπαρτε κύνος
 Πλείως εὐεπίης Βιργιλίως. ὃν ποτε ῥώμης
 Θυμβραῖς ἄλλων ἀμύρον ἀνέτρεψε πείθευς * ἠχῶ. * πατρίδος.

P. OVIDII NASONIS DE
 AENEIDE VIRGILII.

Et profugum Aenean altæ primordia Romæ.
 Quo nullum Latio clarius extat opus.

EIVSDEM AD AVGVSTVM.

Et tamen ille tuæ felix Aeneidos auctor
 Contulit in Tyrios arma, uirumq; toros.
 Phyllidis hic idem, teneræq; Amaryllidis ignes
 Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

SE.

SEX. AVRELII PROPERTII.

Aetia Virgilium custodis litora Phœbi,
 Caesaris & fortes dicere posse rates.
 Qui nunc Aeneæ Troiani suscitât arma:
 Iactaâ; Lauinis moenia litoribus.
 Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
 Nescio quid maius nascitur Iliade.
 Tu canis umbrosi subter pineta Galesti
 Thyrsin, & attritis Daphnim arundinibus:
 Utq; decem possunt corrumpere mala puellam:
 Missus & impressis hœdus ab uberibus.
 Felix, qui uiles pomis mercaris amores,
 Huic licet ingratae Tityrus ipse canat.
 Felix, intactum Corydon qui tentat Alexim
 Agricole domini carpere delicias.
 Quauis ille sua lassus requiescat auena,
 Laudatur faciles inter Hamadryadas.
 Tu canis Ascræi ueteris præcepta poëtae,
 Quo seges in campo, quo uiret herba loco.
 Tale facis carmen docta testudine, quale
 Cynthius impositis temperat articulis.

F I N I S.



VETERVM POETA-
RVM CATALECTORVM

LIBRI DVO.

Auctoris & auctoris
 Iosephus Scaliger Iulij Cæs. F. digessi,
 recensui, ac nunc primum
 publicauit.

IN VIROS ILLUSTRES,
EORVMQVE EPITAPHIA.

DE CATONE.

Inictus uictis in partibus omnia Caesar
 Vincere qui potuit, te, Cato, non potuit.

I T E M.

Ictu non potuit primo Cato soluere uitam.
 Defecit tanto uulnere uicta manus.
 Altius inseruit digitos, qua spiritus ingens
 Exiret, magnum dextera fecit iter.
 Opposuit Fortuna moram, inuoluitq; Catonis,
 Scires ut ferro plus ualuisse, manum.

I T E M.

Iussa manus sacri pectus uiolare Catonis,
 Hæsit: & inceptum uicta reliquit opus.
 Ille ait, infesto contra sua uulnera uuln:
 Estne aliquid, magnus quod Cato non potuit?

I T E M.

Dextera quid dubitas? durum est iugulare Catonem.
 Sed modo liber erit, iam puto non dubitas.

Fas

Fas non est uiuo quenquam seruire Catone:

Nedum ipsum uincit nunc Cato, si moritur.

EPI TAPHIUM POMPEIORVM.

Magne premis Libyam, fortes tua pignora nati
Europam, atq; Astam nomina quanta iacent?

ITEM.

Quam late uestros duxit Fortuna triumphos,
Tam late sparst funera, Magne, tua.

ITEM.

Pompeius totum uictor lustrauerat orbem.
At rursus toto uictor in orbe iacet.

ITEM.

Membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro.
Filius Hispana est uix adopertus humo.
Sexte Astam sortite tenes diuisa ruina est.
Vno non potuit tanta iacere solo.

ITEM.

Aut Asia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum.
Quanta domus, toto que iacet orbe, ruit?

ITEM.

Maxima ciuillis belli iactura sub ipso est.

Quantus quam paruo uix tegetis tumulo?

DE SACRIS AD EUOCANDVM

MANES POMPEII.

Fata per humanas solitus pernoscere fibras

Impius infanda * religionis aper:

Pectoris ingenui salientia uiscera flammis

Imposuit magico carmine rupit humum:

Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis:

Proh pudor, hoc sacrum Magnus ut aspiceret.

Stulte, quid infernis Pompeium quæris in umbris?

Non potuit terris spiritus ille premi.

ITEM

ITEM DE POMPEIIS.

P. TERENCEII VARRONIS ATACINI.

Litore diuerso Libyæ clarissima longe

Nomina uix ullo condita sunt tumulo,

Magnus, & humano maior Cato, qui procul à te

Aspicit heu cineres, Romæ, iacere suos.

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo:

Pompeius nullo. Credimus esse Deos?

DE SEPULCRO CATONIS.

Ne mirere sacri deformia busta Catonis.

Visuntur magni parua sepulcra Iouis.

ITEM TUMVLVS POMPEIORVM.

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Ibero.

Tertius Eois partibus occubiit.

Omnis habet Magnos mundi plaga. Dis ita uisum est.

Partem quisque suam nunc quoq; uictus habet.

ITEM.

Patria * diuersos terrarum litore Magnos

Spectas compositos heu sine nominibus,

Europaq; Astaq; simul, Libyæq; sepultos.

Victores uicta nunc potiuntur humo.

ITEM.

Diuersis iuuenes Asta, atq; Europa sepulcris

Distinet infida Magne iaces Libyæ.

Distribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,

Ne sine Pompeio terra sit ulla suo.

DE MAEVIO, QUI FRATREM

IGNARVS INTERFECIT.

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem,

Et coniuncta suis Parthica bella gerens,

Dotalemq; petens Roman Cleopatra Canopo:

Hinc Capitolino sinistra minata Ioui.

Hinc

* religione
sapor:

* vel di-
uerso.

Hinc inuicta Deo fidebat Cæsare Roma:
 Quæ tunc pene suo pondere lapsa fuit.
 Deserta est tellus. classis contexerat æquor.
 Omnia permisti plena furoris erant.
 Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
 Impia sors belli, fataq; seua iubent.
 Hic generum, * socerumq; petit. minimeq; cruentus
 Qui fuit, hic sparsus sanguine ciuis * erit.
 Mæuius à castris miles melioribus ausus
 Hostilem saltu præcipitare ratem
 In damnum, felix, & uictor, ut impius esset
 Nescius, occiso fratre superbus erat.
 Dum legit exuias, hostiliaq; arma reuellit,
 Fraternos uultus, oraq; mœsta uidet.
 Quod fuerat uirtus, factum est scelus. hæret in hoste
 Miles: & è manibus mittere tela timet.
 Ille ferox, Quid lenta manus nunc deniq; cessem?
 Iustius hoste tibi qui moriatur adest.
 Fraternalis res nulla potest defendere cædem.
 Mors tua sola potest. morte leuanda tua est.
 Scilicet ad patrios referens spolia ampla penates
 Ad patrem uictor non potes ire tuum.
 Sed potes ad fratrem. nunc fortiter utere telo.
 Impius hoc telo es. hoc potes esse pius.
 Viuere sic poteris? potuisti occidere fratrem.
 Nescisti. sed scis. hæc mora culpa tua est.
 Viximus aduersis, iaceamus partibus iisdem.
 Dixit: & in dubio est, utrius ense cadat.
 Ense meo moriar * maculatus cæde nefanda?
 Cui moreris, ferrum, quo moriare, dabit.
 Dixit, & in fratrem fraternali concidit ense
 Victorem, & uictum condidit una manus.

* malle,
 socerū ille
 petit.
 * erat.

* macu-
 lato

I T E M

I T E M.

Siccine componis populos, Fortuna, furentes?
 Ut uinci leuius, uincere sit grauius?
 Occisum credens gaudebat Mæuius hostem.
 Infelix, fratris sanguine letus erat.
 Nec licet: non nosse. senex dum membra cruenta
 Nudat, in exuias incidit ipse suas.
 Et scelus, & fratrem pariter cognouit: & amens
 Hoc age, ait. maius nunc ubi restat opus?
 Vincere uictorem debes, defendere fratrem.
 Cessas? ad facinus quam modo fortis eras?
 Terram, iura, Deos bellum iam polluit ipsum.
 Quod ciuile fuit, sit quoq; culpa grauis.
 His manibus patria tu tam pia signa requiris
 Miles, in Antoniæ dignior ire rates?
 Eripuit uirtus pietatem. reddere uirtus
 Debet. qua rapuit, hæc reparanda uia est.
 Quid moror? absolui, dixit: gladioq; cruento
 Incubuit, iungens fratris ad ora, sua.
 Sic, Fortuna, regis semper ciuilia bella,
 Ut uictor uicto non superesse uelit.
 P. S C I P I O N I S A F R I C A N I E P I T A M
 P H I V M. Q. E N N I V S.
 Hæc est ille situs, quod nemo ciui neq; hostis
 Quibit pro factis reddere operæ precium.
 E I V S D E M. Q. E N N I V S.
 A sole exoriente supra Mæoti paludes
 Nemo est, qui factis me æquiparare queat.
 Si fas endo plagas caelestium scandere quoquam,
 Mi solei caelei maxuma porta patet.
 A T T I L I I C A L A T I N I.
 Hæc situs, unæ quæ plurimæ consentiunt

N

Gentes, fuisse uirom populei primariom.

R V F I V E R G I N I I.

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.

M E N I P P I C Y N I C I.

M. T E R E N T I V S V A R R O.

Menippos ille, nobilis quondam Canes
Heic liquit omnes homines in terræ pila.

P V P P I I P O E T A E.

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.
Nam populus etiam uiuo me lacrumatus est.

M. A T T I I P L A V T I S A R A
S I N A T I S.

*ex v. c.
uulg. morte
captus. ma-
le.

Postquam est mortem* aptus Plautus, Comœdia luget:
Scena est deserta. hinc ludus, risusq; iocûsq;
Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.

Q. E N N I I R V D I N I.

Adspicite, o ciueis senis Enni imagini formam.
Hic uostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, neq; funera fletu
Facsit. quur? uolito uiuû per ora uirum.

M. P A C V V I I.

*in v. c. ta-
menetsi

Adolescens, *tametst properas, te hoc saxom rogat,
Vti se adspicias: deinde quod quod scriptust, legas.
Heic sunt poëtae Marcei Pacuuei sita
Ossa. hoc uolebam, nescius ne esses. uale.

C N. N A E V I I.

Mortales immortales flere si foret fas,
Flerent diuæ Camœnæ Næuom Poëtam.
Itaq; postquam est Orcino traditus thesauro,
Oblitei sunt Romæ loquier lingua Latina.

A L B I I

A L B I I T I B V L L I, E Q V I T I S R O.

D O M I T I V S M A R S V S,

Te quoq; Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos misit ad Elystos.

Ne foret aut elego molles qui fleret amores;
Aut caneret forti regia bella pede.

M E T R O P H A N I S L V C I L L I S E R =
V I L, L V C I L L I V S.

Seruo' neq; infidus domino, neq; inutuli' quoiquam
Lucilli columella hic situ' Metrophanes.

Q. H O R A T I F L A C C I.

C. M A E C E N A S C I L N I V S E Q V E S R O.

Lugent, o mea uita, te smaragdus,
Beryllus quoq; Flacce: nec nitentes
Nuper, candida margarita, quero,
Hec quos Thynica lima perpoliuit
Anellos, nec Iaspios lapillos.

* * * *

C. C A E S A R G E R M A N I C V S.

Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro
Frigore concretas poudere rupit aquas.
Dumq; imæ partes rapido traherentur ab anni,
Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet urna,
Hoc peperit flammis, cætera, dixit, aquis.

I N F R A T R E S C A S C A S.

Occidere simul Cascæ, simul occubere:
Dextra quisq; sua, qua scelus ausus erat.
Castræ eadem fouere. locus quoq; uulneris idem.
Partibus afflictis uictus uterq; *iatet.

Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati.
Et tumulus cinerem paruus utrunq; tegit.

*lege, iacet.

N 2

Par fratrum multo celebrandum carmine uatum,
Vna si fierent parte minus gemini.

DE VITA TRANQUILLA.

Est mihi rus paruum, foenus sine crimine paruum.
Sed facit hæc nobis utraq; magna, quies.

Pacem animus nulla trepidus formidine seruans
Non timet ignauæ crimina desidia.

*selleque curules
*in v. c.
*grandia
Castra alios operosa uocent, *silleq; rurales
Et quicquid uana* gaudia mente mouet.

Pars ego sim plebis nullo conspectus honore,
Dum uiuam dominus temporis ipse mei.

ITEM. DE NAVIGATIONE.

Ante rate è Siculo discurrent æquore pisces,
Et deerit Libycis putris arena uadis:

Ante niues calidis demittent fontibus amnes,
Et Rodanus nullas in mare ducet aquas:

Ante mari gemino semper pulsata Corinthos
Confundet fluctus peruia facta duos:

Ante feri ceruis submittent corda Leones:
Sæuaq; dediscet prælia toruus aper:

Medus pila geret, pharetras Romana iuuentus:
*comis Fulgebit nitidis India nigra *crocis:

Quam mihi displiceat uitæ fortuna quietæ:
Aut credat dubiis se mea puppis aquis.

ITEM.

Viue, & amicitias Regum fuge. pauca monebas.
Maximus hic scopulus, non tamen unus erat.

Viue, & amicitias nimio splendore nitentes,
Et quicquid colitur perspicuum, fugito.

ITEM.

Ingentes dominos, & famæ nomina claræ,
Illustriq; graues nobilitate domos,

Deuita,

Deuita, & longe uiuus cole. contrahere uela:
Et te litoribus cymba propinqua uehat.

ITEM.

In plano tua sit semper fortuna, paræsq;
Noueris. Ex alto magna ruina uenit.

ITEM.

Non bene cum paruis iunguntur grandia rebus.
Stantia nanq; *premunt: præcipitata ruunt.

ITEM.

Viue, & amicitias omnes cole: uerius hoc est,
Quam, Regum solas effuge amicitias.

Est mea mors testis. maior me afflixit amicus,
Deseruitq; minor, turba cauenda simul.

Nam quicumq; pares fuerant, fugere fragorem:
Nec dum collapsam deseruere domum.

Nunc & non Reges tantum fuge. uiuere doctus
Vni uiue tibi. nam moriere tibi.

ITEM.

Quod tua nulle domus solidas habet alta columnas:
Quod tua marmoreo ianua poste nitet:

Aurea quod summo splendent laquearia tecto:
Inum frustra tegit quod preciosa* locum:

Atria quod circa diues tegit omnia cultus:
Hoc animos tollit nempe *batate tuos.

Aedibus in totis gemmæ licet omnia claudant:
Turpe est, nil domino turpius esse suo.

ITEM.

Non est, falleris, hæc beata, non est:
Quod uos creditis esse, uita non est.

Fulgentes manibus *uidere gemmas,
Aut testudineo iacere lecto,

Aut pluma latus abdidisse molli,

*legi, tremunt

*lacum

*lego Bata
ue. nam pri
mū scriptū
uidetur va
taue. nisi sit
uate, pro
beate. & sa
ne verū est.
*lege vire
re.

N 3

* lege aruo
id est, citrii

Aut auro bibere, & cubare cocco:
Regales dapibus grauari mensas:
Et quicquid Libyco secatur* auro,
Non una positum tenere cella.
Sed nullos trepidum timere casus,
Nec uano populi fauore tangi,
Et stricto nihil aestuare ferro.
Hoc quisquis poterit, licebit illi
Fortunam moueat loco superbus.

ITEM, DE NAVIGATIONE.

O litus uita mihi dulcius: o mare: felix,
Cui licet ad terras ire subinde meas.
O formosa dies. hac quondam* rure solebam
* Iliadas armatas sollicitare manus.
Hic fontis lacus est: illic sinus egerit algas.
Hic statio est, tacitis uicta Cupidimibus.
Peruixi. neq; enim fortuna malignior unquam
Eripiet nobis, quod prior hora dedit.
Illic alternis depugnat Pontus, & aer.
Hic riuo tenui peruia ridet humus.
Illic diuisas complorat nauita puppes.
* leg. amice
Hic pastor mitis perluit* omne pecus.
Illic immanes mors obsita soluit hiatus.
Hic gaudet curua falce recissa Ceres.
Illic inter aquas urit sitis arida fauces.
Hic dat periuro basia multa uiro.
Nauiget, & fluctus lasset mendicus Vlysses.
In terris uiuet candida Penelope.

DE EODEM.

Qui mauult pro parte mori: nec cogere Fata
Mollia precipiti rumpere fila manu:
Haecenus iratum mare nouerit. ecce refuso

Gurgite

* ebruus

Gurgite securos* abluuit unda pedes.
Ecce inter uirides iactatur Myrtilus algas.
Et rauco trahitur lubrica concha sinu.
Ecce recurrentes qua uersat fluctus arenas,
Discolor attrita calculus exit humo.
Haec quisquis calcare potest, in litore tuto
Ludat: & hoc solum iudicet esse mare.

ITEM.

Paruula securo tegitur mihi culmine sedes,
Vuaq; plena mero foecunda pendet ab ulmo.
Dant rami cerasos: dant mala rubentia siluae.
Palladiumq; nemus pingui se uertice frangit.
Iam qua deductos potat leuis area fontes,
Corycium mihi surgit olus, maluaeque supinae,
Et non sollicitos nussura papauera somnos.
Si uero alitibus fraudem contexere* praetered,
* operiam
Seu magis imbelles libuit circundare ceruos,
Aut tereti lino pavidum subducere piscem:
Hos tantum nouere dolos mea sordida rura.
* In e & uita fugiendis tempora uende
* Sincera
* uita:
Diuitibus coenis. me, si manet exitus idem,
Hic precor inueniat, consumptaque tempora poscat.

IN TENNIS FORTVNAE

HOMINES.

M. T. CICERONIS VEL
LAVREAE TVLLII.

Fundum Varro uocat, quem possim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua caua furda patet.
Extractam puteo situlam cum ponit in horto,
Vlterius standi non habet ille locum.

PVB. VIRGILII MARONIS.

Arretine calix mensis* decorate paternis,

* decor ante

* Ante * man medici, quam bene sanus eras:

FVRII BIBACVLI.

Si quis forte mei domum Catonis,
 Depictas minio assulas, & illos
 Custodes uidet hortuli Priapos:
 Miratur, quibus ille disciplinis
 Tantam sit sapientiam assecutus.
 Quem tres coliculi, selibra farris,
 Racemi duo tegula sub una
 Ad summam prope nutriant senectam.

EIVSDEM.

Catonis modo, Galle, Tusculanum
 Tota creditor urbe uenditabat.
 Mirati sumus unicum magistrum,
 Summum Grammaticum, optimum poetam
 Omnes soluere posse questiones:
 Vnum difficile expedire nomen.
 En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

C. PETRONII ARBITRI.

* Indum non fulgebat ebur, quod inheresat auro,
 Nec iam calcato radiabat marmore terra,
 Muneribus delusa suis: sed crate saligna
 Impositum Cereris uacuae nemus: & noua terrae
 Pocula, quae facili uilis rota sinxerat * astu.
 Hinc molli stilla * latus: & de caudice lento
 * Vimineae lances, maculatq; testa Lyæo.
 Et paries circa palea satiatus mani,
 Fortuitoq; luto. clauus numerabat agrestes.
 Et uiridi unco gr acilis pendeat arundo:
 Conseruabat opes humilis casa: mitia sorba
 Præterea quæ fumoso suspensa tigillo

* v. c. Non
 nitidum

* lezo acta
 * lege, lucus
 * v. c. vltimi
 nea

Inter

Inter* adoratas pendeant exta corollas.
 Et Thymbræ ueteres, & passis uua racemis,
 Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
 Digna sacris Hecale. quam Musa loquentibus annis
 * Battiadæ ueteris uiuendo tradidit æuo.

EIVSDEM PETRONII.

Qui pelago credit, magno se scœnore tollit.
 Qui pugnas, & castra petit, præcingitur auro.
 Vilis adulator picto iacet ebrius ostro.
 Et qui sollicitat nuptas ad præmia, peccat.
 Sola pruinosis horret facundia pannis
 Atq; inopi lingua disertus inuocat artes.

OMNIVM RERVM VICISSITVDO.

C. LABERII.

Non possunt primi esse omnes omni in tempore.
 Summum ad gradum quum claritatis ueneris,
 Consistes egre, & citius quam ascendis, decides.
 Cecidi ego: cadet, qui sequitur. laus est publica.
 IN ATHENAS, ET ALIAS VRBES.
 Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas:
 Quæ ueteris fame uix tibi signa dabunt:
 Hasne Dei, dices, cælo petiere relicto?
 * Regnaq; partitis hæc fuit una Deis?
 Idem, Agamemnonias, dices, quum uideris arces:
 Heu uictrix uicta uastior urbe iaces.
 Hæc sunt, quas merito quondam est mirata Vetustas.
 Magnarum rerum magna sepulcra uides.

IN MAGNOS DVCES.

Quisquis adhuc nondum Fortunæ mobile regnum,
 Nec sortem uarias credis habere uices:
 Aspice Alexandri postum memorabile corpus.
 At scedit tantum putris arena uirum.

* v. c. ods-
 ratas.

* v. c. Bæ-
 chineas ve-
 teres mi-
 rando.

* f. Regia
 part.

Iunxit magnorum casus Fortuna uirorum.
 Hic paruo: nullo conditus ille loco est.
 Ite: nouas toto terras conquirete mundo.
 Nempe manet magnos paruula terra Duces.

IN GRÆCIAE RVINAM.

Græcia bellorum longa succussa ruina
 Concidit, immodice uiribus usa suis.
 Fama manet: fortuna perijt. cinis ipse iacentis
 Visitur: & tumulo est nunc quoq; sacra suo.
 Exigua ingentis retinet uestigia fame:
 Et magnum infelix nil, nisi nomen habet.

M. TERENCEII VARRONIS.

Nemini Fortuna curram à carcere ultimo leue
 Missum, inoffensum per æquor candidum ad calcem subit.

PORPHYRIE POETAE.

Pauxillo Fortuna tibi res perfida, Quinte,
 Extulit in fronte grande supercilium.
 Nam, ne aliud credam, puteum puto te quoq; Quinte.
 Quanto altus magis es, tam magis despiceris.

C. PETRONII ARBITRI.

Infelix modo crimibus nitebas
 Phœbo pulchrior, & sorore Phœbi.
 At nunc leuior ære, uel rotundo
 Horti tubere, quod creauit unda,
 Ridentes fugis, & times puellas.
 Ut mortem citius uenire credas,
 Scito iam capitis perisse partem.

EIVSDEM.

Quod solum formæ decus est, cecidere capilli.
 Vernantesq; comas tristis abegit hiems.
 Nunc umbra nudata sua iam tempora moerent.

Areaq;

Areaq; attritis ridet adusta pilis.
 O fallax natura Deum: quæ prima dedisti
 Aetati nostræ gaudia, prima rapis.

IN EXVLES, ET MISEROS,
AD CORDVBAM.

Corduba solue comas, & tristes indue uultus.
 Inlacrymans cineri munera mitte meo.
 Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, uatem.
 Corduba, non alio tempore mœsta magis.
 Tempore non alio, quo uersis uiribus orbis
 Incubuit belli tota ruina tibi.
 Cum geminis oppressa malis utrinq; peribas:
 Et tibi Pompeius, Caesar & hostis erat.
 Tempore non alio, quo ter tibi funera centum
 Heu nox una dedit, quæ tibi summa fuit.
 Non, Lusitanus quateret cum moenia latro,
 Figeret & portas lancea torta tuas.
 Ille tuus quondam Magnus, tua gloria, ciuis
 Infigar scopulo. Corduba solue comas.
 Et gratare tibi, quod te Natura supremo
 Alluit Oceano. tardius ista doles.

AD CORSICAM.

Corsica Phœao telius habitata colono.
 Corsica, quæ Graio nomine Cyruus eras.
 Corsica Sardinia breuior, porrectior Ilua.
 Corsica piscosis peruia fluminibus.
 Corsica terribilis, cum primum incanduit æstus.
 Sæuior, ostendit cum ferus ora Canis.
 Parce relegatis. hoc est, iam parce sepultis.
 Viuorum cineri sit tua terra leuis.

ITEM.

Barbara præruptis inclusa est Corsica saxis:

Horrida

Horrida, desertis undiq; uasta locis.

Non poma Autumnus, segetes non educat Aestas:

Canâq; Palladio munere Bruma caret:

Vmbrarum nullo Ver est letabile foetu.

Nullâq; in infausto nascitur herba solo.

Non panis, non haustus aquæ, non ultimus ignis.

Hic sola hæc duo sunt, exul, & exilium.

EIVSDEM EXVLIS QVERELA:

Occisi iugulum quisquis scrutaris amici,

Tu miserum necdum me satis esse putas.

Desere confossum. uictori uulnus iniquo

Mortiferum impressit mortua sæpe manus.

EIVSDEM AD AMICVM.

Crispe, meæ uires, lassarumq; anchora rerum.

Crispe uel antiquo conspiciende foro:

Crispe potens nunquam, nisi cum prodesse uolebas.

Naufragio litus, tutâq; terra meo:

Solus honor nobis, arx & tutissima nobis:

Et nunc afflicto sola quies animo:

Crispe fides dulcis, placidiq; acerrima uirtus.

Cuius Cecropio pectora melle madent:

Maxima facundo uel auo, uel gloria patri.

Quo solo careat siquis, in exilio est.

* tua Cyr-
nea

An* tu cui iaceo saxis telluris adherens

Mens tecum est, nulla que cohibetur humo?

EIVSDEM QVERELA.

Quisquis es, (& nomen dicam: dolor omnia cogit)

Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis:

Et non contentus tantis, subitisq; ruinis

Stringis in extinctum tela cruenta caput:

Crede mihi, uires aliquas Natura sepulcris

Attribuit. tumulos uindicat umbra suos.

Ipsos

Ipsos crede Deos hoc nunc tibi dicere, Liuor.

Hoc tibi nunc manes dicere crede meos.

Res est * atra, miser, noli mea tangere fata.

* sacra

Sacrilegæ bustis abstinuere manus.

EIVSDEM QVERELA IN EVNDEM.

Carmina mortifero tua sunt suffusa ueneno,

Et sunt criminibus pectora nigra magis.

Nemo tuos fugiat, non uir, non foemina dentes.

Haud puer, haud ætas undiq; tuta senis.

Vtq; Furens totas immittit saxa per urbes

In populum: sic tu uerba maligna iacis.

Sed solet insanos populus compescere sanus.

Et repetunt motum saxa remissa caput.

In te nunc stringit nullus non carmina uates,

Inq; tuam rabiem publica Musa furit.

Dum sua compositus nondum bene concutit arma

Miles, & è nostra lancea torta manu:

Bellus homo, & ualide capitalia crimina ludis:

Deq; tuis manant atra uenena iocis.

Sed tu perq; iocum dicis, uinumq; quid ad rem,

Si plorem, risus si tuus ista facit?

Quare tolle iocos, non est iocus, esse malignum.

Nunquam sunt grati, qui nocuere, sales.

C. PETRONII.

Nomen amicitie, si, quatenus expedit, heret,

Calcus in tabula mobile ducit opus.

Quam fortuna manet, uulium seruat is amici:

Cum cecidit, turpi uertitis ora fuga.

Grex agit in scena mimum. pater ille uocatur:

Filius hic. nomen diuitis ille tenet.

Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,

Vera redit facies, dissimulata perit.

LASCIVA

LASCIVA, ET AMATORIA.

Iam libet ad lusus, lasciuâq; furta reuerti.

Ludere, Musa, iuuat. Musa seuera uale.

Nunc mihi narretur tumidis Arethusa capillis,

Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas:

Et modo nocturno pulsans mea limina signo,

Intrepidus tenebris ponere docta pedes.

Nunc collo molles circum diffusa lacertos,

Et flectat niueum semisupina latus.

Inq; modos omnes dulces imitata tabellas

Transseat, et lecto pendeat illa meo.

Nec pudeat quicquam. sed me quoq; nequior ipso

Exultet toto non requieta toro.

Non dcerit, Priamum qui defleat, Hectora narret.

Ludere, Musa, iuuat. Musa seuera uale.

ITEM EXCVSATIO SEVERIORIS MATERIAE.

Esse tibi uideor demens, quod crimina nolim

Scribere, patricio digna supercilio.

Quod Telamoniaden non equo iudice uictum

Præteream, et pugnas, Pentestica, tuas.

Quod non aut magni scribam primordia mundi,

Aut Pelopis currus, aut Diomedis equos.

Aut ut Achilleis infelix Troia lacertis

Quassata Hectoreo uulnere conciderit.

Vos mare tentetis. uos detis lintea uentis.

Me uehat in tutos parua carina lacus.

ITEM.

Insanus uobis uideor, nec deprecor ipse,

Quominus hoc uidear. Cur tamen hoc uideor,

Dicite nunc: Quod semper amas, quod semper amasti.

Hic furor? hic, superi, sit mihi perpetuum.

DE

DE EA QVAM AMAT.

Quædam me, si credis, amat. sed disilit, ardet,

Non sic, non leuiter: sed perit, et moritur.

Dum fugiet gratis quædam simul, atq; rogabit,

Ostendam, quam non semper amatus amem.

AD GALLAM.

Iratum tibi me cogis promittere, Galla.

Ne narrem, iura rursus, et ipsa mihi.

Ne cui tu dicas (nimium est lex dura) remittam,

Præterquam, si uis dicere, Galla, uiro.

DE DISSIDIO.

Nescio quo stimulante malo pia foedera rupi,

Non capiunt uires crimina tanta mea.

Institit, et stimulis ardentibus impulit actus,

Siue fuit Fatum, seu fuit ille Deus.

Arguimus quid uana Deos? uis, Delia, uerum?

Qui tibi me dederat, idem et ademit Amor.

DE TINNITU AURIS.

Garrula quid totis resonas mihi noctibus, Auris?

Nescio quem dicis nunc meminisse mei.

Hic quis sit, queris? resonant tibi noctibus aures,

Et resonant totis. Delia te loquitur.

Non dubie loquitur mea Delia. mollior aura

Venit, et exili murmure dulce fremit.

Delia non aliter secreta silentia noctis

Submissa, ac tenui rumpere uoce solet:

Non aliter teneris collum complexa lacertis

Auribus admotis condita uerba dare.

ITEM.

Agnoui. ueræ uenit mihi uocis imago.

Blandior arguta tinnit in aure sonus.

*

*

*

Ne cessa

Ne cessate precor longos gestare susurros.

* Dum loquor, hæc iam nos obticuisse * si cu ras.

LVSVS AMATORIVS.

Sic me custodi Cosconia: neue ligata

Vincula sint nimium, neue soluta nimis.

Effugiam laxata nimis: nimis aspera rumpam.

Sed neutrum faciam, commoda si fueris.

IN MVNDITIAS.

Semper munditias, semper, Baslissa, decores,

Semper compositas arte decente comas,

Et comptos semper cultus, unguentaq; semper,

Omnia sollicita compta uidere manu?

Non amo neglectim, mihi se quæ comit amica,

* Sed et ornate simplicitate ualet.

Vincula nec cures capitis * discussa soluti.

* Et coram faciem mel habet illa suam.

Fingere se semper, non est confidere amori.

Quid, quod saepe decor, cum prohibetur, adest?

IN RECVSANTEM.

Ante dies multos nisi te, Baslissa, rogavi:

Et nisi præmonui, te dare posse negas.

Vt subito creuere, solent ex tempore multa,

Quam scriptæ, melius cedere deliciæ.

IDEM.

Cur differs, mea lux, rogata semper?

Cur longam petis aduocationem?

Primum hoc artificis scelus puellæ est.

Deinde est difficile, et laboriosum

In tentigine tam diu morari.

Nil est præterea puella, nil est.

Deprensa mel * * *

* melius potes potiri.

C. PET

C. PETRONII.

Non est forma satis, nec, quæ uult bella uideri,

Debet uulgari more placere sibi.

Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus

Vincunt naturæ candidioris opus.

Condit enim formam, quicquid consumitur artis.

Et, nisi uelle subest, gratia tota perit.

DE AMORE FOEMINARVM.

Crede ratem uentis, animum nec crede puellis.

Nanq; est foeminea tutior uida fide.

Fœmina nulla bona est: et, si bona contigit una,

Nescio quo fato res mala, facta bona.

QUOMODO POTIVNDVM. C. PET

TRONII ARBITRI.

Nolo, quod cupio, statim tenere.

Nec uictoria mi placet parata.

DE PVERI AMORE.

Quid seuis Sybari? domiti modo terga iuueni

Quid premis, et tenerum currere cogis equum?

Dum stupet, ac nouus est, et adhuc non nouit amorem,

Parce: premendus erit, cum ueteranus erit.

DE PVERO AMATO.

O sacros uultus Baccho, uel Apolline dignos:

Quos uir, quos tuto foemina nulla uidet.

O digitos, quales pueri, uel uirginis esse,

Vel potius credas uirginis esse Deæ.

Felix, si qua tuum conrodit foemina collum.

Felix, quæ labris liuida labra facit.

Quæq; puella tuo cum pectore pectora ponit:

Et linguam tenero lassat in ore suam.

PORCI LVCINI.

Custodes ouium, teneraq; propaginis agnum,

O

Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo est.
Si digito attigero, incendam flammam simul omnem.
Omne pecus, flamma est, omnia, quæ uideo.

C. PETRONII ARBITRI.

Qualis nox fuit illa, Dii Deæq;
Quam mollis torus. hæsimus calentes,
Et transfudimus hinc, & hinc labellis
Errantes animas. ualete curæ
Mortales. ego sic perire cœpi.

Q. CATVLI.

Constiteram exorientem Auroram forte salutans:
Quom subito a læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, Cælestes, dicere uostræ:
Mortalis uisus polchrior esse Deo.

L. APVLEI.

Et Critias mea delitia, & Sol alme Charine,
Par in amore meo, uita tibi remanet.
Ne metuas, ne me ignis, & ignis torreat, ut uolt.
Hæc duas flammæ, dum potiar, patiar.
Hoc modo sim uobis, unus sibi quisq; quod ipse est.
Hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.

Q. CATVLI.

Aufugit mi animus: credo, ut solet, ad Theotimum
Deuenit. sic est: perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illum fugitiuum
Mitteret ad se intro: sed magis eicceret?
Ibimus quæsitum. uerum, ne ipsi teneamur,
Formido. quid ago? Da Venu' consilium.

GALIENI IMP.

Ite agite, o pueri: pariter sudate medullis
Omnibus inter uos. non murmura uestra columbæ,
Brachia non edere, non uincant oscula conchæ.

V A L E

VALERII AEDITVI.

Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quæram, uerba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Si taceo subidus, duplo iterum pereor.

C. PETRONI ARBITRI.

Quid factum est, quod tu proiectis, Iuppiter, armis
Inter cælicolas fabula muta taces?
Nunc erat à torua submittere cornua fronte.
Nunc pluma crimes dissimulare tuos.
Hæc uera est Danae. tenta modo tangere corpus,
Iam tua flammifero membra calore fluent.

INCERTI AVCTORIS.

EX PLATONE.

Dum semihulco basto
Meum puellum sauior:
Dulcemq; florem spiritus
Duco ex aperto tramite.
Anima tunc ægra, & faucibus
Cucurrit ad labias mihi.
Orisq; rictum peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transtus,
Ut transilliret, nititur.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi:
Amoris igni percita
Transisset, & me linqueret.
Et mira prorsum res foret,
Ut ad me fierem mortuus:
Ad puerum ut intus uiuerem.

O 2

VALERII AEDITVI.

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opu' nobis?
 Ibimus, heic lucet pectore flama satis.
 Istam non potis est uis sæua extinguere uenti,
 Aut imber celo candidu' præcipitans.
 At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
 Nulla est, quæ possit uis alia opprimere.

C. PLINII CAECILII.

Quum libros Galli legerem, quibus ille parenti
 De Cicerone dare est ausus palmamq; , decusq; :
 Lasciuum inueni lusum Ciceronis & illo
 Spectandum genio, quo seria* condidit, & quo
 Humanis salibus multo, uarioq; lepore
 Magnorum ostendit mentes gaudere uirorum.
 Nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
 Paucula coenato sibi debita sauia Tiro
 Tempore nocturno subtraxerit. His ego lectis
 Quir posthac, inquam, nostros celamus amores?
 Nullumq; in medium timidi damus? atq; fatemur
 Tironisq; dolos, Tironis nosse fugaces
 Blanditias, & furta nouas addentia flamas?

C. CAESARIS OCTAVIANI AVGVSTI.

Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi poenam
 Fulvia constituit, se quoq; uti futuam.
 Fuluiam ego ut futuam? quid, si se Manius oret
 Pædicem: faciam? non puto, si sapiam.
 Aut futue, aut pugnemus, ait. Quid, si mihi uita
 Carior est ipsa mentula? signa canant.

EXCVSATIO LASCIVIORIS MATERIAE.

C. PETRONII ARBITRI.

Quid me spectatis constricta fronte Catones?
 Damnatisq; nouæ simplicitatis opus?

Ser

Sermonis puri non tristis gratia ridet.
 Quodq; facit populus, candida lingua refert.
 Nam quis concubitus: Veneris quis gaudia nescit?
 Quis petit in tepido membra calere toro?
 Ipse pater uera doctus Epicurus in arte
 Iussit, & hanc uitam dixit habere Deos.

IN ILLUSTRIVM VIRORVM GESTA,
 AC MONVMENTA. IN
 XERXEN.

Perses magnus adest. totus comitatur euntem
 Orbis. quid dubitas, Græcia, ferre iugum?
 Mundus iussa facit. Solem texere sagittæ.
 Calcatur Pontus. fluctuat altus Athos.

ITEM.

Hic, quem cernis, Athos, immixtis sparsus undis,
 Flexibus obliquis circumeundus erat.
 Accepit magno deductum Nerea* fluctu:
 Perq; latus misit maxima bella suum.
 Sub tanto subitæ sonuerunt pondere classes.
 Cæruleus cana sub niue Pontus erat.
 Idem commisit longo duo litora ponte
 Perses: & fecit per mare miles iter.
 Quale fuit regnum, mundo noua ponere iura?
 Hoc terræ fiat: hac mare, dixit, eat.

LAVS CLAVDII CAESARIS OB CA=
 PTAM, ET SVBACTAM
 BRITANNIAM.

Ausoniis nunquam Tellus uiolata triumphis
 Icta tuo, Cæsar, fulmine procubuit.
 Oceanusq; tuas ultra se respicit aras.
 Qui finis mundo est, * non erat imperio.
 Victa prius nullo iamiam spectata triumpho

*in v. c. vi-
tu.

*nunc eris

Illibata tuos gens iacet in titulos.
 Fabula uisa diu, medioq; recondita Ponto
 Libera uictori* quam merito colla dedit.
 Eufates Ortus, Renuis recluserat Arctos.
 Oceanus medium uenit in imperium.
 Libera non hostem, non passa Britannia Regem
 Aeternum nostro quæ procul orbe iacet,
 Felix aduersis, & sorte oppressa secunda
 Communis nobis, & tibi, Caesar, erit.
 Ultima cingebat Tiberis tua, Romule, regna.
 Hic tibi finis erat, religiose Numa.
 Et tua, Diue, tuum sacrata potentia celo
 Extremum citra constitit Oceanum.
 At nunc Oceanus geminos interluit orbis.
 Pars est imperij, terminus ante fuit.
 Mars pater, & nostræ gentis tutela, Quirine,
 Et magno positus Caesar uterq; polo:
 Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos.
 Sol citra nostrum flectitur imperium.
 Ultima cesserunt adoperto claustra Profundo.
 Et iam Romano cingitur Oceano.
 Opponis frustra rapidum Germania Renuis
 Eufates prodest, nil tibi, Parthe fugax.
 Oceanus iam terga dedit, nec peruius ulli.
 Casareos fasces, imperiumq; tulit.
 Illa procul nostro semota, exclusaq; celo
 Alluitur nostra uicta Britannis aqua.
 Semoto, & vasto disturctâ Britannia Ponto,
 Cinctaq; inaccessis horrida litoribus:
 Quam pater inuictis Nereus uallauerat undis:
 Quam fallax æstu circuit Oceanus:
 Brumalem sortita polum: qua frigida semper

Præ

Præfulget stellis Arctos in occiduis,
 Conspectu deuicta tuo Germania, Caesar,
 Subdidit insuetò colla premenda iugo.
 Aspice, confundit populos imperuia Tellus.
 Coniunctum est, quod adhuc orbis, & orbis erat.

L A V R E A E T V L L I I.

Quod tua, Romana uindex clarissime linguae,
 Silua loco melius surgere iussa uiret:
 Atq; Academiæ celebratam nomine uillam
 Nunc reparat cultu sub meliore Vetus:
 Hic etiam apparent limfæ non ante repertæ,
 Languida quæ infuso lumina rore leuant.
 Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
 Hoc dedit, hæc fontes cum patefecit ope.
 Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
 Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

P. V I R G I L I I M A R O N I S.

Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane.
 Diuisum imperium cum Ioue Caesar* habet.

*v. q. habes

M. V A L E R I I M A R T I A L I S.

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,
 Effet & æqualis Mars utriusq; diu.
 Missio sepe uris magno clamore petita est.
 Sed Caesar legi paruit ipse suæ.
 Lex erat, ad digitum* positam concurrere* palmam.
 Quod licuit, lances, donaq; sepe ædedit.
 Inuentus tamen est finis discriminis æqui.
 Pugnauere pares: succubere pares.
 Missit utrisq; rudes, & palmas Caesar utriq;
 Hoc precium uirtus ingeniosa tulit.
 Contigit hoc nullo, nisi te, sub principe, Caesar:
 Cum duo pugnarent, uictor uterq; fuit.

*posita cõc.
 *palma

O 4

EIVSDEM.

Concita ueloces fugeret cum dama Molossos,
 Et uaria lyncas necleret arte mora:
 Caesaris ante pedes supplex, similisq; roganti
 Constitit: & pradam non tetigere canes.

* * *

Hæc intellecto principe dona tulit.
 Numen habet Caesar, sacra est uis, sacra potestas:
 Credite: mentiri non didicere fera.

EIVSDEM.

* * *

Da ueniam subitis, non displicuisse meretur,
 Festinat Caesar qui placuisse tibi.
 Cedere maiori, uirtutis fama secunda est.
 Illa grauis palma est, quam minor hostis habet.

DE AMICIS.

Serranum, Vegetumq; simul, iunctumq; duobus
 Herogenem caros aspice Geryonas.
 Esse putes fratres, tanta pietate fruuntur.
 Imo neges, sic est in tribus unus amor.
 Triga mihi paucos inter dilecta sodales.
 Triga sodalitiij pars bene magna mei.

ITEM.

Ablatus mihi Crispus est, amici.
 Pro quo si precium dari liceret,
 Nostros diuiderem libenter annos.
 Nunc pars optima me mei reliquit.
 Crispus praesidium meum, uoluptas,
 Pectus, deliciae, nihil sine illo
 Letum mens mea iam putauit esse.
 Consumptus male, debilisq; uiuam.
 Plusquam dimidium mei recessit.

ITEM

ITEM.

Sic mihi sit frater maiorq; , minorq; superstes.
 Et de me doleat nil, nisi morte mea.
 Sic illos uincam: sic uincat rursus amando:
 Mutuus inter nos sic bene certet amor.
 Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,
 Facundo patruos prouocet ore duos.

C. MAECENATIS CILNII EQVI-
TIS ROM.

Ni te uisceribus meis, Horati,
 Iam plus diligo: tu tuum sodalem
 * Nimio uideas strigostorem.

* Nimio.

* * *

MVNVSCVLA AVT XENIA.

C. *AELII CINNAE.

* HELVII.

Hæc tibi Aratais multum uigilata lucernis
 Carmina, quis ignes nouimus acrios,
 Leuis in aridulo malua descripta libello
 Prustaca uexi munera nauicula.

M. TERENCEII VARRONIS.

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem
 De fronde Bromie autumnitatis uuidam.
 Quam linja melius e lacuna fontium
 Allata, nido potili pernusceat.

L. APVLEII.

Florea ferta, meum mel, & hæc tibi carmina dono.
 Carmina dono tibi: ferta tuo Genio.
 Carmina, uti Critie lux hæc optata canatur,
 Quæ bis septeno uere tibi remeat.
 Serta autem, ut lato tibi tempore tempora uernent.
 Aetatis florem floribus ut decores.

O S

Tu mihi da contra pro uerno flore tuum uer,
 Ut nostra exuperes munera muneribus.
 Pro implexis fertis, complexum corpore redde,
 Proq; rosis, oris sania purpurei.
 Quod si animum inspires, dona iam carmina nostra
 Cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

M. TERENCEII VARRONIS.

Lepusculi timentis hoc quadrangulum
 Dedit Diana rete nexile, arcyas,
 Viscum fugelæ, lineamq; compedam.

L. APVLEII.

Calpurniane, salue properis uersibus.
 Misi, ut petisti, tibi munditias dentium.
 Nitelas oris ex Arabicis frugibus.
 Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
 Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
 Conuerritorem pridianæ reliquæ,
 Ne quæ uisatur tetra labes sordium,
 Restrictis forte si labellis riseris.

POSTULATIO MVNERIS.

Sic tibi florentes æqueuo germine nati
 Indolis æternæ sidere, celsa petant:
 Sic priscos uincant atauos, clarosq; parentes
 Exuperent meritis, sæclaq; longa gerant:
 Sic sobolis numerum transcendat turba nepotum,
 Nobilibusq; riges gaudia tanta toris:
 Ne sterilem præstes indigno munere musam.
 Utq; soles, largus carmina nostra foue:
 Imperiis ut nostra tuis seruire Thalia
 Possit, & in melius personet iccta chelys.

IN

IN LVXVM.

C. PETRONII ARBITRI.

Non satis est, quod nos mergis furiosa iuuentus:
 Transuersosq; rapit fama sepulta probris?
 Anne etiam famuli cognata fece sepulti
 In testa mersas * luxuriantur opes?
 Vilis seruus habet regni bona, cellaq; capti
 Deridet festam, Romuleamq; casam.
 Iccirco uirtus medio iacet obruta cæno.
 Nequitie classes candida uela ferunt.

* luxu-
 rientur

EIVSDEM.

Ales Phasiacis petita Colchis,
 Et pictis Etagen opaca pennis,
 Atq; Afræ uolucres placent palato,
 Quod non sunt faciles. at albus anser
 Plebeium sapit. ultimis ab oris
 Attractus Scarus est. & Afræ Syrtis
 Quicquid naufragio dedit, probamus.
 Nullus iam grauis est. amica uincit
 Vxorem. rosa cinnamum ueretur.
 Quicquid queritur, optimum uidetur.

Q. ENNI PHAGESIORVM

FRAGMENTVM.

Omni bus at Clupeæ præstat mustela marina.
 Mures sunt Aeni, ast aspra ostrea plurima Abydi.
 Mitylus, & pecten, charadriusq; apud Ambraciæ annes.
 Brundisij sargus bonus est. hunc, magnus erit si,
 Sume. aprickum piscem scito primum esse Tarenti.
 Surrenti lopadas. glaucum Cumas apud. at quid
 Scarum præterij cerebrum Ioui pene supremis
 Nestoris ad patriam hic capitur magnusq; bonusq;
 Melanurum, turdum, merulamq; umbramq; marinam?
 Polypus

Polypus Corcyre, caluaria pinguis Atarnæ.
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini.

PUBLII SYRI MIMI.

Luxuriæ rictu Martis marcent moenia.

Tuo palato lautus pauo nascitur,

Plumato amictus aureo Babylonico.

Gallina tibi Numidica: tibi Gallus spado.

* V. C. Ci
conia etiam
grata, pere-
grina ho-
spita,

* Ciconia etiam peregrina, Græca hospita,

Pietaticultrix, gracilipes, crotaliftria

Auis exul hiemis, titulus tepidi temporis

Nequitia nidum in cacabo fecit meo.

Quo margarita cara tibi, bacia Indica?

An ut matrona ornata phaleris pelagijs,

Tollat pedes indomita in strato extraneo?

Smaragdum ad quam rem uiridem, preciosum uitrum?

Quo Carchedonios optas ignes lapideos,

Nisi ut scintillent? probitas est carbunculus?

Aequum est induere nuptam uentum textilem?

Palam prostare nudam in nebula linea?

SCOMMATICA, FAMOSA, LVDI

GRA, REDICVLARIA.

L. POMPONII.

Ridiculus, quom te Cascam tua dicit amica

Fili potoni sesquisenex puerom.

Dic tu illam pusam. sic fiet, Mutua muli.

Nam es uere pusus tu, tua amica senex.

L. MANILII.

Cascom Cascam duxisse, non mirabilest.

Quoniam * canoras sanciebat nuptias.

* Casna-
reas.

DE DIVITE FORMOSA, GENE

ROSA, IMPVDICA.

Formosa es. fateor, diues, generosa, uetusta.

Conf

Confitear, si uis omnia. redde uicem.

Nempe parum casta es. nempe es deprensa. negabis?

Res uenit ad lites. rursus et illa nega.

Dic potius, sed nempe semel, sed nempe puella.

Et cum deprensa quis, nisi frater, erat?

Frater erat? nihil est: fecit quod Iuppiter. illud

Sed, quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

DE MAGISTRI LUDI NEGLIGENTIA.

Indoctus teneram suscepit * Caualo plebem,

Quam cogat primas discere literulas.

* Calculo

Sed cum discipulos nullo terrore coercet,

Et ferulis culpas tollere cessat iners:

Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt.

Iam nomen ludi rite magister habes.

DE ASINO, QUI AENEIDEM DENTIB.

DISCERPIT.

Caminis Iliaci libros consumpsit asellus.

Hoc fatum Troiae est, aut equus, aut asinus.

IN C. CAESAREM.

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.

Ecce nunc Caesar triumphat, qui subegit Gallias.

Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

IN VENTIDIUM BASSVM.

Concurrere omnes augures, aruspices:

Portentum inusitatum constat est recens.

Nam, mulos qui fricabat, Consul factus est.

SVBSCRIPTVM STATVAE C. CAESARIS.

Brutus, quia Reges eiecit, Consul primo factus est.

Hic, quia Consules eiecit, Rex postremo factus est.

IN EIVSDEM ADVLTERIA.

Urbani seruate uxores: moechum caluum adducimus.

Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpisti mutuum.

IN

IN M. BIBULVM COS.

Consule non Bibulo quicquam, sed Casare factum est.
Nam Bibulo fieri Consule nil nemini.

C. LICINII CALVI IN CN. POMPEIVM.

Fasciola qui crura ligat, digito caput uno
Scalpit, quid credas hunc sibi uelle? uirum.

IN C. CAESAREM OCTAVIANVM AVGVSTVM.

Cum primum istorum conduxit mensa choragum:

Sexq; Deos uidit Manlia, sexq; Deas:
Impia dum Phœbi Casar mendacia ridet:

Dum noua Diuorum coenat adulteria:
Omnia se à terris tunc numina declinarunt:
Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

IN EVNDEM.

Postquam bis classe uictus naues perdidit:
Aliquando ut uincat, ludit assidue aleam.

IN SEMPRONIVM RVFVM.

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Ipse est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus ultus est mortem.

IN C. CAESAREM.

Gallos Casar in triumphum duxit. iidem in curiam
Galli bracas deposuerunt: latum clauum sumpserunt.

IN CANINIVM REVILIVM. M. CICERONIS.

Vigilantem habemus Consulem Caninium.
In Consulatu somnum non uidit suo.

IN TIBERIVM CAESAREM.

Aspice felicem sibi, non tibi Romule, Sullam.
Et Marium, si uis, aspice, sed reducem.
Necnon Antonij ciuilia bella mouentis,
Nec semel infectas aspice cæde manus.

Et

Et dic, Roma perijt. regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis uenit ab exilio.

IN EVNDEM.

Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum.
Omnia si queras, & Rhodos exilium est.

IN EVNDEM.

Asper, & immitis: breuiter uis omnia dicam?
Disprecam, si te mater amare potest.

IN CL. NERONEM IMP.

Quis negat Aeneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

IN EVNDEM.

Dum tendit citharam noster, dum cornu Parthus:
Noster erit *αασαρ*, ille *ἐκκατηεδέτις*.

IN CL. TIBERIVM CAESAREM.

Fastidit uinum, quia tam stuit iste cruorem.
Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.

IN EVNDEM.

Aurea mutasti Saturni secula, Casar.
Incoluni nam te ferrea semper erunt.

IN CONSTANTINVM IMP.

ABLASII COS.

Saturni aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemineæ, sed Neroniana.

IN DOMVM NERONIS.

Roma domus fiet. Veios migrate Quirites:
Si non & Veios occupat ista domus.

ASINII GALLI.

Qui caput ad leuam deicit, glossemata uobis
Præcipit, os nullum, uel potius pugilis.

IN OTHONEM IMP.

Cur Otho mentito sit, queritis, exul honore?

Vxoris

Vxoris moechus coeperat esse suæ.

I V L I I F L O R I.

Ego nolo *Cæsar* esse:

Ambulare per Britannos:

Scythicas pati pruinas.

A D R. I M P. R E S P O N D E T.

Ego nolo *Florus* esse:

Ambulare per tabernas:

Latitare per popinas:

Culices pati rotundos.

ELEGIA ILLUSTRIVM VIRORVM.

S V B S C R I P T V M I M A G I N I H O M E R I.

M. T E R E N T I V S V A R R O.

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat:

Quod ariete illi mortuo faciunt sacra.

S V B S C R I P T V M I M A G I N I D E M E T R I I P H A-

L E R E I. M. T E R E N. V A R R O.

Hic Demetrius æneas tot aptu'st,

Quot lucas habet annus absolutus.

P V B L I I S C I P I O N I S.

^{ornare tro}
^{païs.} *Desine Roma tuos postes **

Nanq; tibi monumenta mei peperere labores.

C. C A E S. O C T A V. A V G.

Iuppiter in cælis: Cæsar regit omnia terris.

V A. C A T O N I S G R A M M A T I C I, E T P O E T A E.

F V R I V S B I B A C V L V S.

Cato Grammaticus, Latina Siren,

Qui solos legit, ac facit poetas.

C A L I G V L A E C A E S.

In castris natus, patriis nutritus in armis

Iam designati principis omen erat.

P. T E R

P. T E R E N T I I C O M I C I.

C. I V L. C A E S. D I C T A T O R.

Tu quoq; tu in summis, o dimidiate Menander

Poneris, & merito, puri sermonis amator.

Lenibus atq; utinam uerbis coniuncta foret uis

Comica, ut equato uirtus polleret honore

*Cum Græcis, neq; * in hac despectus parte idceres.*

Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.

*enim

E I V S D E M.

M. T V L L. C I C E R O.

Tu quoq;, qui solus lecto sermone, Terenti,

Conuersum, expressumq; Latina uoce Menandrum

In medio populi sedatis uocibus effers,

Quicquid come loquens, atq; omnia dulcia promens.

* * *

C. C R I S P I S A L L V S T I I.

Et uerba antiqui multum furate Catonis

Crispe, Iugurthina conditor historie.

C. S I L O P O E T A.

Ite agite, o Danaï, magnum Pæana canentes.

Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

O R P H E I.

C. C A S S I V S P A R M E N S I S.

Argute primum cum plectra parentis, & auro

Distinctam sumsit citharam Rhodopeius Heros:

Ridebant segnes pulsus, digitosq; micantes

Serius, & chordis indoctæ dissona uocis.

Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti

Lustibus auertit puerilibus, omnis & illic

Perditus incumbens, Musæ pallebat amore.

Et nunc maternis inbiat, nunc ille paternis

Cantibus, hinc illinc discens dependet utriq;.

P

Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
 Compeditibus somni fuerat, parcusq; Lyæi.
 Donec ridiculus dudum modulamine stluas,
 Euulsosq; suis scopulos radicibus egit.
 Ausus & ire uiam uiuentibus inconcessam,
 Poenarum oblitos demulsi carmine Manes.
 Non leuis adscensus, si quis petit ardua, sudor
 Plurimus hunc tollit, nocturno exsomnis oliuo,
 Immoritur, iactat, quod mox laudauerat in se,
 Qui cupit æterna donari frondis honore.

DE VINO.

M. TERENTII VARRONIS.

Vino nihil quidquam iucundius cluit.
 Hoc ægritudinem ad medendum inuenerunt.
 Hoc hilaritatis dulce seminarium.
 Hoc continet coagulum conuiuia.

*DE VINO ET LAETITIA.

Sic tua sit, quancunq; tuam uis esse puellam.
 Sic, quancunq; uoles, mutuus ignis edat:
 Sic nunquam dulci careant tua pectora flamma:
 Et sic lafuro semper amore uacent:
 Vince mero curas, & quicquid forte remordet,
 Comprime: deq; animo nubila pelle tuo.
 Nox, curam si prændit, alit, male creditur illi
 Cura, nisi a multo marcida facta mero.

DE DIIS.

SVBS CRIPTVM STATVÆ
CVPIDINIS.

Sol calet igne meo: flagrat Neptunus in undis.
 Pensa dedi Alcide: Bacchum seruire coegi.

Q. ENNI, XII. DII SELECTI.

Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerua, Venus, Mars,

Mero

Mercurius, Ioui, Neptunus, Volcanus, Apollo.

SANCO SEMIPATRI.

De decuma uictor tibi Luciu' Mummiu' donum
 Moribus antiquis hoc pro usura dare sese
 Visum animo so. perfecit sa pace rogans te,
 Cogendo dissoluedei ut felicia faxis.
 Perficis, decumam ut faciat ueræ rationis.
 Propter hoc, atq; alieis doneis des cuncta roganti.

IVNONI ARDEATINAE.

Digne digniloqueis pictureis condecorauit
 Reginae Iunoni' supreme coningi' templum
 Marcus Ludius Elotas Aetolia oriundus.
 Quem nunc & post semper ob artē hanc Ardea laudat.

FORTVNAE PRAENESTINAE.

Tu, quæ Tarpeio coleris uicina Tonanti,
 Votorum uindex semper Fortuna meorum:
 Accipe, quæ pietas ponit tibi dona merenti.
 Effigiem nostri conserua Diua parentis.
 Cuius ne taceat memorandum litera nomen,
 CAESIVS hic, idemq; TITVS, PRIMVS QVE uocatur
 Qui largæ Cereris messes, fructusq; renatos
 Digerit in precium: cui constat fama, fidēsq;
 Et cui diuitias neclit pudor, ire per altos
 Consuetus portus, cura, studioq; laboris
 Litora qui præstat fessis tutissima nautis.
 Notus in urbe sacra, notus quoq; finibus illis,
 Quos Umber sulcare solet, quos Tuscus arator.
 Omnibus hic annis uotorum more suorum
 Centenas adicit numero crescente coronas,
 Fortunæ simulacra colens, & Apollinis aras,
 Arcanumq; VII. quorum consentit in illo
 Maiestas, longæ promittens tempora uitæ.

P 2

Accipe Posteritas, quod per tua secula narres.
 TAURINVS cari iussus pietate parentis
 Hoc posuit donum, quod nec sententia Mortis
 Vincere, nec poterit Fatorum summa potestas:
 Sed populi saluo semper rumore manebit.

PRIAPO. VAL. CATULLI.

Hunc lucum tibi dedico, confecroq; Priape,
 Qua domus tua Lampfaci est, quaq; silua, Priape.
 Nam te præcipue in suis urbibus colit ora
 Hellepontia cæteris ostreosior oris.

A. SEPTIMI SERENI FALISCI.
 IANO.

Iane pater, Iane tuens, Diue biceps, biformis.
 O cate rerum sator, o principium Deorum.
 Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
 Cui reserata mugiant aurea claustra Mundi:
 Tibi uetus ara caluit Aborigeio sacello.

TUTANVS DEVS. VARRONIS.

Noctu Annibalis cum fugauit exercitum,
 Tutanus hoc, Tutanus Romæ nuncupor.
 Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

CYBELAE MATRI. C. MAE=

CRNATIS.

Ades huc, ades Cybele, Dea montigena Dea.
 Age tympano sonanti quate flexibile caput.
 Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

EIDEM. M. TER. VARRONIS.

Tibi tympana haud inani sonitu, Dea, tonimus.
 Sonitum æris intonamus tibi nos femiuiiri.

Tere

Teretem comam uolantem Galli tibi iacimus.

* * *

EIVSDEM.

Te Anna, & Peranna, Panda, & Λατώ, Pales,
 Nerienes, & Mimerua, Fortuna, ac Ceres.

NEPTVNO.

Te Neptune pater, cui flumina cana sonanti
 Cincta salo resonant: magnus cui præpete nimbo
 Perfluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

* * *

PETRONI ARBITRI.

Nympharum, Bacchiq; comes, quem pulchra Dione
 Diuitibus siluis numen dedit: inclita paret
 Cui Lesbos, uiridisq; Thasos: quem Lydus adorat
 * Septifluus, templumq; tuis imponit Hypæpis,
 Huc ades o Bacchi tutor, Dryadumq; uoluptas:
 Et timidas admitte preces. non sanguine tristi
 Perfusus uento: non templis impius hostis
 Admoui dextram: sed inops, & rebus egenis
 Attritus, facinus non toto corpore feci.
 Quisquis peccat inops, minor est reus. hac prece queso
 Exonera mentem, culpaq; ignosce minori.
 Et quandoq; mihi Fortune arriserit * hora,
 Non sine honore tuum patiar decus. ibit ad aras
 Corniger, & querula * fetus suis hostia lactens.
 Spumabit pateris hornus liquor. & ter ouantem
 Circa delubrum gressum feret ebria pubes.

* lego, nesti-
 fluis.

* ara

* v. c. festus

POETICA, ET DE POETIS.

M. TER. VARRONIS.

Vos, in theatro qui uoluptatem auribus
 Huc aucupatum concurristis domo,

P 5

*Adeste, adeste, quæ feramq; gnoscite,
Domum ut feratis è theatro literas.*

INCERTI AVCTORIS.

*Pœnico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.*

C. LABERII MIMI.

*Necessitas, quocius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detrusit pene extremis sensibus?
Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio,
Nullus timor, uis nulla, nulla auctoritas
Mouere potuit in iuuenta de statu:
Ecce in senectâ ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Summissa placide blandiloquens oratio.
Etenim ipsi Dij negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?
Ego bis tricenis annis actis sine nota,
Eques Romanus ex Lare egressus meo,
Domum reuortar. Mimus. Nimirum hoc die
Vno plus uixi, mihi quam uiuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque, ac in malo,
Si tibi erat libitum literarum laudibus
Floris cacumen nostræ fame frangere:
Quur, quum uigebam membris præuiridantibus,
Satisfacere populo, ac tali cum poteram uiro,
Non flexibilem me concuruasti, ut carperes?
Nunc me quo delicias? quid ad scenam adfero?
Decorem formæ, an dignitatem corporis?
Animi uirtutem, an uocis iucundæ sonum?
Ut edera serpens uires arboreas necat:
Ita me uetustas amplexu annorum enecat.*

Sepul

Sepulcris similis nil, nisi nomen, retineo.

Q. ENNII.

*Enni poëta salue, qui mortalibus
Versus propinas flameos medullitus.*

INCERTI AVCTORIS.

*Adesto Iambe præpes, et tui tenax
Tenoris, adde concitum celer pedem.
Nec alterius indigens opis ueni.
Sed ipse uerus, integerq; gestiens:
Adulta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, ultor impetus tui.*

M. TERENCEII VARRONIS:

*Sed o Petrule, ne meum taxis librum,
Si te pepigit huic modi scenatilis.
Sin displicebit tam tibi latum mare,
Tantum parato spongiam deletilem.*

VOLCATIVS SEDIGITVS DE
POETIS COMICIS.

*Multos incerto certare hanc rem uidimus,
Palmam poëtæ Comico quoi deferant.
Eum meo iudicio errorem dissoluam tibi.
Ut, contra si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico.
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein Nænius, qui seruet, precio in tertio est.
At siquid quarto detur, dabitur Licinio:
Atilium post Licinium facio insequi.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauam obtinet.
Nono loco esse facile facio Lucium.
Antiquitatis causa decimum addo Ennium.*

P 4

IN COMMENTARIUM L. CRASSITII
GRAMMATICI IN SMYRNAM.

C. HELVII CINNAE.

Vni Crasitio se credere Smyrna probauit.

Definite indocti coniugio hanc petere.

Soli Crasitio se dixit nubere uelle,

Intima cui soli nota sua extiterint,

SENTII AVGVRI.

Canto carmina uersibus minutis

His, olim quibus & meus Catullus,

Et Caluus, ueteresq;. Sed quid ad me?

Vnus Plinius est mihi priores.

Mauult uersiculos foro relicto.

Et querit, quod amet, putatq;, amari.

Ille Plinius, ille, quid Catones?

I, nunc, qui sapias, amare noli.

P. VIRGILII MARONIS.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.

Diuinum imperium cum Ioue Caesar* habet.

ITA ID DISTICHON VINDICAT.

Hos ego uersiculos feci: tulit alter honores.

Sic uos non uobis nidificatis aues.

Sic uos non uobis uellera fertis oues.

Sic uos non uobis mellificatis apes.

Sic uos non uobis fertis aratra boues.

IN AVARITIAM, ET PECUNIAM.

PETRONII ARBITRI.

Nec bibit inter aquas,* neq; poma natantia sumit

Tantalus infelix, quem sua uota premunt.

Diuitis hæc magni facies erit,* omnia late

Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

M. T E R E N

*v. c. habes.

*v. c. poma aut pendentia
*v. c. omnia cernens
Qui timet.

M. T E R E N T I I V A R R O N I S.

Hospes, quid miras numo curare Serapim?

Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles.

P E T R O N I I A R B I T R I.

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat,

Aut ubi paupertas uincere nulla potest?

Ipsi, qui Cynica traducunt tempora cæna,

Nonnunquam numis uerba solent emere.

Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces.

Atque eques, in* caussa qui sedet, empta probat.

M. T E R E N T I I V A R R O N I S.

Non fit thesauris, non auro pectus solutum.

Non animis demunt curas, ac religiones

Persarum montes, non atria diuiti Crassi.

P E T R O N I I A R B I T R I.

Quisquis habet numos, secura nauiget aura:

Fortunamq; suo temperet arbitrio.

Vxorem ducat Danaen: ipsumq; licebit

Acristum iubeat credere, quod Danaen.

Carmina componat, declamet, concrepet omnes,

Et peragat caussas: sitq; Catone prior.

Iurisconsultus P A R E T, N O N P A R E T habeto.

Atq; esto, quicquid Seruius, & Labeo.

Multa loquor, qui diuis numis presentibus opta:

Et ueniet, clausum possidet arca Iouem.

O R A C U L A, E T A E N I G M A T I C A.

Tarpeio quondam sedit qua uertice cornix,

E S T bene non potuit dicere: dixit, E R I T.

M. T E R E N T I I V A R R O N I S.

Semel, minusne, an bis minus, non sat scio,

An utrunq; eorum, & quondam audiui dicier,

P 5

* v. c. in terra.

Ioui ipſi magno noluit concedere.

L. A P V L E I I.

Montis in excelsi ſcopulo deſiſte puellam,

Ornatam mundo funerei thalami.

Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum:

Sed ſæuum, atque ferum, uipereumq; malum.

Qui pinnis uolitans ſuper æthera, cuncta fatigat.

Flamaq; & ferro ſingula debilitat.

Quem tremit ipſe Iouis, quo numina terrificantur,

Fluminaq; horreſcunt, & Stygiæ tenebræ.

P O L L V C I S.

Quum mea me genitrix grauida geſtaret in aluo,

Quia pareret, fertur conſuluiſſe Deos.

Mas eſt, Phœbus ait: Mars, ſœmina: Iunoq; neutrum.

Quumq; forem natus, Hermaphroditus eram.

Querenti letum, Dea ſic ait: occidet armis:

Mars cruce: Phœbus aquis. Sors rata queq; fuit.

Arbor obumbrat aquas: adſcendo. decidit enſis,

Quem tuleram. caſu labor & ipſe ſuper.

Pes hæſit ramis. Caput incidit amne. tuliq;

Fœmina, uir, neutrum, flumina, tela, crucem.

CITERII SIDONII SYRACVSANI.

* v. c. colle Almo, Theon, Thyriſis, orti ſub * monte Pelori,

Semine diſparili, Laurente, Lacone, Sabino.

Vite Sabine, Lacon ſulco, ſue cognite Laurens.

Thyriſis oues, uitulos Theon egerat, Almo capellæ.

Almo puer, pubeſq; Theon, at Thyriſis ephæbus.

Canna Almo, Thyriſis ſtipula, Theon ore melodus.

Nais amat Thyriſin, Glauce Almona, Niſa Theonem.

Niſa roſas, Glauce uiolas dat, lilia Nais.

SIMILE ADRIANI IMP.

Vi belli ſonuere tubæ, uiolenta peremit

Hippol

Hippolyte Theutranta: Lyce Clonon: Oebalon Alce.

Oebalon enſe: Clonon iaculo: Theutranta ſagitta.

Oebalus ibat equo: curru Clonus: at pede Theutras.

Plus puero Theutras: puer Oebalus: at Clonus heros.

Figitur ora Clonus: latus Oebalus: ilia Theutras.

* Iphiclis Theutras: * Doryli Clonus: Oebalus Idæ.

Argolicus Theutras: Meſus Clonus: Oebalus Arcas.

* v. c. Ae-
phyely
* Dorus

GNOMICA, ET DIDASCALICA.

DE SPE PER EXEMPLA.

Spes fallax, ſpes dulce malum. ſpes ſumma malorum.

Solamen miſeris, qua ſua fata trahunt.

Credula res: quam nulla poteſt fortuna fugare.

Spes ſtat in extremis officioſa malis.

Spes uetat æternis Morti. requieſcere portis,

Et curas ferro rumpere ſollicitas.

Spes neſcit uinci. Spes pendet tota * futuri.

Mentitur: credi uult tamen illa ſibi.

Improba, mentis inops, rebus gratiſſima læſis,

Quas fouet: & uerti fata ſubinde docet.

Sola tenet miſeros. inuitos ſola moratur.

Sola perit nunquam: nec perit, atq; redit.

Sæpe bono, rurſuſq; malo blandiſſima ſemper.

Et quos decepit, decipit illa tamen.

Inſtabilis, dubio deuexa ad tempora motu:

Audax: & clauſum quæ putet eſſe nihil.

Omnia promittit mota leuitate Deorum.

Nil fixum, & caſus admonet eſſe leues.

Naufragus hac cogente natat per ſcæta procellis

Æquora: cum merſas uiderit ante rates.

Captiuus duras illa ſolante catenas

Perferet: & * uictos uincere poſſe putat.

* lego, vi-
ctus

Noxius

Noxius infami districtus stipite membra
 Sperat & à fixa posse redire cruce.
 Spem, iussus præbere caput, paloq; ligatus,
 Cum micat ante oculos stricta securis, habet:
 Sperat & in seua uictus gladiator arena,
 Sit licet infesto pollice turba minax.
 * * Et qui decenti iugulo tinctoria moto
 Spem, quamuis lecto iam referatur, habet.
 Spem recipit carcer foribus præclusus ahenis.
 Spes & in horrendo robore parua manet:
 Spes Marium mouit turpi se credere limo,
 Et tantum furto uiuere uelle uirum.
 Hæc illum Libya penetrare in litora uictæ
 Iussit: & o Superi, quis fuit ille dies,
 Quo Marium uidit supra Carthago iacentem:
 Tertia par illis nulla ruina fuit.
 Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
 Iusserat, & pueri Regis adire pedes.
 Spes uni nunquam potuit dare uerba Catoni.
 Mendacisq; Deæ non tulit ille dolos.
 Quid non spes audet? Priamo post Hectora mansit:
 Spes fuit uxori, Protefilæ, tuæ.
 Orpheus infernas sperauit tollere leges,
 Tartareum & cantu flectere posse canem.
 Spe duce per medias enauit Dædalus undas:
 Et noua mirantes terruit ales aues.
 Pasiphae (quid non homini sperare libebit?)
 Sperauit toruo posse placere boui.
 Sperat, qui curuo sulcos perrumpit aratro.
 Sperat, qui uentis uela ferenda dedit.
 Spes hamis pisces, laqueo captare uolucres
 Erudit. hæc orbem bella cruenta docet.

Spes

Spes sequitur grauibus rastris mala rura domantem.
 In noua se nulla cum ratione parat.
 Semper adulatur: semper malefida uagatur.
 Et populos, urbes, totaq; regna capit.
 Desertos medicis spes nunquam deserit ægros.
 Defessi nunquam spem posuere rei.
 Spes est, quæ classes diuerso ex hoste coactas
 Ducit. Spes cupidos ducit in arma uiros.
 Et dicit, duro. nec te præsentia iungant.
 Fors uarias mutat mobilitate uices.
 Incerto ludit casu Fortuna per orbem.
 * Et semper contra quæ fugit, atque redit.

C. PETRONII ARBITRI
 IN SUPERSTITIONEM.

Primus in orbe Deos fecit timor: ardua celo
 Fulmina cum caderent: discussa;q; incenia flammis,
 Atq; ictus flagraret Athos: mox Phœbus ad ortus
 Lustrata deiectus humo, Lunaq; senectus,
 Et reparatus honos. hinc signa effusa per orbem,
 Et permutatis disiunctus mensibus annus
 Proiecit uicium hoc: atq; error iussit inanis
 Agricolas primos Cereri dare mensis honores:
 Palmitibus plenis Bacchum uincire: Palemq;
 Pastorum gaudere manu. natat obrutus, omni
 Neptunus demersus aqua. Pallasq; * cauernas
 Vindicat. Et uoti reus, & qui uendidit orbem
 Iam sibi quisq; Deos auido certamine fingit.

EIVSDEM DE VITANDO FASTIDIO.

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum:
 Nec toto stomachum conciliare mero.
 Taurus amat gramen mutata carpere ualle.
 Et fera mutatis sustinet ora cibus.

* Est semper,
 contra
 quæ f. a. r.

* f. taber-
 nas.

Ipsa

*Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
Quod permutatis hora recurrit equis.*

EIVSDEM DE VXORE.

*Vxor legitimus debet quasi census amari.
Nec censum uellem semper amare meum.*

EIVSDEM.

*Inueniat, quod quisq; uelit non omnibus unum est,
Quod placet. hic spinas colligit, ille rosas.*

EIVSDEM.

*Nam nihil est, quod non mortalibus afferat usum,
Rebus in aduersis quæ iacuerunt, iuuant.*

*Sic rate demersa uulsam deponderat aurem.
Remorum leuitas naufraga membra uehit.*

*Cum sonuere tubæ, iugulo stat diuite ferrum.
Barbara * contemnit prælia pannus habet.*

EIVSDEM EXHORTATIO.

*Linqe tuas sedes, alienaq; litora quere,
O iuuenis maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis, te nouerit ultimus Ister:
Te Boreas gelidus, securaq; regna Canopi:
Quiq; renascentem Phœbum, cernuntq; iacentem.
Maior in * externa sita cui descendat arenas.*

* Externam sit qui d. arenas.

EIVSDEM DE AVLICOLVM VANITATE.

*Nam citius flammæ mortales ore tenebunt:
Quam secreta tegant: quicquid dimittis in aula,
Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est uulgasse fidem, simulatius exit
Proditionis opus: famamq; onerare laborat.*

* Fulgen. referare.

* Fulgent. Conceptit n. l. sonum.

*Sic commissæ ferens auidus * seruare minister
Fodit humum, Regisq; latentes prodidit aures.
* Exceptit nam terra sonos, calamiq; loquentes*

Inuene

Inuenere fidem, qualem * narrauerat index.*

P. VIRGILII MARONIS.

*Humor alit segetem: segeti contrarius humor.
Quod iuuat, hoc dulce est: quod cogitur, altera mors est.*

P. ARBITRI.

*Heu heu nos miseros, quia totus homuncio nil est,
* * **

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.

Ergo uiuamus, dum licet esse bene.

EIVSDEM PETRONII PROTREPTICON.

*Artis seueræ si quis hamat effectus,
Mentemq; magnis applicat: prius moræ
Frugalitatis lege pallet exacta.
Nec curet alto regiam trucem uultu,
Cliensue coenas impotentium captet.
Nec perditis addictus, obruat uino
Mentis calorem. neue plausor in scena
Sedeat redemptus, histrionis addictus.*

ITEM.

Sed seu crinigeræ arident Tritonidis arces,
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenumq; domus: det primos uersibus annos,
Mæoniumq; bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber: & ingentis quatit Demosthenis arma.
Hunc Romana manus circumfluat. & modo Græcio
Exonerata sono mutet suffusa saporem:
Interdum subducta foro det pagina cursum.
Et fortuna sonet celeri distincta meatu.
Dent epulas, & bella truci memorata canore.
Grandiaq; indomiti Ciceronis uerba mimentur.
His animum succinge bonis. sic flumine largo*

* ita v. c.

Plenus,

Plenus, Pierio defundes pectore uerba.

EIVSDEM.

Contemni, turpe est: legem donare, superbum.

Hoc amo, quod possum qualibet ire uia.

Nam sane & sapiens contemptus iurgia flectit.

Et, qui non iugulat, uictor abire solet.

C. CAECILII PLINII SECUNDI.

Vt laus est cere mollis, cedensq; sequatur

Si doctos digitos, iusq; * fiat opus:

Et nunc informet Martem, castamq; Mineruam:

Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum:

Vtq; sacri fontes non solum incendia sistunt:

Saepe etiam flores, uernaq; prata iuuant:

Sic hominum ingenium flecti, duciq; per artes

Non rigidas docta mobilitate decet.

AULI SEPTIMI SERENI.

Inquit amicus ager domino, sere: plurima reddam.

Si bene mi facias, memini tibi soluere grates.

M. TER. VARRONIS.

Vnam uirtutem propriam mortalibus fecit.

Cetera promiscam uoluit communia haberi.

PETRONII ARBITRI.

Cui uultur iecur ultimum pererrat,

Et pectus trahit, intimasq; fibras,

Non est, quem timidi uocant poetae:

Sed cordis mala, liuor, atq; luxus.

EIVSDEM.

Fallunt nos oculi, uagiq; sensus

Oppressa ratione mentiuntur.

Nam turris, prope quae quadrata surgit,

Attritis procul angulis rotatur.

Hybleam refugit satur liquorem.

*fingat
v.g.

Et marcens castam frequenter odit.

Hoc illo magis, aut minus placere

Non possunt, nisi lite destinata

Pugnarent dubio tenore sensus.

LIBRI PRIMI FINIS.

CATALECTORVM VETE-

RVM POETARVM,

LIBER SECUNDVS.

ASTRONOMICA.



V forte in luco lentus uaga carmina gignis:

Argutosq; inter latices, & musica flabra

Pierio liquidam perfundis nectare mentem.

At nos congeries obnubit turbida rerum,

Ferrataq; premunt nulleno milite cura.

Legicrepi tundunt. Latrant fora. classica turbant.

Et trans Oceanum ferimur porro usq; niuosus

Quum teneat Vasco, nec parcat Cantaber horrens.

En quibus indicas, ut crinem frondea Phœbi

Succingant, ederæue comas augustius umbrent.

En quos flammantem iubeas uolitare per Aethram.

Quin mage præueniens Aquilas uis pigra Elefantum

Præcurret, uolucrumq; pigens testudo Molossium:

Quam nos rorisluam sectemur carmine Lunam.

Sed tamen, incuruus per pondera terrea nitens,

Dicam quur fesso liuescat circulus orbe:

Purpureumq; iubar niuei quur tabeat oris.

Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris

Infernas ululans mulier prædira sub umbras

Ei

Q

Detrahit altitudo e speculo: nec carmine uicta
 Vel rore Stygijs * *
 Vincibilemque petit clamorem. Quippe per aethram,
 Qua citimus limes dispescit turbida puris,
 Inuiolata meat. Sed uasto corpore Tellus,
 Quae medium tenet ima polum, dum lumina Fratris
 Detinet umbriferis metis: tum sidere crasso
 Pallefcit teres umbra rotæ, dum transeat axem
 Aggeret uelox tumuli, speculoque rosanti
 Fraternas reparat per caelum libera flammæ.
 Sed quia mira putas, quur, quum uis maxima Solis
 Bis nouies maior clueat, quam terreus orbis,
 Non circuncingat terrestres lumine metas:
 Sume ratum rationis opus. nanque aspice Phœbum,
 Quam sublimis eat conuexa per aurea Mundi,
 Quamque humilem terram collustret curribus altis:
 Hic ingens utcumque libet uel desuper ignes
 Sparferit, obliquo uel quum radiauerit axe,
 In terram radij franguntur. Cætera Solis
 Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,
 Nil obstante globo, tendunt per inania uasta:
 Donec Pyramidis peragat uicta umbra cacumen.
 Per quam quum Phœbe ualidos agit uda iugales,
 Infima uicinis nonnunquam decolor umbris
 Fratrem caret, uacuoque exanguis deficit ore.
 Quur autem sola spoliatur lumine Luna,
 Nil uero mirum est. quippe illam lucis egentem
 Lux aliena fouet: quam quum pars proxima meta
 Inuidet, expectat radios male cerula Fratris.
 At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris.
 Et proprium cunctis iubar est, nec Sole rubescunt.
 Sed sudum * * *

Porro

Porro ultra Solem rapitur cum uertice cæli.

Iam quur semestri non semper palleat orbe,
 Inflexi præstant obliquo tramite cursus.
 Nanque uagans errore rato quum deuia tortos
 Colligit anfractus, metam Sol eminus exit,
 Intorquetque peplum noctis, radiatque sororem.
 Hæc eadem ratio est, subitis quur frangitur umbris
 Augusti Solis rutilum iubar: indiga lucis
 Quando inter terram, et Solem rota corporis* almæ *
 Luna meat, fratrem rectis obiectibus arcens.

MENSIVM DESCRIPTIO.

Dura patet Iani Romanis ianua bellis.

Vota Deo Diti februa mensis habet.

Incipe Mars: anni felicia fata reduce.

Tunc Aries Veneri* linthea ferta legit.

Dulcia, Maia, tuis* dulcia exagona Nonis.

Arce poli Geminos Iulius ecce locat.

Iulius ardenti diuertit lumina Solis

Aere: flammigero cuncta Leone calent.

Poma legit uirgo maturi mitia Solis.

Fundit, et October uina Falerna lacis.

Aret tota soli species ut dura Nepai.

* Munde December amat te genialis hyems.

EORVNDEN MENSIVM PICTVRA.

IANVARIVS.

Hic iam mensis sacer est. en aspice, ut aris

Tura micent: sumant ut pia tura Lares.

Annorum, seclique caput: natalis honorum:

Purpureos fastis qui numerat proceres.

FEBRVARIVS.

At quem ceruleus nodo constringit amictus,

Quique paludicolam prendere gaudet auem,

Q 2

*in alio
cod. lutea.
*lucent exa
mina N.*

in alio cod.
unde. pute.
rde

*cinctu *Dadala quem iactu pluuio circumuenit Iris,
Romuleo ritu februa mensis habet.*

MARTIVS.

Cinctum pelle Lupæ promptum est cognoscere mensē.

Mars olli nomen, Mars dedit exuuias.

*vernum *Tempus uer, hœdus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & sinus lactis, & herba uirens.*

APRILIS.

Contectam myrto Venerem ueneratur Aprilis.

al.c.veris *Lumen iuris habet, quo nitet alma Ceres.*
al.c.Thetis *Cereus & dextra flamas diffundit odoras.*

Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

MAIUS.

Cunctas ueris opes, & picta rosaria gemmis

Liniger in calathis, aspice, Maius habet:

Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Maia.

Quem merito multum diligit Vranie.

IUNIVS.

Nudus membra dehinc solares respicit horas

Iunius: ac Phoebum flectere monstrat iter.

Lampas maturas Cereris designat aristas.

Floralesq; fugas lilia fusa docent.

IULIVS.

Ecce coloratos ostentat Iulius artus.

Crimes cui rutilos spicea ferta ligat.

Morus sanguineos præbet grauidata racemos:

Quæ medio Cancri sidere leta uiret.

AVGVSTVS.

Fontanos latices, & lucida pocula uitro

Cerne ut demerso torridus ore bibat,

Aeterno Regni signatus nomine mensis,

Latona genitam quo perhibent Ecaten.

SEP

SEPTEMBER.

Surgentes acinos, uarias & præsecat uuas

September, sub quo mitia poma iacent:

Captiuam filo gaudens religasse lacertam,

Quæ suspensa manu mobile ludit opus.

OCTOBER.

Dat pressum leporem, cumq; ipso palmite foetus

October: pingues dat tibi ruris aues.

Iam Bromios spumare lacus, & musta sonare

Apparet. uino uas calet ecce nouo.

NOVEMBER.

Carbaseo post hunc artus inductus amictu

Memphidos antiquæ sacra, Deamq; colit.

A quo uix auidus sistro compefcitur anser,

Deuotusq; satis incola Memphidiis.

DECEMBER.

Annua sulcate coniecti semina terræ

Pascit hyems. pluuio de Ioue cuncta madent.

Annua nunc reuocet Saturno festa December.

Nunc tibi cum domino ludere, uerna, licet.

EORVNDEN PICTVRA.

Fulget honorificos inductus Mensis amictus

Signans Romuleis tempora Consulibus.

Rustica Bacchigenis intentans arma nouellis

Hic meruit Februi mensis habere Dei.

Martius in campis ludens simulacra duelli

Dæcit Cinyphij lactea dona gregis.

Sacra Dioneæ referens solennia matri

Lasciuus crotalis plaudit Aprilis ouans.

Maius Atlantidos gnatae dignatus honore

Expoliat pulchris florea senta rosis.

Sarguineis ornans æstiuæ prandia moris

*cum iecit

*popellis
*nomen
*campo

*ornas

Q 3

Iunius huic nomen fausta iuuenta dedit.
 Quintilis mensis Cereali germine gaudens
 Iulius a magno Casare nomen habet.
 Augustum penitus torret Phaetontius ardor.
 Quem recreat fessum gillo, * faula, melo.
 Aequales Libræ September digerit horas:
 Cum botruis captum rete ferens leporem.
 Conterit October lasciuus calcibus uuas.
 Et spumant pleno dulcia musta lacu.
 Arua Nouember arans, foecundo * nomine bestiae
 * Cum terit, & sentit pinguis oliua molas.
 Pigra suum cunctis commendat Bruma Decembrem,
 Cum solers famulis tessera iungit heros.

* numine
 Veste
 * conterit

FRAGMENTVM P. TER. VARRONIS
 ATACINI, EX CHORO-
 GRAPHIA.

Vidit & aethero mundum torquerier axe,
 Et septem aeternis sonitum dare uocibus orbes
 Nitentes aliis alios: quæ maxima Diuis
 Latitia stat: tum longe gratissima Phœbi
 Dextera, consimiles meditatatur reddere uoces.
 At quinque aetheris zonis accingitur Orbis.
 Ac uastant imas hyemes, mediamque calores.
 Sic terræ extremas inter, mediamque coluntur.
 Qua Solis calido nunquam rota serueat igne.
 Ergo inter Solis stationem, ac sidera septem
 Exporrecta iacet Tellus. Huic extima fluctu
 Oceani interior Neptuno cingitur ora.
 Quæ * Europa *
 Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

EIVS

EIVSDEM EX EADEM, SITVS
 VENTORVM.

Omnium Oceano Hyperion fulgurat Euro.
 Arctæo plaustris Boreas bacchatur ab Aeno:
 Hesperio Zephyro secæ Orion uoluitur Istro.
 Fuluo, acriq; Noto uaga Cynthia proruit Afro.
 QVATVOR TEMPORVM PICTVRA.
 Carpit blanda suis Ver ælium dona rosetis.
 Torrida collectis exultat frugibus Aestas.
 Indicat Autumnum * redimito palmitate uertex:
 Frigore pallet Hyems designans alite tempus.

* lego, redi-
 titus

Q. CICERONIS DE XII. SIGNIS.
 Flumina uerna ciet obscuro lumine Pisces.
 Curriculumq; Aries æquat Noctisq; diiq;
 Cornua quem comunt florum prænuincia Tauri.
 Aridaq; æstatis Gemini primordia pandunt.
 Longaq; iam minuit præclarus lumina Cancer.
 Languificusq; Leo proflat serus ore calores.
 Post modician quatiens Virgo fugat orta uaporem.
 Autumnus referat portas, æquatq; diurna
 Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
 Et foetos ramos denudat flamma Nepai.
 Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
 Bruma gelu glaciens iubare spirat Capricorni.
 Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquarij.
 Tanta supra, circaq; uigent ubi flumina Mundi
 At dextra laeuq; ciet rota fulgida Solis
 Mobile curriculum: & Lunæ simulacra feruntur.
 Squama sub æterno conspectu torta Draconis
 Emimet: hunc inter fulgentem sidera septem
 Magna quatit stellans: quam seruans serus in alta
 Conditur Oceani ripa cum luce Bootis.

Q 4

QVINQVE ZONAE, M. TER. VARRONIS.

Mundus domus est maxima rerum.

Quinq; altitonæ hanc framine zonæ

Cingunt: per quas limbus pictus

Bissex signis stellimicantibus

Alius in obliquo æthere, Luna

Bigas, Solisq; receptat.

C. IULII SOLINI POLYHISTOR
PONTICON.

Tethya marmoreo foecundam pandere Ponto,

Et salis æquorei spirantes molle cateruas:

Quæq; sub æstifluis Thetis humida continet antris

Ceptantem Venus alma foue: quæ semine Cæli

Parturiente salo, diuini germinis æstu,

Spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,

Nasceris e Pelago: placido Dea profata Mundo.

Nam quum prima foret rebus Natura profundis

In foedus connexa suum: ne staret inertis

Machina mole uacans, tibi primum candidus Aether

Astrigeram faciem nitido gemmauit Olympo.

Te foecunda sinu Tellus amplexa, resedit

Ponderibus librata suis: elementaq; uisa

Aetherias seruare uices. tu foetibus auges

Cuncta suis. totus pariter tibi parturit orbis.

Quare, Diua, precor, quoniam tua munera paruo

Ausus calle sequor, uitreo de gurgite uultus

Dextera prome pios: et lumine læta sereno

Pierias, age, pande uias: da Nerea molli

Pacatum gaudere freto: uotisq; litata

Fac saltem primas Pelagi libemus arenas.

Vos quoq; qui resonat colitis caua Tempea catu.

* * *

SVL

SULPITIAE POETRIAE ECLOGA

DE EDICTO DOMITIANI.

Musa, quibus numeris Heroas, et arma frequentas

Fabellam permitte mihi detexere paucis.

Nam tibi secessi, tecum penetrare retractans

Constitium. Quare nec carmine curro Phalæco,

Nec trimetro Iambo: nec qui pede fractus eodem

Fortiter irasci discit duce Clazomenio.

Cætera quinetiam, quot denique millia lust,

Primaq; Romanas docui contendere Gratiis,

Et salibus uariare nouis, constanter omitto.

Teq; quibus princeps, et facundissima calles,

Aggredior: precibus descende clientis, et audi.

Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum

Cogitat? an terras, et patria secula mutat?

Quasq; dedit quondam, morientibus eripit artes?

Nosq; iubet tacitos, etiam rationis egenos,

(Quid reputeamus enim? duo sunt, quibus extulit ingens

Roma caput, uirtus belli, et sapientia pacis:

Sed uirtus agitata domi, et socialibus armis)

Non aliter, primo quam cum surreximus æuo,

Glandibus, et pure rursus procurrere linse?

An reliquas terras conseruat amicus, et urbes,

Sed genus Ausonium, Remuliq; exturbat alurnos

In freta Sicaniæ, et Carthaginis exigit arces:

Cæteraq; imperia, et totum simul abstulit orbem?

Deinde uelut stadio uictor qui solus Acheo

Languet, et immota secum uirtute fatiscit:

Sic itidem Romana manus contendere postquam

Destitit, et pacem longis frenauit habenis,

Ipsa domi leges, et Grata inuenta retractans,

Omnia bellorum terra quaesita, mariq;

Q S

Præmia consilio, & molli ratione regebat.
 Stabat in iis: neq; enim poterat constare sine ipsis.
 Aut frustra uxori, mendaxq; Diespiter olim
 IMPERIVM SINE FINE DEDI dixisse probatur.
 Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
 Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluvie albus,
 Et studia, & sapiens hominum nomenq; genusq;
 Omnia abire foras, atque urbe excedere iussit.
 Quid facimus? Gratos, hominumq; reliquimus urbes,
 Vt Romana foret magis his instructa magistris.
 Nunc, Capitolino ueluti turbante Camillo,
 Lancibus, & trutina Galli fugere relictas:
 Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
 Vt ferale suos onus extirpare libellos.
 Ergo Numantinus, Libycusq; erravit in isto
 Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,
 Ceteraq; illa manus bello facunda secundo.
 Quos inter Prisci sententia dia Catonis,
 Scire duo magni fecisset: utrumne secundis,
 An magis aduersis staret Romana propago:
 Scilicet aduersis. Nam quum defendit armis
 Suadet amor patriæ, & captiua penatibus uxor:
 Conuenit ut uestis, quarum domus arce Monetæ,
 Turba rigens strictis per lutea corpora telis.
 Ast ubi apes secura rediit, oblita fauorum,
 Plebs, fraterq; una somno moriuntur obeso.
 Romulidarum igitur longa, & grauis exitium pax.
 Hæc fabella modo pausam facit, optima posthæc
 Musa uelim moneas, sine qua mihi nulla uoluptas
 Viuere, uti quondam * Smyrnalibus* peribat
 Nunc itidem migrare uelint, uel denique quiduis,
 Vt Dea, quære aliud, tantum Romana Caleno

Menid,

Menia, iucundos pariterq; aduerte Sabinos.
 Hæc ego: tum paucis Dea me dignarier infit:
 Pone metus equos cultrix mea, summa Tyranno
 Hæc instant odia, & nostro periturus honore est.
 Nam laureta Numæ, fontesq; habitamus eosdem.
 Et comite Egeria ridemus inania cæpta.
 Viue, uale: manet hunc pulchrum tua fama dolorem.
 Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.

C. PETRONII ARBITRI,
 TROIAE HALOSIS.

Iam decima moestos inter ancipites metus
 Phrygas obsidebat mestis, & uatis fides
 Calchantis atro dubia pendebat metus:
 Quum, Delio præfante, cæsi uertices
 Idæ trahuntur, scissaq; in molem cadunt
 Robora, minacem quæ * figurarent equum.
 Aperitur ingens * claustrum & obducti specus,
 Qui castra caperent, huc decenni prælio
 Irata uirtus abditur, stipant graues
 Equi recessus Danaï, * & in uoto latent.
 O patria, pulsas mille credidimus rates,
 Solumq; bello liberum, hic titulus fero
 Incisus. Hæc ad fata compositus Simon
 Firmabat, & * mendacium in damnum potens.
 Iam turba portis libera, ac bello carens:
 Iam uota properant. Fletibus manant genæ.
 Mentisq; pauidæ gaudium lacrimas habet,
 Quas metus abegit, nanq; Neptuno sacer
 Crinem solutus, omne Laocoon replet
 Clamore uulgus, mox reducta cuspide
 Vteri notauit fata: sed tardant manus.
 Letusq; resilit, & dolis addit fidem.

* figura-
 bant v.c.
 * v.c. an-
 trum

* v.c. in
 suo uoto

* v.c. men-
 dacio

Iterum

Iterum tamen confirmat inualidam manum,
 Altaq; bipenni latera pertentat. fremit
 Captiua pubes intus: & dum murmurant,
 Roborea moles spirat alieno metu.
 Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit.
 Bellumq; totum fraude ducebat noua.
 Ecce alta monstra: celsa qua Tenedos mare
 Dorso repellit, tumida consurgunt freta,
 Vndaq; resultat scissa, tranquillo minor.
 Qualis silenti nocte remorum sonus
 Longe refertur, cum premunt classes mare:
 Pulsamq; marmor abiete imposita gemit.
 Respiciamus. angues orbibus geminis ferunt
 Ad saxa fluctus: tumida quorum pectora,
 Rates ut altae, lateribus spumas agunt.
 Dat cauda sonitum. libera * ponto iube
 Consentiant luminibus. igneum iubar
 Incendit equor. sibilis undae tremunt.
 Stupere mentes. infulis stabant sacri
 Phrygioq; cultu gemina nati pignora
 Lauconte. quos repente tergoribus ligant
 Angues corusci. paruulas illi manus
 Ad ora referunt. neuter auxilio sibi,
 Vterq; fratri transtulit * pias uices.
 Morsq; ipsa miseros mutuo perdit metu.
 Accumulat ecce liberum funus parens.
 Infirmus auxiliator. inuadunt uirum
 * In morte parci: membraq; ad terram trahunt.
 Iacet sacerdos inter aras uictima,
 Terramq; plangit. Sic profanatis sacris
 Peritura Troia perdidit primum Deos.
 Iam plena Phoebe candidum extulerat iubar,

* v. c. pon-
tena

* v. c. pi-
etas. l. pie-
tas. & v-
trique.

* v. c. iam
mente passi

Minora

Minora ducens astra radiantis face:
 Quum inter sepultos Priamidas nocte, & mero,
 Danai relaxant claustra, & effundunt uiros.
 Tentant in armis se duces: ceu ubi solet
 Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
 Ceruicem, & altis quater ad excursum iugas.
 Gladios retractant. commouent orbis manu.
 Bellumq; sumunt. hic graues alius mero
 Obtruncat, & continuat in mortem ultimam
 Sonnos. ab aris alius accendit faces.
 Contraq; Troiam Troia inuocat sacra.

DE MALIS MATIANIS.

Hec poterant celeres precio tardare puellas.
 Hec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
 Nam sic ingenuo flauescunt mala colore:
 Ut superent auro uera metalla suo.

MISCELA M. TER. VARRO-
NIS. DESCRIPTIO
TEMPESTATIS.

Repente noctis circiter meridiem,
 Quum pictus aer feruidis late ignibus
 Caeli choreas astricas ostenderet:
 Nubes aquales frigido uelo leues,
 Caeli cauernas aureas subduxerant:
 Ventiq; frigido se ab axe eruperant,
 Phrenetici Septentrionum filij,
 Secum ferentes tegulas, ramos, sirus.
 At nos caduci naufragij ciconiae,
 Quorum bipennis fulminis plumas uapos
 Perussit alte, moeste in terram cecidimus.

AVIS

Et pullos peperit fritinientes.

Quos non lacte nouo leuata pascat,

Sed pan carpineo ocimo coacto,

Libamenta legens caduca uictus.

Ad quos tum uolucres uenit pusillos

Vsq; ad limina nidica esca uilis.

PVERI FORMOSI.

Ante aures nodo ex subolibus paruoli

Intorti demittuntur sex cincinnoli.

Oculi subpatuli, nigellis pupulis,

Quandam hilaritatem significantes animitus.

Quos calliblepharo naturali palpebrae

* Cincta * Tincta uallatos mobili septo tenent.

At rictus oris candidi paruissimus,

Vt refrenato risu roseo *

Sigilla in mento impressa amoris digitulo,

Vestigio demonstrant molitudinem.

Collum procerum fictum leui marmore

Regillam tunicam diffinitur purpura.

PSALTRIAE.

Phoenicia sum uoci suscitabulum,

Cantantiumq; Gallus Gallinaceus.

Qua mobilem Diuum lyram Sol harmoge

Quadam gubernans motibus dijs ueget.

Enchorda psaltica attuli psalteria,

Quibus sonant in Graecia dicteria,

Qui fabularum collocant exordia,

Vt Comici, cinctici, scenatici.

Si quis melodis naenijis ὄνυξ λύρας,

Præsepibus se retineat forensibus:

Quibus suam delectet ipse amusiam,

Et

Et auiditatem speribus lactet suis.

Valete, meq; palmulis producite.

CORONAE.

Capitis corona fascijs tiligneis

Faciem labore flatili uiridis premit.

FRAGMENTVM DE CELEBRAN-

TIBVS SACRA MAGNAE

MATRIS.

Animum meum mitto speculatum toto orbe, uti

Quid facerent homines, quom experrecti stent,

Me faceret certiozem: si quis sumeret

Me melius operam, ut eius consilio ocus

Vigiliam adminicularem nostrum, qui uidet

Alium curuantem extrema noctis tempora,

Sed nos, simulac summam in speculam peruenimus,

Videmus populum Furijs instinctum tribus,

Diuersim ferri exterritam formidine.

Auroræ ostrinum hic indutus supparum

Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit,

Luce locum afficiens. * *

* * *

Nam quæ uetustas hic adest gallantibus?

Quæ * casta ætas? quæ uestis adolescentium? * castitas

Quæ teneris species?

ALIVD FRAGMENTVM DE GEN-

TIBVS CAUCASEIS.

Humanae quandam stirpis gentem concequit

Frigus, calore, atq; humore aritudinem

Miscens * *

Dum ijs subernus cortex, aut cacumina

Morientum in quercu, & aritudine

Et exangui calore eutrescat colos.

Morta

Mortalis nemo exaudit, sed late incolens
 Scytharum inhospitalis campi vastitas.
 Leuisomna mens sonorinas imagines
 Affatur. non umbrantur somno pupule.

MISCELA PETRONII ARBITRI.
 SOMNIA.

Somnia, quæ mentes ludunt uolitantibus umbris,
 Non delubra Deum, nec ab æthere manina mittunt,
 Sed sibi quisq; facit. nam quum prostrata sopore
 Languent membra, quies, & mens sine pondere ludit.
 Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
 Qui quatit, & flammis miserandas scæuit in urbes:
 Tela uidet, uersasq; acies, & funera Regum,
 Atq; exundantes profuso sanguine campos.
 Quin causas orare solent, legesq; forumq;
 Et pavidò cernunt inclusum corde tribunal.
 Condit auarus opes, defossamq; inuenit aurum.
 Venator saltus canibus quatit. eripit undis,
 Aut premit euersam periturus nauita puppim.
 Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
 Et canis' in somnis leporis uestigia latrat.
 In noctis spatio miserorum uulnera durant.

ITEM.

Nocte soporifera ueluti quum somnia ludunt
 Errantes oculos: effossaq; protulit aurum
 In lucem tellus: uersat manus improba furtum,
 Thesurosq; rapit: sudor quoq; proluit ora,
 Candidiorq; dies secreto fauit amori,
 Et mentem timor altus habet, ne forte grauatam
 Excutiat gremium secreti conscius auri.
 Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,

Veraq;

Veraq; forma redijt: animus, quod perdidit, optat:
 Atq; in præterita se totus imagine uersat.

SAGA MULIER.

Quicquid in orbe uides, paret mihi: florida Tellus,
 Quum uolo, spissatis arefcit languida succis.
 Quum uolo, fundit aquas scopulis: atq; horrida saxa
 Niliades iaculantur aquas: mihi Pontus inertes
 Submittit fluctus: Zephyriq; tacentia ponunt
 Ante meos sua flabra pedes: mihi flumina parent,
 Hyrcanæq; Tigres: iussi seruire Dracones.
 Quid leuora loquar? Lunæ descendit imago
 Carminibus deducta meis: trepidusq; furentes
 Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
 Tantum dicta ualent. Taurorum flama quiescit
 Virgineis extincta sacris. Phœbeia Circe
 Carminibus Magicis socios mutauit Vlysi.
 Proteus esse solet, quicquid libet. His ego callens
 Artibus, Idæos frutices in gurgite sistam,
 Et rursus fluuios in summo uertice ponam.

DESCRIPTIO LOCI AMOENI.

Nobilis æstiuas platanus diffuderat umbras:
 Et bacis redimita daphne, tremulæq; cupressus:
 Et circumtonsa trepidanti uertice pinus.
 Has inter ludebat aquis ludentibus amnis
 Spumeus, & querulo uersabat rore lapillos.
 Dignus amore locus: testis siluestris Aedon,
 Atq; urbana Procne: quæ circum gramina fusæ,
 Ac molles uiolas, cantu sua rura colebant.

ITEM.

Ideo quales fudit de uertice flores
 Terra parens, quum se confesso uinxit amori
 Iuppiter, & toto concepit pectore flammæ.

R.

Emicuerunt rose, uiolæq; & molle cyperum.

Albaq; de uiridi riserunt lilia prato.

Talis humus Venerem molles clamauit in herbas.

STYMPHALIDES, ET HARPYIAE.

Tales Herculeæ Stymphalidas arte coactas

Ad cælum fugisse reor, sanieq; fluentes

Harpurias, quum furtiuo maduere ueneno

Fallaces epulæ tremuit perterritus æther

Planctibus insolitis, confusaq; regia Cæli.

EXPOSTYLATIO.

Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?

Quid nostræ meruere manus? Non Troïus hostis

Hac in classe uehit decepti pignus Atridæ.

Nec Medea furens fraterno sanguine pugnat.

Sed contemptus amor uires habet. & mihi fata

Hos inter fluctus, quis raptis euocat annis,

Cui non est mors una satis? nec uincite pontum.

Gurgitibusq; feris alios immittite fluctus.

LVSVS SOTADICVS.

Huc huc conuenite nunc Spatalocmædi:

Pede tendite: cursum addite: conuolate plantas:

Femore facili, clune agili, & manu procaces,

Molles, ueteres, Deliaci, manu recissi.

ITEM.

Ter corripui terribilem manu bipennem:

Ter languidior coliculi repente thyrso

Ferrum timui, quod trepido dabat mali usum.

Nec iam poteram, quod modo conficere lubebat.

Nanq; illa metu frigidior rigente bruma

Confugerat in uiscera, mille operta rugis.

Iam non potui supplicio caput aperire.

Sed furciferæ mortifero timore lusus

Ad

Ad uerba magis, quæ poterant nocere, fugi.

FRAGMENTVM.

Triplici uides ut ortu

Triuia rotetur ignis:

Volucrig; Phœbus axe

Totum pererret orbem.

* *

Anus recocta uino

Trementibus labellis.

* *

Memphitides puellæ

Sacris Deum paratæ.

Tinctus colore noctis

Manu puer loquaci

Aegyptius choreutes.

FRAGMENTVM.

Iam nunc ardentes Autumnus fregerat umbras,

Atq; hyemem tepidis spectabat Phœbus habenis.

Iam platanus iactare comas, iam ceperat uias

Adnumerare suas deserto palmite uitis.

Ante oculos stabat quicquid promiserat annus.

ALIVD.

Sic & membra solent auras includere uenis,

Quæ penitus mersæ, cum rursus abire laborant,

Et rigidus strictis qui regnat in ossibus horror,

Verberibus rimantur iter: nec desinit ante,

Quam tepidus laxo manauit corpore sudor.

ALIVD.

Hæc ait, & tremulo deduxit uertice canos:

Consecuitq; genas, oculis nec desuit imber.

Sed qualis rapitur per ualles improbus annis

Cum gelidæ periere niues, & languidus Auster

R 2

Non patitur glaciem resoluta uiuere terra,
Gurgite sic pleno facies manauit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

A L I V D.

Sic contra rerum naturæ munera tota
Coruus maturis frugibus ova refert.

A L I V D D E D E O R V M
V I N D I C T A.

Non solum me numen, & implacabile fatum
Persequitur. prius Inachia Tirynthius ira
Exagitatus, onus celi tulit. ante profanus
Iunonem Pelias sensit. tulit inscius arma
Laomedon. gemini satiauit numinis iram
Telephus. & regnum Neptuni cauit Vlysses.
Me quoq; per terras, per cani Nereos equor
Hellepontiaci sequitur grauis ira Priapi.

F I N I S S E C V N D I L I B R I.

INDEX TITVLORVM,

QVI IN HISCE DVOBVS

LIBRIS HABENTVR.

PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

I N viros illustres.

I De vita tranquilla.

In tenuis fortunæ homines.

Omnium rerum vicissitudo.

In exules & miseros.

Lasciuia, & amatoria.

In illustrium virorum gesta, & monumenta.

De amicis.

Munuscula, & xenia.

In luxum.

Scommatica, famosa, ludicra, ridicularia.

Elogia illustrium virorum.

De vino.

De Diis.

Poëtica, & de Poëtis.

In auaritiam & pecuniam.

Oracula, & enigmatica.

Gnomica, & didascalica.

SECUNDO LIBRO CONTINENTVR.

Astronomica.

Mensium descriptio.

Eorundem pictura.

Fragmentum ex P. Ter. Varronis Atacini Chorographia.

Ex eadem Chorographia situs uentorum.

Quatuor anni tempestatum pictura.

Q. Cicero de xij. signis.

Varronis de quinque Zonis.

C. Iulij Solini Grammatici prooemium in Polyhistorem Ponticôn.

Sulpitiae Poetriae Romanae Ecloga.

C. Petronij Arbitri Troiae halosis.

De malis Matianis.

Miscela Varronis.

Miscela Petronij.

NOMEN

NOMENCLATURA POETARVM, EX QVIBVS HAEC CATALECTA DIGESTA SVNT.

Q. Ennius.

M. Teren. Varro.

P. Teren. Varro Atacinus.

Puppius.

M. Actius Plautus Sarsinas.

C. Neuius.

M. Pacuuius.

Domitius Marsus.

C. Cesar Germanicus.

M. Tul. Cicero.

Q. Cicero.

Pub. Virgilius Maro.

Furius Bibaculus.

C. Petronius Arbitr Afranius.

C. Laberius.

Porphyrius Poeta.

Porcius Licinius.

Q. Catulus.

L. Apuleius.

Galienus Imp.

Val. Aedituus.

C. Plinius Cecilius secundus.

C. Caesar Octavianus Aug.

Laurea Tullius.

M. Val. Martialis.

ANLI 78. C. * Helvius Cinna.

P. Syrus Mimus.

L. Pomponius.

L. Manilius.

Ablabius Cos.

Iul. Florus.

Adr. Imp.

C. Iulius Caesar Dictator.

C. Silo poeta.

C. Cassius Severus Parmensis.

Val. Catullus.

A. Septimius Serenus Faliscus.

C. Volcatius Sedigitus.

Sentius augurinus.

Pollux.

Citerius Sidonius.

C. Iulius Solinus.

Sulpitia Romana Sappho.

Innominati Poetae. Quorum potior pars est in
hisce Catalectis.



IOSEPHI SCALI-

GERI IVL. CAES. FILII

AD APPENDICEM VIRGI-

LIANAM NOTAE. *Auctoris*

laminat' opus permissum

IN CULICEM P. VIR-

GILII MARONIS.



QUANQVAM hoc poematum
quo anno ætatis suæ scripserit
Virgilius, planè compertum non
habemus: tamen maiorem natu
scripsisse satis constat, quam vo-
luerit eius vitæ auctor, ignobilis Grammaticus:
qui annos tantum quindecim natum vult hoc
poematium confecisse. Cuius opinionis nostræ,
vel duo maxima argumenta: vnum, quod Sue-
tonius Tranquillus in vita Lucani, quæ adhuc
formis excusa non est, ait Lucanum inter equa-
lium suorum plausus, quum magno successu, ac
fauore poema aliquod à se cõpositum recitaf-
set, vt ostenderet, quãto iunior, quam Virgilius,
Poeticã attigisset, exultabundum dixisse: quan-
tum mihi restat ad Culicem? quum tamen quo
tempore hæc dicebat Lucanus, iam eam ætatem
transcendisset. Nam Statius:

Hæc primo iuuenis canes sub æuo

Ante annos Culicis Maroniani.

Quin & Pharsaliam ante annos Culicis Maro-
niani cecinisse ait idem Staius. Alterum est,
quod Virgilius in Culice nō excusaret stili le-
uitatem, nisi cōsciis sibi esset, maiora se aut scri-
psisse, aut scribere potuisse: vt facillē colligas nō
adeo tironem hęc scripsisse. Esto. Si verum est,
quod ait idem Grammaticus, Virgilium Octa-
uio prius ob Mathematicas, ac Medicinę, & Ve-
terinarię rei scientiam, quam ob Poeticam fa-
cultatē. notum fuisse: necesse est, vt minor xv.
annorum eas scientias omnes attigerit. quod &
putare, ridiculum est. Aut quomodo quindecim
tātum annos natus Octauio Culicem de-
dicauerit, quem iam grandior primum cogno-
uit? An dicendum est non esse Octauium eum,
qui postea Augustus dictus fuit? Nugę. Sanē
ille literator, quisquis est, satis habuit ex bonis
auctoribus Suetonio, Pædiano, Hygeno, aliis,
vitam Virgilij confarcinare, neque discrimen fa-
cere, neque, vt Lucillius ait, signare, linea alba.
Igitur quisquis es, memineris, non pueri ac ti-
ronis secundum eum Grammaticum, sed Vir-
gilij *αδρὸν καὶ τελείον* te opus legere: vt, quoties
tanti viri rationem habueris, nihil habeas quo-
que, quo studium nostrū, quod in hoc poema-
tio emaculando posuimus, reprehendas. Plus
ei vetustas, an Correctorum audacia nocuerit,
incertus sum. Vtrunque autem valde nocuisse
cognoscent certo scio, qui nostras commenta-
riunculas cum eorum Correctorum emédatio-
nibus comparabunt.

Hæc

Hæc propter culicis sunt] lego, Hæc propter cu-
licis sint carmina dicta. Hæc propter, vt Quapro-
pter. Varro:

Hæc propter omnes, qui laborant, inuocant. Sed
hæc leuia, ac minimi momēti. Illud vero, quod
sequitur, non leue.

Omnia ut historiæ] Hæc sunt perturbatissima,
καὶ ἀκόσμητα lego:

Omnia ut historiæ proludens consonet ordo
Notitiæ, ducam uocem licet. inuidus absit.

Vt omnia ordo historiæ notitiæ consonet, du-
cam uocem. Deducam uocem in re tam tenui,
& humili: vt stilus conueniat materiæ. Nam hi-
storia materia dixit, non historica, poeticè, vt:

Tempus & Arcadij memoranda referre magistri:
non Arcadici. & eodem modo Galliæ mulieres
apud Sallustiū citante Nonio, pro Gallicę more
Græcorum, qui dicunt *ἑλλᾶδος γυναῖκες*. Sic Ho-
ratijs, Metaurum flumen, Stertinium acumen.
Ducere uocem, & deducere, vt ducere filū. Per-
sistit in metaphora prima:

Atq; ut araneoli tenuem formauius orsum.

Et per illud,

— Inuidus absit, deprecatur, *καὶ ἀκόσμητα* inui-
diam, vt in sacris — Procul este profani.
Proludens habebat membrana quædam P. Pi-
thoei Iurisc. eruditiss. Ex his potes animaduer-
tere, quam inepta sit vulgaris huius loci lectio.

Famaq; feretur] lege, feratur.

Alma Chimæo Xanthi] Alma, eleganter subin-
telligitur vrbs. Sic apud Varronem:

Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes,

Crater &

Crateræ, anancæa populo nobilium Tarentinarum.
Subaudi urbium. Sic & Propertius dixit nobi-
les *Misenas*, subintelligens vrbes.

Et te mirantem Thesproto subdita regno

Proxima Misenis æquora nobilibus. Intelligit,
vt dixi, per Misenas vrbes, omnes illas, quæ in
tractu Neapolitano erant, Cumas, Baias, Puteo-
los: vt Varro per Tarentinas nobiles, vrbes tra-
ctus Tarentini, in quibus Croton, & ipsum Ta-
rentum. Propertius enim æquora vocat subdita
Thesproti regno, quæ ab Abantibus, qui prius
Thesprotiam incoluissent, deinde in magnam
Græciam emigrassent, occupata fuerunt. Nea-
polin enim, & Cumas, aliasque præterea in ea
regione vrbes condidisse nemo nescit. Quin &
Columella in Hortulo, vbi ait;

— *Cessoto litore Cumæ:* ego corrigo, *Thesproto.*
Thesprotum litus vocat, quod ab Abantibus,
qui ex Euboea insula in Thesprotiam, & ex ea,
duce columba, in magnam Græciam venissent,
occupatum fuit. Itaque & locum Columellæ e-
mendamus, & Propertio lucem adferimus, qui
immerito magnis viris negotium faceffebar. sa-
tis enim nota res est: & quæ tanta ingenia exer-
cere non debebat.

Xanthus] reposuimus ex veteribus editioni-
bus *Xanthi*. subintelligitur enim vrbs, vt supra
docuimus.

Seu nemus Asteriæ] Omnes antiquitus excusi,
itèmq; schedæ Pithoei nostri planè habet, seu
decus astriferum. Hoc est cælum. Nam Phœbus e-
tiam in cælo, vtpote qui idem sit cum sole. An
legendam

legendum: seu *specus æstriferum*. vt intelligatur
specus, quod erat Delphis, vnde æstro percita
reddebat oracula Pythiomantis. Prior conie-
ctura melior.

Castaliæq; sonans] Malo, vt præ se ferūt mem-
brana Pithoei, quanquam corrupte:

— *Seu qua Parnassa rupes*

Hinc atque hinc patula prætendit cornua fronte,

Castalia & resonans liquido pede labitur unda,

Castaliæ dixit, vt Horatius:

Mollis crepante linfa desilit pede.

Quan-
quam ambitiose dictum cauillatur *ῥόνη ἀόλη*
Aristophanes.

Et tu sancta Pales] Non solum commentitia
hæc lectio, quod à manu scripta dissentiat, sed
& ineptissima, quod nullam bonam sententiã
efficiat. Illa membrana Pithoei habebat:

Et tu sancta Pales, ad quam uentura recurrit

Agrestum bona fors cura secunda, tenes quæ

Herbiferos saltus nemorum, sylu isq; uirentes,

Te cultrice — &c.

Quid hic purius?
quid dilucidius? Inuocat Palem, ad quam ait
pertinere agrestum bonam sortem, hoc est co-
piam lactis: quia est *ουμια*, & pastoralis Dea.
Quem prouentum lactis securum ab omni cu-
ra dixit: quia sine vlla cultura, ac labore illud
percipiunt pastores: quæ contra agricolæ maxi-
mis sudoribus terrã subigant, vt ex ea percipiãt
fructus. Cura secunda Græcorum est, *γόμεσιον*
ἀγρίμιας, *ἰσπὸν ἀνιπρασον*. Aristophaneũ id pau-
lò diuersius, sed non hoc loco alienũ, *τὰς ἀπο-
δύρε ἀρεπίδαυς*. Herbiferos saltus tenere ait
quia pabulo præsidet.

Sancte

Sancte puer] Non ad ætatem referendū. Ca-
rullus.

— *Est enim iocorum*

Disertus puer, ac facetiarum.

Infra:

Et tibi sancte puer —

Te cultrice] Malle, *Te tutrice uagus esse.* Est autem Hellenismus. Et tu Pales, te tutrice. Et apud nescio quem, me Cōsule prohibui. In qua figura non infrequens est Plautus, & Gellius. Cuius ignorantia fecit, ut lectio mutaretur.

Mollia sed tenui.] Mēdosus versiculus. Ita lego:

Mollia sed tenui percurrere carmina uersu est.

Est eadem metaphora.

Atque ut araneoli tenuem formauimus orsum:
nimirum à textura. Cuius verbum est, ordiri. Græcum est ὀρδῆμα, ἢ πολύπη τῶν ἐρίων. Item, ὀρδῆμόν, χιτωνίσκος. *Percurrere carmina, ut,*
— *Percurrens pectine telas. ἰσὸν ἐποιχομένῃ.*

Et tu sancte puer] Interpolatitia lectio, & inepta. Sed schedę Pithoei bene habent:

Et tibi, sancte puer, memorabitur: Et tibi certet &c. Et tibi, inquit, memorabuntur absente illa, quæ solent dici inter pocula, nempe ea, quæ sequuntur: *Et tibi certet &c.* Eius acclamationis meminit & Ouidius:

Et bene te, bene me, patriæ pater optime, dixi.

Itémque & Tibullus ad Messalam:

Et bene Messalam sua quisque ad pocula dicat.

Nomen & absentis singula uerba sonent.

Plautus Milite:

Bene, quæso, dicatis inter uos & mihi absenti tamen.

Idem erat & *Bene uixis, aut uixeris.* Quod col-
ligo

ligo ex verbis Dionis: ἐφ' ᾧ δὴ παραχρημα πάν-
τες in vita Commodi Imp. τὸ δὴ τὸ ἐν τοῖς συμ-
ποσίοις ἐιωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβέβηκεν, Ζήσεως. Suidas
hec interpretās, τὸ Ζήσεως inquit, ὅτι τὸ τέλος
τῶν ζῶν φασὶν οἱ γραμματικοὶ. Nam quod in ma-
lam partem interpretati sint, eo spectat, quia, ut
alibi diximus, quem actores εὐφημοῦντες vole-
bant dicere mortuum, dicebant, vixit, ut Cicero
de coniuratis, *Vixerunt.* Plautus Bacchidibus:
Video nimio iam multo plus, quam uolueram.
Vixisse nimio satius est, quam uiuere. Et in Captiuis.
Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse nimio mauelim.

Gloria perpetuum lucis] Manu scripta, & anti-
quitas edita lectio, *lucens, nō lucis,* ergo repono.

Et tibi sede pia] ut tibi brachia contrahit ardens
Scorpius —

Et tibi fospes] fospitem vitam cum omni bo-
norum copia precatur. quod Græci vno verbo
elegantè πλετυρίαν dicunt.

Grati bonis lucens] Græci ποῖτα, ἀγαθῶν φλέ-
γε. Æschyl.

Igneus æthereas] Excerpta Pithoci in illa mem-
brana habebant, *etneas.* Ego lego, *oeteas.* Nam
ab oeta Oriens in Græcia.

Lurida qua.] Eadem ἐκλεγεσθαι habebant:

Humida qua patulos uelabant gramina flores.

Quam quæ mutemus, causæ profecto non est.
Intelligit enim flores, qui subinde in pratis na-
sci solent. Malle tamen *Vuida,* quam *Humida.*

Imminet in riuu] Non est dabitandum hic ma-
culas aspersas esse. Ego lego igitur:
Imminet mirigui præstanti marginis unde.

irrigui

irrigui marginis, διαρρύττε πλατῆμαδος.

Omnia luxuria precijs] pro precijs iam olim emendabamus prauis. Quam coniecturam confirmat quaedam vetus membrana, in qua pauca ex hac digressione excerpta erant. Membrana tamē Pithoei aliter habet. — Et probet illis

Omnia luxuriae precijs incognita, uitans

Quae lacerant auidas inimico pectore mentes.

Sed alteri plus tribuo.

Quae lacerant] Poëta ευμαλγέας μελεδῶνας.

Sublaqueare] Distinguendum, Sub laqueare. Laquear, est lacunar.

Vere notat] In illis schedis pro dulei & coloribus duris, & ligonibus legebatur,

Vere notat duris distincta ligonibus arua.

Viridi cum palmitate] ex altera membrana reponere

Pollentemq; sibi uiridi cum palmitate ludens

Tmolia pampineo subter coma uelat amictu. ludens à flatu venti scilicet. Varro, Capitis corona

fascijs tiligneis Faciem labore

Et nemus] eadem altera scheda:

flatili uiridis premit.

Et nemus, & foecunda palus, & uallibus intus &c. Tamen in scheda Pithoei ερετελεύτιον huius versus desinebat in — mollis Iacchus. Ut possis cognoscere non hodie primum hos errores incepisse. mollis Iacchus esset, εἴλυς ἰακχος.

Quis magis] Qui, non, quis ἀρχαϊκῶς habent, & manu scriptus codex, & antiquiores excusi. Est autem Hellenismus, magis beatior. Ad uerbum Aristophanes:

Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος; Hoc autem archaismo

archaismo utitur saepe Plautus, ut: magis maiores nugas egerit. Item,

Tum nihil inuenies magis hoc certo certius.

Huc imminet] Nō deterius erat in prisca membrana:

— Huc mittit, & omnes

Dirigit huc sensus — Persius:

Est aliquid, quo tendis, & in quod dirigis arcum.

Talibus in studiis] Hic sane praeter alia, grassata est Correctorum audacia: quod tamen sine ope veteris schedae non potuissem deprehendere. In ea enim haec dicuntur γενικῶς in illo uicē pastoralis μνησεύω, nō autem ἰδικῶς de nostro pastore, de quo factum est hoc opusculum. Totū igitur locum apponam, ne singula minima persequendo mihi molestiam, lectori fastidium pariam.

O pecudes, o Panes, & o gratissima Tempe-
Fontis Hamadryadum: quarem non diuite cultu
Aemulus Aescraeo pastor sibi quisq; poëta
Securam placido traduxit pectore uitam
Dulcibus in studiis, baculo dum nixus apricas
Latus agit curas: & dum non arte canora
Compacta solidum modulatur arundine carmen,
Quem circa fessae passim cubuere capellae.

Hic * superat gelidis manans e fontibus unda,
Quae leuibus placidum riuus sonet orta liquorem.
At uolucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per uarios edunt resonantia cantus.
Hinc illi geminas auium uox obstrepit aures.
Hinc querulas referunt uoces, quae nantia limo
Corpora linfa fouet. sonitus alit aeris Echo.

* superet

S

Argutis & culta fremunt ardore cicadis.
 Seu libet ad fontem densa requiescere in umbra
 Excelsis supra dumis: quos leniter afflans
 Aura susurrantis possit confundere uenti:
 Anxius instidjs nullis, & lentus in herbis
 Concipit hic mitem proiectus membra soporem,
 Tendit ut euectus radios Hyperionis ardor,
 Lucidaq; aethereo ponit discrimina mundo,
 Et iacit Oceanum flammam in utrunq; rapaces.
 Et iam compellente &c.

In his ergo ordini suo restituendis multum adiuti sumus illa scheda, quæ ita eo ordine disposita hæc habebat. Ut possis agnoscere quanta audacia hæc immutarat Correctores isti, quum ea non solum Pastori huic attribueret, quæ Virgilius in genere omni vitam rusticam colenti: sed & ut ita accommodarent, omnem ordinem peruerterunt. Est autem tanti momenti hic locus, ut non solum propter luculentam sententiam suauissima digressionem explicatam commendari debeat, sed & quam propter hæc insignem restitutionem nostram diligenti lectori considerare, & perpendere opus sit. Vbi etiam retraximus e fuga versiculū, qui ab omnibus editionibus aberat.

Seu libet ad fontem densa requiescere in umbra.
 Nunc ad reliqua.

Compacta solidum] solidum carmen, nulla ægritudine contaminatum, nullis superuenientibus curis interpellatum.

Tendit ineuectus Idem verbum & infra: *iret ineuectus calum super* — Qui sane locus ansam
 hunc

hunc corrumpendi audacibus hominibus dedit. Nam veteres editiones habent, *Tendit & euectus*, unde, ita postulante sententia, fecimus, *Tendit ut euectus*.

Repetebant ad uada] ἀρχαίως, ut Plautus: *uisere ad aliquem*, mallet tamen — *repebant ad uada*. Quod Syracusanum est. Nam ἐπὶ τῶν Συρακούσων, & Tarentini pro ire ponunt: ita semper usurpat Theocritus. Alioquin caprarum est *reperere*, ut supra — *desertæ repebant ad caua rupis*.

Luco residere uirenti] cogebat pecudes in umbras residere luco uirenti. Ita Horatius,

Descende Torquato iubente

Promere languidiora uina. ἐπιβουλεύουσιν.

— *quo quondam uicta*] Hæc omnia cōfusa, & corrupta puto. Nam & ordo perturbatus, & macula inoleuerunt. Quare ita lego:

— *quo quondam uicta furore*

Venit Nyctilei, fugiens Cadmeis Agaue

Posterius pœnam natis e morte futuram.

Nam sane Agaue non fugiebat Nyctileū, quem nō offenderat, cum eius ministra esset. Imo melius celsisset ei, si fugisset. Nō enim eius nimius cultus iactura nati illi constitisset. Imo hoc vult poëta, in eum lucum, in quem Agaue uicta furore Bacchi, metuens pœnam, hoc est ἀγος, quod imminabat eius posteritati propter interfectum Pentheum, confugerat, compulisse pastorem pecudes suas.

Posterius pœnam] Correximus ergo:

Posterius pœnam natis e morte futuram. Pœnam futuram posterius natis e morte Penthei. ἀγος

illud, quod totam posteritatem persequitur, donec expiatum esset, ex veteri superstitione veterum intelligit. Sic Horatius.

Negligis immeritis nocturam

Postmodo te natis fraudem committere. Nihil enim aliud, quam *ἄγος* illud intelligit. ubi & *postmodo natis* dixit, ut hic Virgilius *Posterior natis*. Theognis fere, ut Horatius:

*ἀλλ' ὅ μ' αὐτίς τίσε κακὸν χέρος. ὅς ᾗ φίλιστα
ἄτλω ἐξοπίσω παροῖν ἐπεκρέμασεν.*

Inde *ἐναγείς* dicuntur piaculo nexi, οἱ νεμεσιτόντι παρόντες.

Quantum te Peneu] Quia paulo ante dixerat, tantum non Orpheus, putarunt hic *ἀντιποδοτικὸν* deesse. Ita hic *Quantum* posuerunt. Atquin legendum: *Non tam te Peneu*. Comparat amœnitatem illius loci cū eo, in quo Orpheus cecinit, item cū eo, in quo nuptiæ Pelei, & Theridis celebratæ sunt: in quo describendo imitatur Catullū, qui eas nuptias egregio carmine celebrat: adeo, ut & in arboribus describendis eiusdem vestigiis semper insistat. Totus autem versus ita legendus est:

Non tam te, Peneu, remorata est dia chorea.
Nam eam choreā describit luculente Catullus.
Aeriæ platani] reponendū ex veteribus excusis,
Aeriæ platanus sic infra: *umbrosæ fagus. ἀρχαῖσμός,*
impia Lotos] *Impia*, eadem figura Horatio:

Impiæ (nam quid potuere maius?)

Impiæ. duro potuere sponso,

Perdere ferro. Et Catullo:

Ignaro mater substernens se impia nato,

Impia

Impia non uerita est diuos scelerare Penates.

Alludit autem ad metamorphosin Loti, quam ex x i. Geoponicon petas licet. Porro omnes hæ descriptiones, quantum nil aliud sunt, quam *καίπερ*, tamē meliorem partem poematis occuparunt, ut materiæ ipsius præcipuè minima hic pars sit. Nam in Catullo totum fere tempus in descriptione puluinaris, Ariadnæ cōquestione, & Parcarum carmine conteritur: nuptiarum vero ipsarum minima ratio. Hic vero circa laudes vitæ rusticæ, pastorum bona, arborum descriptiones, inferiorum argumenta multum fatagitur: de Culice vero, quantum dici potuit, tantum dicitur, hoc est minimum. In pictura enim tam tenui, nisi parerga adhibueris, quid dignum oculis proponi potest?

Perfidie lamenta] vetus editio: *Perfida lamentandi mala.* Corrigo: *Perfida lamentanda diu mala* — *Perfidum malum*, hoc est perfidia. ut *solstitialis dies*, solstitium Ciceroni reliquit illi lamentanda mala, quæ sæpe lacrymet. Nam eius gummi, lacryma.
Perfida multis] lego — *perfide multis*,

Perfide Demophoon & nunc defende puellam.

Perfide multis, non solum mihi, sed & multis puellis. Propertius:

Perfide, nec cuiquam melior sperande puellæ.

Et repetitio illa amœna. Catullus:

Siccine me patris abductam, perfide, ab oris

Perfide deserto liquisti in litore, Theseu.

Fatalia carmina] fatidicæ quercus, *μαντῶδες*. Nā in Dodona reddebant oraculum.

Proceras decorat] lego:

S 3

Proceras decorans silvas hirsuta per artus.

Hirsuta per artus] Ouidius *Metamorph.* x i.

— *Hirsutaq; uertice pinus.*

Contingere montibus] Non damno. tamen mallem motibus. ὀρέγεται ἀΐρων. Intelligit quod poëta dicunt βλωθρόν.

Et lata cupressus] leta esset ἀμφιλαφής, quę tamen habeat γλιχρά folia, ut vocat Theophrast. & ut res ipsa docet, leta esse, & ἀμφιλαφής non potest. Quare puto legendum *lenta*. Lentum est Gręcorum ῥαδιόν, ut etiam docebamus alibi. Quinetiam id epitheton cupressu attribuit Theocritus:

αὐτὸρ ἴδιε πῶς ἀνθεύσιν ἐμὰ ῥαδιναὶ κυπρίωνοι
& ῥαδιναὶ μέλη, *lenta membra*, quę etiam cerea vocauit Horatius. Non omittam coniecturam optimi, & eruditissimi amici nostri Oberti Gifanij, qui legit, *lethea cupressus*. Nam funebris arbor.

Quis aderat veteris Myrtus] Non est, quod putat bonus Domitius. Sed alluditur ad Myrti *Metamorphosin*. quā vide in x i. *Geoponicon*. Post hunc versum autem non qui statim (nam quo referendi erant, superius indicauimus) sed alij, qui multis interiectis, sequuntur, huc reiiciendi sunt.

Pastor ut ad fontes densa requietis in umbra

Securo pressos somno mandauerat artus,

Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,

Ni fors incertos iussisset dicere casus.

Nam solitam &c. Et ita perturbatissimo loco hac via facillime consulatur.

His

His suberat] *vetus scriptura: His superat.* malim, *superet*. Non erat hic locus hęc explicandi, cum in alium locum reiecerimus: sed vulgatam editionem sequimur, ut in sequentibus.

Et quanquam geminas] Repone ex veteri: *Hinc illi geminas.*

Geminas auium uox] *geminas aures*, ἀμφιδύμους αὐοὺς. Catullus:

Roseis ut hic labellis palans sonitus abit,

Geminasq; uox Deę aures noua nuncia referit.

Ita enim deprauatus locus Catulli legendus est. *Hanc querule*] Repone ex veteri scheda: *Hinc querulas.*

Quis nantia] Corrige ex veteri scriptura, *que nantia*. λιμναῖα κρητῶν τέκνα. Aristoph.

Argutis & cuncta. *Vetus scriptura culta.*

Iussisset ducere casus] lego, *iussisset dicere*. Ni fors iussisset, vel coegisset nos fateri incertas esse, & instabiles vices humanas.

Tractibus hydrę] ex veteri scriptura & editione, *tractibus iisdem.*

Pallebant aurę] Staius de serpente Nemeeo.

— *percussę calidis afflatibus aurę*

Qua tulit ora, cadunt: moriturq; ad sibila campus.

Vetus editio Tollebant, non *Pallebant*. Fortasse *squallebant*.

Squallebant aurę uehementis ad omina uisus.

Nam sine dubio *omina* non omnia legendum. *Uehementis* habent veteres editiones.

Sepius arripiens infrendere] *Infrendere*, non *infringere* habent veteres editiones. Itaque, ut alibi antotamus, *Defrensa* in veteri Glossario expo-

S 4

nitur, ἀρῆρα θειοθεΐα, quasi fracta seges. & De-
frens, ἀρῆρα, θεισμός. Catullus idem exprimit:

Abit, infremit, refringit uirgulta pede uago.

Cui cuncta paranti] lege: — quo cuncta parante.
Cuius rei extant vestigia in antiquitus excusis.
Cuncta facere, genus loquendi non vulgare in
vtraque lingua. Quod fere dicebant de irritato
conatu. Cicero v. de Finibus. *At uero facere om-
nia, ut adipiscamur, quæ secundum naturam sunt, &c.*
Martialis lepide lusit:

Omnia quum fecit, Thaida Thais olet.

Euripides Eraclidis:

μόλις ἢ πάντα δρῶντες, ἢ κ' ἀτόρ πόνων
ἐτρεφάμεθ' ἀργεῖον ἐς φυγὴν δόρυ.

Eubulus Comicus:

ἐγὼ κεχόρτασμαι μὲν, αὐτοὶ δὲ κενῶς.
ἀλλ' εἰ μὴ πλήρης, ὡς εἰ καὶ μόλις πάνυ
ἔπειθεστέμεν, ἀπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας.

Sic infra:

Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu. Hoc est,
ἀπὸ τῆς πείων ἰνὴς ὡν. Nisi sit, ὅτι πᾶν διψῆς ἰών.
Petronius apertius: *Quæ ergo dementia est, omnia
facere, ne quid e nobis relinquat sepultura?*

Monet per acumina] lego cum veteribus excusis:

Et mortem uitare monet. per culmina nanq;

*Qua diducta genas, &c. Culmina, τὰς κροτά-
φας vocat.*

Qua diducta genas] genæ hic αἱ ἐλεφαρίδες. Ennius:

Pandite sulti' genas, & corde relinquite somnum.

*Melius ergo obdebant, quam pandebant. Nam ve-
teres excusi, ponebant.*

Ac

Ac leuioris] lege, vt antiquitus excusi.

*Ac senioris erat naturæ pupula. — araneosam
cutem & senilem, hoc est rugosam intelligit.*

Tum torua tenentem lumina] Malo:

— tum torua tuentem Lumine —

*Vix compos mente refugit] reponere ex veteribus:
resurgit. compos mente, ῥηχαισμός. vt Plautus, uino
cupida. vt Ennius — studiosum robore belli.*

*Nanq; illi] Iste versus ἔπειθεστέμεν. neque in vete-
ribus excusis reperitur, & sententiæ concinni-
tati repugnat.*

*Fœdeq; petentis] lego patentis. patet ictibus, qui
nullo modo aduerfarij ictus repellit, sed recipit.*

*Omni languore remoto.] lege, somni. Vix tum pri-
mum expergiscabatur.*

*Iam quatit &] Quatit, supple flagrum. quod mu-
lionum, & aurigarum est lignum, καὶ σιθίμα,
quum profecturi sunt. Iuuenal.*

— Mota iam mulo uirga Amuit. &c. tamé malo:

Iam quatitens biuges. supra:

Et piger aurato quatitabat lumina curru.

*Effigies ad eum] Effugiem τὸ εἰδωλόν vertit. Ta-
men potuerat dicere spectrum. Sed nondum sa-
tis erat in vsu. Primus enim Catus Insuber, E-
picuri εἰδωλὰ spectra vertit. auctor Cicero. Lu-
cilius, quia eo tempore Romani, quomodo La-
tine dicerent, non habebant, Græcam vocem
vsurpauit:*

Eidola, atq; atomos uincere Epicuri uolam.

*Inquit, quid meritis] Mihi videtur melius legi
posse:*

Quis meritis, inquit, aut quæ delatus. quæ de-

S 5

latus: deferor hoc crimen, est ἀρχαϊσμός.
uerbera Pœna] Hic pœna est Furia, vt infra:

Ergo iam causam mortis me dicere iunctæ
Verberibus seuo cogunt ab iudice Pœnæ.

Sic Græce πῶνι. Scriptor nescio quis apud Suidam. πάντων ἀσεβημάτων, καὶ ἀφρονημάτων, ὧν ἐργάσαντο, παρέσθην ἀπὸ τινῶς ἐριννῶς, καὶ ποινῆς, καὶ προσροπαίης τῆς δι' ἐκείνων ἡτυχηκότων. & in Axiocho: λαμπράσιν ὀπιμότως πυρέμβουσι ποινῶν. Plutarchus: Ἐρωτικῶς καὶ ποινῆς καλέσιν αὐτὰς, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὀργιζομένας, ὅτι σωφρονέσι. In eam partem, in quam accepit Plutarchus, interpretandum apophthegma de vxore, ἢν μὲν αἰσχρὰν, ποινὴν, ἢν δὲ καλὴν, κοινὴν. Terentius Eunucho cruces vocat.

— illis crucibus, qui nos nostramq; adolescentiam

Habent despicatam — Varro Eumenidibus:

Tertia Pœnarum, Infamia,

Stans nexa in uolgi pectore. Nam prius dixerat:

Videmus populum Furijs instinctum tribus

Diuersim ferri, exterritum formidine. Ex tribus illis Furijs, ac Pœnis tertiam ponit Infamiam. Corrector ergo, quisquis fuit ille, non intellexit, Pœnæ nomine hic Furiam accipi debere. Quo factum, vt postea sequentem versum corruerit.

Flagrant latratibus] lege, flagrans. ἄπο κεινῆς, seu a quatit uerbera. & ita melius concinnitati, & lectioni consulatur.

Horrent cui colla] Sed non displicet id, quod in veteribus editionibus reperi. arant cui colla. Nā squallere, & arere pro eadē re ponebāt Veteres.

Pœnia

Pœnia sunt pietatis] Concinnius puto.

Pœnia ubi pietatis? ubi pietatis honores?

In uanas abiere uices. — Simile Catulli:

Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne est.

Pietatis honores?] Hic pietatis honos? sic nos in sceptrā reponis?

Fit pœna merenti] Corruptissima hæc sunt, & perturbatissima. Ita lego: — sit pœna merenti,

Pœna sit exitium, modo, si cui grata uoluntas,

Existat par officium — Age plectar sane, & mihi pœna pro beneficio sit, dum tamen si cui gratus animus est, is parem gratiam mihi referat: si qua est gratia, mutuis officijs me remuneretur.

Quem circa tristes] Hinc alio diuulsi sunt versus, quos ita in suas sedes postliminio restituiimus:

Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ,

Atq; alias alio densent super agmine turmas.

Terreor a tantis insistere, terreor umbris.

Nam uinctus sedet &c.

Implacabilis ira nimis] Verus editio:

Implacabilis ita iacet uiuus alitis esca. Ex quibus lego,

Implacabilibus Diuis iacet alitis esca.

At stygias reuocatus &c.

Ocia quærentem frustra.] Malo ex veteribus editionibus:

Ocia quærentes frustra sub lite puellæ

Ite, quibus tædas accendit tristis Erinnyis,

Sicui bymen præfata dedit connubia mortis:

Impietate fera cum cernam Colchida matrem

Anxia sollicitis &c.

Postre

Postrema enim de industria reponimus. *Sub lite.* nam certatim *καὶ φιλότητά μὲν αὖ* dolia implent. Facile absoluit Danaïdas, cum videat manus scelus a Medea patrari, nimirum natorum eadem.

Sicut hymen] Correximus: *sicut hymen.*

Vēcordem Colchida] Flagitiose hæc mutarunt: Nos ex veteribus editionibus, — *quum canam Colchida* &c.

Quarum uox Ilyn] Neque sententia, neque syllaba constant. neque ambę illę aues Ilyn referunt, sed Procne tantum. quanquam potuit hæc cōfundere poëta. ex vestigiis prisce editionis repono.

Quarū uox querula est. Superas quoq; Bistonius Rex

Orbus Epops moeret uolucres cunctus in auras.

Eheu mutādus] Hi versus alieni loci infessores sunt & interdicto de vi eiiciēdi. Quibus vindictis in eos agamus, postea dicemus sub finem colloquij Culicis.

Ipsa suis fatis] Nihil argutus hac lectione. quæ tamen tanquam forex indicio suo periit. Nam in obsoletis editionibus longe diuersior concepta lectio:

Hic Calcedonias Admeti cura morata est.

Næ audax nimis fuit ille, qui, quod ignorabat, id mutauit. Melius enim fuit hæc præterire, quã corrumpere. sed melius, ut puto, erit & interpretari. An opponit Chalcedonias mulieres Alcestidi, ut videatur, quomodo eius in Admetum maritum pietas insignis, sic harum nescio quod detestabile facinus in maritos suos fuisse? In historiis quidem legimus Chalcedonias mulieres, quum

quum loquerentur cum viris, dimidiã oris partem tegere solitas, quod puderet eas cōcubuisse cum peregrinis ac seruis. Videretur ergo Virgilius velle innuere, eas propter seruos, interfecisse maritos suos. quanquam Plutarchus dicit earum viros periisse in bello, quod cum Bithynis gesserant, ac cum seruis concubuisse. Ergo ita mens esset Maronis: Alcestis apud inferos caret omni cura, & pœnarum immunis est. Cuius mirum amoris exemplum in maritum omnes Chalcedonias, quibus diuersa fuit de maritis cura, remoratum est, ne in eandẽ sedem scilicet ingrediantur, quam Proserpina piis vxoribus, Alcestidi, Penelopę, & Eurydicę assignauit. læuam curam vocauit, quod, ut marito confuleret, sibi non pepercit. Si Corrector ille hac saltem modestia auctori consultum voluisset, ut quiduis potius auderet, quam ut hoc vlcus tangeret, & plus glorię apud me consequutus fuisset, & inuidię minus. Sed hoc contenti non erimus. Puramus enim sine dubio, legendum esse.

Isthic Alcyonas Admeti cura morata est. exemplum Alcestidis moratũ est Alcyonas. Hoc est, stupuerunt Alcyones exemplum simile Alcestidis in maritum. Alcyonis pietas in maritũ nota est ex fabulis. Alcyonas elegantius dixit numero plurali, pro cæteris, quæ similiter ex luctu de morte maritorum perierant. qua de re eleganter disputat Dionysius Longinus *περὶ τῶν ἰδεῶν*. Quin & puto allusum ad poema Ciceronis, cuius titulus erat, Alcyones. auctor Capitolinus in Gordianis.

Fœminicum

Fœmineum incorrupta] Priores excusi *concepta*.

Quæ vera est lectio. *Cōcepta decus*, ἀρχαϊσμός.

Et nunc manet Orpheus in te] *Lege*:

Et nunc in te manet Orpheu.

Nec moesta obtentu diro] Interpolatum ex prisca editione:

Nec moesta obtentu ditis ferrugine regna. *Lego obtenta non obtentu*. *obtenta ferrugine*.

Nec faciles Ditis] Et *Aeneid*.vj.

Nec uero hæ sine sorte datae, sine iudice sedes. *Mallem tamen*. — *nec faciles Diteo iudice sedes*. *Diteus iudex est Minos*.

ἀπρόσιτοι ἔδραι διὰ τὸν δυσπαράτητον κριτὴν, ἢ δικαίων.

Diue exorable numen] *Veteres excusi* — *diue exorable mortis*. *Ergo*:

Eurydicenq; ultro reddendam ducere non fas

Non erat in uitam diue exorable mortis. *Hæc eadem lyra potuit te vincere*, o *Proserpina*; & iam eo res redierat, vt *leges mortis non vetarēt Eurydicen in lucem reddere*.

ἐκ ἧσαν θεομοὶ λανάτε ἀπαραίτητοι, μὴ ἐκὶ πάλιν εἰς φῶς πῶς εὐρυδικῶν ἀνάγειν. Porro quam omnes *Eurydicen*, eam *Mimnermus* vocat *Agriopen*.

Corrupt munera] *Repono ex antiquitus excusis*.

Corrupt limina. *Vetuerat enim Proserpina loqui intra limina, & respicere*.

Paruum si Tartara] *Melius priscae editiones, quas tamen ita interpungimus*:

Dignus amor uenia, gratum si Tartara noissent

Peccatum meminisse. *Graue: at uos &c.*

Si Tartara noissent meminisse peccatū gratum, hoc est æqui boni consulere. imo *peccatum gratum,*

tum, erit gratuitum. *Sic gratum mendacium posset quis dicere, quod nulla mercede quis, sed solo garrulitatis morbo motus mentitur*. quod *Græci dicunt* ψεύδεται γλώσσις χάριν. *Idem ergo extulit & in Georgicis*:

Quum subito incautum dementia cepit amantem

Ignoscenda quidem scirent si ignoscere Manes.

Putarem tamen melius legi posse: Peccatum minus esse. qua figura *Petronius: Quisquis inops peccat, minor est reus* — *Ita hic, quisquis in gratiam alicuius peccat, minor est reus*.

Graue] *Ita putamus distinguendum, vt sua periodo intercipiatur*. *Sic Horatius*:

Durum, sed leuius fit patientia

Quicquid corrigere est nefas.

Hic Graue, vt in Horatio, Durum. *Graue quidem, inquit: at vos pro hac iactura, vos, inquit, manet beatorum sedes*. *Orpheum & Eurydicen per apostrophen alloquitur*.

Letantur numina] *Lego munia*. id est *præfecturam Aeaci*, quam obtinet ille apud inferos. *Telamonis virtus Græcanicum est*, ἡ τελαμωνία, βίη πριάμοιο.

Huc rapuit feritas] *Quia fuit ἀγριός τις*. propterea *ipfi fauit Virtus*: sicut contra *Venus Peleo*, qui ἀπράγμων fuit, vt *uxorem Thetidem meruerit*.

Quare impudenter nimis fecit ille, qui nuper edidit: Hunc rapuit serua. & *quænam fuit illa serua? Non Hesionem putat, si sapit*. *At Aiaceum filium rapuit Tecmessa ancilla*. *Sed quam Homerus ἠνοπέλω vocat, feritatem Virgilius vertit, vt & paulo post — torua feritate repulso*.

Asidet

Aſidet hac iuuenis] quam proxime potero, ad veteris editionis veſtigia accedam:

Aſidet hac iuuenis ſociatæ gloria ſortis
Alter, in excuſu referens a nauibus ignes
Argolicis Phrygiis torua feritate refulſos.

Videre in claſſes] Antiquitus excuſi recte habent uiderit. Hectoris ira *σευφρασίωδε* more Græcorum, *μίνος ἐκτερος*. Quum Hector, o Troes, vos uiderit paratos inferre &c. Sed quum idem antiquitus excuſi habeant, Troas. puto uerius:

— *Cum Troas ſæui uis Hectoris ire*
Viderit in claſſes inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, ignes inferre paratos. — uis Hectoris, idem Helleniſmus, ἴν ἐκτερος.

Ipsa iugis] Repono ex veteribus excuſis, *Ipsa magis*. ſed totum locum apponam.

Ipsa magis nanq; Ida potens feritatis, & ipsa
Acta faces altrix cupidis præbebat alumnis.

Acta poſui, cum antiquitus excuſi habeant, Datq; est ἀκτῆ.

At procul in ſola ſecretæ Troades Acta.

Putauit & legi poſſe, *Dicta*. Nā in Troade ἰδῆ, καὶ δὲ ἰδῆ montes, ut & in Creta. Strabo. Prior coniectura magis placet. *Potens feritatis* (ita enim veteres excuſi habent) *ἀγροδ' ἐδρος*. Nam *feritas*, ut Autumnitas, oliuitas. Ergo in qua multæ feræ arbores: ut fera uitis Siſennæ. & fera oliua ἢ νότιος Statio:

Pulcreumq; fera crimem deterſit oliua.

Poteſt & ferarum altrix, *θηρόεττος*. quo nomine & *μῆτις θηρών* dicunt Poetæ.

Flamma ſuperante] Veteres illæ editiones, *flamma lacrimante*

lacrimante. Quis tam ſtolidus, ſi uera erat lectio uulgata, ut hanc mallet, quæ minus uſitata eſt? Sed ſane ſubdititium eſt τὸ *ſuperante*. Equidē eruditiffimum poetam more Græcorum *lacrimantem flammam* dixiſſe puto. Nam illi *δακρυόεσαν φλόγα, & πόλεμον δακρυόεσα*.

Fulminibus celo] Et hæc & ſequentia importuna Correctorum audacia deprauauit. Sequar veſtigia illarum obſoletarum editionum.

Fulminis ut celo uolitat fragor, editur enſe

Tegminibus, telſq; ſuper — Nam illæ habent:

Fulminibus celo ueluti fragor, editur enſe

Tegminibus, telſq; ſuper — vel potius,

Fulmineus celo ueluti fragor

— *ἀπὸ κεισῶ* editur. Imminet, inquit, enſe ſuper omnia tela, & tegmina, hoc eſt clipeos. Enſem coruſcans inter tela, & clipeos uiam perumpit. Idem xij. Aeneid.

Enſe ſequens nudo ſuperimminet. ſuperimminet, ut hic, *supereditur*. & apud Tibullum in panegyrico ad Meſſalam: — celerem ſuperedere corpus *Audet equum* — hoc & *emicat* uocauit eodem libro Virgilius: — *ſaltu*

Emicat in curru — Quid ergo faciemus iſtis monſtris Correctorum?

Eriperet reſeditus] Homericū: *νόστιμον ἡμῶν ἀπὸ ὕρα*. Hic corruptæ ſunt veteres editiones.

Hoc erat Aeacides] O immanem licetiam *εὐελπίων* iſtorum. ut iſta nobis mutarunt, ut ne Virgilius quidem ipſe agnoſcere poſſit. ſaltem ueterem editionem nobis reliquiſſent, quæ ita legit:

Hoc erat *Aeacides uultu letatus honore.*

Dardaniæq; alter, fuso quod sanguine campis &c.
Ex quibus sane legimus, non ex animi nostri
libidine.

Hic erat *Aeacides uultus elatus honore*

Alter, Dardanio fustis quod sanguine campis

Hectoreo uictor lustravit corpore Troiam.

Nam iste alter *Aeacides*, est *Achilles*: alter de
quo iam dixit, *Ajax*. *Campis fustis sanguine* est
ὑπαλλαγή poetis frequentissima. Nam dicen-
dum potius *fuso sanguine campis*.

Alma dolis] *Repone, Alta dolis*. Allusum ad *Epi-*
gramma, in quo *virtus Aiakis* conqueritur:

*θυμὸν ἀχλὺ μὲν ἄλω εὐελοημένα, σ' νεκ' Ἀχαιοῖς
ἔ' δολόφρων ἀπάτα κρέατον ἐμῆ κέρριτος.*

Hinc gerit *auerfos*] *Prior*es editiones habebant:

Hinc gerit euerfos proles Laertia currus.

Quod quare mutemus? intelligo euertisse cur-
rus *Rhesi*, interfecto *Rheso* ipso. vel, si mauis
auerfos currus. *Auertit* enim, hoc est abegit ip-
sum currum cum equis, ut testatur auctor *Tragœ-*
diæ Rhesi (non enim est *Euripides*) his verbis:

— σὶ δ' ὄχημα πωλικὸν
λαβόντες ἵππων ἴεσαν φυγῆ πάδα.

Amplius Atrides] *Placet ἀρχαῖσμός* veterum edi-
tionum, *Atrida*.

Reddidit heu grauius] *Miror* istos tam *securos*
hec præteriisse, cum non intelligerent: aut ipsis
melius hæc cognita esse, quam nobis, qui hæc
non intelligimus. Non enim vacant maximo
aliquo mendo. Sed puto non solum ipsis *Cor-*
rectoribus, sed & aliis ita facile intelligi posse,
si hoc

si hoc modo legantur.

Heu reditus Graium poenas tibi, Troia, ruenti

Hellepontiacis obiturus reddidit undis. *reditus*
obiturus ἑμπερικῶς. — ἀπὸ δὲ νόσιμον ἤμαρ. *Re-*
duces Graij perituri in *undis* reddiderunt tibi
poenas. Subiicit enim:

Ille uices hominum testata est copia quondam &c.

Et ita *Proper* ius lib. *iiii.* — tu diruta fletum sup-
prime, & *Euboicos* respice, *Troia*, sinus. Sed
sine dubio de *Achille* hæc dicta sunt. quare
hinc eiiciendi sunt duo hi versus, & in superio-
ra reiiciendi, hoc est in suas pristinas sedes post-
liminio reuocandi.

Hic erat *Aeacides uultus elatus honore*

Alter, Dardanio fustis quod sanguine campis

Hectoreo uictor lustravit corpore Troiam.

Reddidit heu grauius poenas tibi, Troia, ruenti

Reddidit, Hellepontiacas obiturus ad undas.

Nihil clarius hac lectione. Nam ad *Hellepontium*
litus sepultus est. *Græci* vero non in *Helleponto*,
sed ad *Caphareos scopulos*, hoc est in mari *Eu-*
boico naufragium fecerant. *obiturus* in futuro di-
cit, quia de ipso adhuc raprante *Hectorem* lo-
quitur. *Ruentem Troiam* vocat, quæ *Hectore* per-
empto facilius captus erat. — *Ademptus Hector*

Tradidit se suis leuiora tolli

Pergama Graiis. Ait *Higenus*, quum *He-*
ctorem raptaret, *Achillem* exclamasse: *expu-*
gnauit Troiam.

Ille uices hominum] *Enumeratis sigillatim He-*
roibus, nunc in genere eorum naufragium nar-
rat: & hic incipit narratio. Locus autem hic

ita legitur in membrana excerptorum:

Illā uices hominum testata est copia quondam.

Cur aliquis propriæ fortunæ munere diues

Tendit inuectus cælum super? Vt nullam satis malam crucem istis Correctoribus imprecari possim, qui ita, ut in vulgari hodie legitur, mutarunt.

Vis Argoa] Miror hoc hominum genus, qui omnia mutare solent, adeo cæcos fuisse, ut dispicere non potuerint, quid intersit inter ἀργώα, & ἀργεία. Nam Argoa ab Argo nauis: illud ab Argiuis. Quare legendum esset Argiua. Sed veteres editiones admonent aliam fore lectionem, si earum corrupta vestigia sequamur. Habent enim:

Vis repetens Argo patriam. — ut malim sane:

Vis repetēs Argos patrium — *Vis, Copia*, ut infra.

Comes huic erat] Comes aura, ὀμπιμος ἔρος, ὀμπιμος ἀήτης. Quem ita describit Varro κοσμοτορύνη hac Coronide anapæstica.

Detis habenas animæ leni,

Dum uentus uos flamme sudo

Suauem ad patriam perducet, aliter λαμπαρὸς

ἀήτης, Candidus, Petronius;

Nequitiae classes candida uela ferunt.

Nereis ad undas] Puto legendum — *Nereides undis Signa dabant* — Nam de pluribus omnino loqui necesse est, cum subiungat

— *Pars inflexis superacta carinis.* Deinde nescio quid ὑπερβαρὸν ἐν λέξει esset. Et quare vnam potius Nereidem assignasset?

Pars inflexis] fortasse — *pars inflexis subit acta carinis;*

rimis: ut intelligat partem præire, partem subire oneri, hoc est nauis, quod Græci ἀνέχειν dicunt. Hic modo *letum*] Quare *leta* in *letum* mutarunt, cum & sententia, & veteres editiones refragentur? Copiam vocat exercitum, ut supra: *Illā uices hominum testata est copia quondā.* Varro 1 1 1. rerum humanarum: *in tres partes diuisa copia. in populos xij. Salentini dicti, quod in salo amicitia fecerint.* Citat Probus v 1. Bucolico Virgilij.

Heræaq; late] De Heræis litoribus, ad quæ perierit Ajax Oilei, adhuc nihil legi. sed neq; extare in literis puto. Si enim, qui correxit hoc, is sequutus est vestigia priscae lectionis, vereor, ne Gyræa legedum sit. γυραῖαι enim πείραι dicuntur, ad quas perit ille, quas γυρᾶς Homerus vocat. In commentariis in Lycophronem, γυραῖαι ἢ κυρῖως ἐλέγοντο αἱ πείραι, ἐν αἷς ὁ Ἄϊας ἀπώλετο. In obsoletis editionibus plane expressum est Cæica, valde diuersa lectione. an in membranis scriptum fuit æcea, pro ægea? ut subicitare, pro subigitare: inicere, pro inigere: indices, pro indiges? Nam Ægea litora legendum esse etiam Euripides docet in Ione. — πείραις

καθηρείαις ἐμβάλων, αἰγείτε.

Præda perempta] Ineptissima sane lectio. At veteres editiones recte, *præda peracta*, id est penitus auersa; & conuectata: ut sidus peractum, confectum.

Omnis Roma decus] versus, qui ab hoc nonus est; huc reiiciendus est: iure igitur tali sedes pietatis honore est. vetus editio ita habet: *iure igitur tali s. p. honores.* Ex quo nostrum correximus.

Moritura Camilli] Missas fac Correctorum nugas, & cum priscis editionibus legito:

*Hic & fama uetus nunquam moritura per æuum
Curtius, e medijs quem quondam sedibus urbis*

Deuotum bellis consumpsit gurgis inundans.

Ad verbum, *ἢ μῦθος παλαιὸς ὁ κέρτιος*. Non enim dubium, quin ea vera sit lectio. Nam famam veterem, seu Historiam vocat Curtium, quod & incertum tempus eius historię, & incerta, ac varia de eo tradebatur. Quod cognoscas ex Varrone. Est autem Græcismus, ut indicaui, *Curtius fama uetus*. Similiter loquutus est: *Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum*. vide Seruium. At quare omisit Camillum omnium optime de patria meritum? Atqui Romulum, & Numam, qui priores ordine, & memoria erant, pariter omisit.

Gurgitis haustus] Illæ veteres editiones: *gurgis in unda*. Nos *gurgis inundans*. Nam ex iis variis opinionibus de morte Curtij, sunt & quæ dicant, inundatione, dum ad hostes penetrare vult, & paludem traicere, absorptum. vide Varronem, & quæ in illum annotauimus olim: item Dionysium. Inde Curtilacus vocatus est locus ille. Dicebant enim quidam subito stagnasse locum, & ubi in undam coniecisset se Curtius, postea exiccatum gurgitem fuisse.

Legitimi cecidit] Legitimum Regem vocat Porphenam. Scriba enim, qui pro Rege interfectus fuit, non erat legitimus Rex, sed *ψευδοπροσέννας*.

Deuota dedit qui] Coniecit enim se tanquam in flammam, & ut Cicero loquitur, tanquam in pestem

pestem ob oculos positam, cum conflixit cum Annibale, & equo deuolutus interfectus est. Aucupatur autem argutiam ex allusione nominis, *Flammius, flammis*.

Conscelerata pia] Sane nihil mutò. Non tacebo tamen, quid de hoc loco sentio. Videtur enim melius, & commodius legi posse:

Cognita discernit scelerata piacula sede. Nam ex *cognita scelerata* videntur fecisse *Conscelerata*. Ex *piacula* autem *pia uincula*. deinde eo ordine disposita, quo hodie leguntur, ut versui consuleretur. Discernit ergo *piacula*, & reos *sedibus*. hoc est, pro ratione criminum eis suas sedes assignat: ut etiam legimus v. 1. *Æneid*. lacus viduos a lumine, *ἄλιος ἐπέος* Sophocli.

Ergo iam causam] valeant Correctorum delitamenta. Tu, si verum amas, veterem lectionem, quæ in antiquis excusis legitur, potius sequere:

*Ergo quam causam mortis, quam dicere uitæ
Verberibus seu cogunt sub iudice Poenæ,
Cum mihi tu sis causa mali, nec conscius ad sis?
Sed tolerabilis curis hæc immemor audis?*

Nam quid magis perspicuum hac lectione? quæ causam mortis, quam uitæ ex Dialogis *ἠερῶν* Luciani hac cognosces. Nam ibi Charon & de vitæ, & de mortis genere interrogat.

Sed tolerabilis] Importune nuper deprauarunt, *Nec tolerabilibus*. intolerabiles ipsi sane *Tolerabilis* hic est *ἀνεξίτητος*. Columella lib. v. 11. *Quonia* *sæpe frigorum, atq; hiemis seuitia pastorem decipit, & eas oues interimunt, quas ille tempore Autumnii ratus adhuc esse tolerabiles, non summouerat*. Nam ibi *Tole*

rabiles, sunt tolerantes hiemis. Ita *intolerabilis*
Afranio, Priuigno:

— quod si fecissem paulo sepius,

Didicisset ferre, & non esse intolerabilis. ἐν αὖ
δυσαναχρηστοῖτο. locus ille in Heautontimorume
no parum vulgo intelligitur:

— nam parentum iniuria

Vniusmodi sunt ferme paulo qui est homo tolerabilis,
Scortari crebro nolunt — Nam etiam, inquit,
si quis inter patres patientissimus, & filiorum
ingeniis equissimus est, tamē crebro illos scortari
nolit. &c. Hic ergo, tolerabilibus curis audis,
est Græcorum, ἀνεξιμάτως ἔχεις. ὅτι ταῦτ'. Dictū
autem ad exemplum Græcorum. Nam Home-

rus dixit eadem mente τλητόν. τλητόν θυμόν.
τλητόν γ' θυμόν μοῖραι θέεν ἀνθρώποισι. Sic
μυρετός θεός pro ἀνεξιμάτως Aristophanes dixit.
Cum tamen μυρετός, & tolerabilis, & τλητός
patiendi notionem habeant, non agendi. Non
ab simili forma Neuius Alcestide, intolerantibus
curis dixit.

Quæ tamen ut uanis] Iam errorem errore, vel po-
tius scelus scelere cumularunt, qui hæc muta-
runt. Vetus editio:

Et tamen in uanis demittes somnia uentis. Ego
non solum amplector hanc lectionem, quan-
quam nonnullis maculis aspersam: sed & ver-
sum, qui hinc distractus fuit, ea duce, in suas se-
des repono. Lego igitur:

Tu tamen in uanos dimittes somnia uentos,

Et mea diffusas rapiuntur dicta per auras. Nam
quæcunque Culex Pastori dicit, dormiēti & in
somnia

somnia dicit. quæ qui non animaduertunt, ve-
ram, & genuinam vocem immutarunt.

Digredior] iam tempus est versus iam longo in-
teruallo hinc vi pulsos, de quibus supra mo-
nuimus, in suas sedes reponere:

Tu tamen in uanos dimittes somnia uentos,

Et mea diffusas rapiuntur dicta per auras.

Eheu mirandus nunquam labor. auferor ultra

In diuersa magis, distantia limine certo.

Elysiam tranandus agor delatus ad undam.

Digredior nunquam rediturus. tu cole fontes,

Et uirides nemorum siluas, & pascua letus.

Dixit: & extrema &c. Piget me has cor-

rectiones aut venditare, aut commendare, quasi
excellentissimorum virorum ingeniis, aut iudi-
ciis diffidam. Ipsi considerent, & videbunt non
tam meam diligentiam, quam aliorum negli-
gentiam: qui cum omnia suspecta haberēt, hæc
interim silentio prætermiserunt.

Distantia limina cerno] Lego distantia limine certo.
inde enim nunquam exitur amplius.

Mentem æger] omnino legendum, mentem ægret.

A quo etiā ægrescere. Alioqui valde confusa
erat huius loci sententia.

Conformare locum] Capit conformare locum. Ita su-
pra locutus est: — Et in fessos requiem dare com-
parat artus. Nam ibi eodem modo comparat dare,
vt hic, capit conformare. Capere vero verbum Au-
gurum, cum locum eligebant ad effandos fines
templorum. Sic captus Augur, captus iudex,
captus arbiter. Grammatici etiam veteres nu-
gantur, qui hæc verba DE VESTALI CA-

PIENDA putant dicta ex more, & supersti-
tione veteri: quod quæ primum Vestalis facta,
capta sit in bello.

Quem circum] puto:

Quem circum lapidum leui de marmore formas

Conferit etc. formas lapidum.

Et uolæ omne genus] vel dictū ἰων πᾶν γένος, vel
ἰα παρσία. vt Aulonius:

Et duplici defensa putamine quinq; genus Nixæ.

Omne genus autem dixit, quia plura earum ge-
nera. Plinius libro xx i. Nicander vero in Geor-
gicis duo tantum, quod miror. Ex eo optimos
& luculentissimos hos verius proferemus ita,
vt olim a nobis correcti sunt.

ἀλλὰ τὰ μὲν ἀπειροὶς τὰ δὲ ἰγὺ ὠρεῶν φυτεύοις
αὐθιγὰ ἰαονίηθε. γῆν γὰρ μὲν ἰαοῖσι δόσα
ᾧχρον τε, χρυσώτε φύλω εἰς ᾧ πα ἰδέσθαι
σόντα. ἰαονιάδες Νύμφαι σέφθ' ἀγνόν ἰωνί-
ων ἰαοῖσι παθεῖσαι ἔνθ' ἐκλήροισιν ὄρεξαν.
ἦνυσε γὰρ χλοῦνι μεία δ' ἑοσυμλῆος σκυλάκειο
ἀλφειῶ ἢ λυθρον ἑδρ' ἐπ' ἰαοῖσι γήωρ. [σιν
ἑσπείρει Νύμφαισιν ἰαονιάδεσσιν ἰαοῖσι.]

Spartica myrthus] τὸ Spartica τὸ βίβει. Non enim
Sparticus a Sparta, sed Spartanus. An legēdum
Astartica, hoc est Venerea? Astarte enim Venus.
an, de quo non dubito, Parthica? Sane id confir-
mabimus ex Athenæo lib. xv. Ἀπολλόδωρος δὲ
ἐν τετάρτῳ παρθικῶν ἀνθος τι ἀγαχάφει καλέμε-
νον φιλάδελφον, κατὰ πλεῖστον παρθικὴν χώραν. ὅθεν ἔ-
ταδε φησὶ, καὶ μυρσίνης γένε' ἰαοῖσι, μίλαξ τε, καὶ τὸ
καλέμενον φιλάδελφον. In his verbis habes μυρ-
σίνην

σίνην παρθικὴν. Tamen Theophrastus in libris
ἰστορίας φησὶ ἄν' aliquem agrum Sparticū Achaia
facit, ὅθεν πλεῖστον παρθικὴν δ' ἀχαιῶν. Sed hæc in-
certa sunt:

Cilici Crocus] placet veterū editionum ἀρχαῖο-
μὸς Cilico, non Cilici.

Et roris nō auia] Hæc lectio interpolata ex qui-
busdam veteribus editionibus, nouania. Alię ve-
rustiores habent Nonacria. Puto, Nonacria turæ:

— ὅ Rores, Nonacria turæ, marini, vt apud No-
nacios Arcadia gentem vicem turis præstitisse
intelligatur. Sane propterea λιβανωτίς dicta, quia
τῆ ἰσμή λιβανωτίς. Et quemadmodum herba
Sabina priscis Romanis pro ture adolebatur,
ita etiam iustius videatur ἢ λιβανωτίς in vsu tu-
ris fuisse. Eodem modo supra dixit:

— illi Panchaia turæ,

Floribus sgrestes herbe uariantibus adsunt. Cui,
inquit, pro ture, aut vice turis sunt herbe odo-
riferæ. an legendum non annua cura. Nam non
colitur quotannis, vt vitis: sed ramo depacta
sponte inolefcit.

Chrysantus] lege Chrysanthes. Ita Nicander
Georgicis:

Πολλάκι θ' ἔλκεια καλὰ, τότε χρυσάνθος ἀμέρων.
Ederæq; nitor] vt Vitruuius: Neq; olei nitorem, neq;
uitium fructum habere potuissimus. Poëtica sunt,
τὸ πῖπρον, τὸ λίπος, τὸ γάνος. Sed & edera nitor ita
videri possit dictum, vt apud Theocritum φέ-
δος ἀγλαῖα:

ἀγλαῖαν αὐροσίο ῥόδου χείρῃσι λέγῃσθα.

Et Boccus] ἐπώνυμον βόκκου. Sed quid sit, quæramus.

Buphtal

Buphthalmus;] Nicander in Georgicis ex correctione nostra.

ἢ γὰρ ἢ λιπῆαι πῆελδες, ἢ παιδὸς ἔρωτες,
 λδουκῖα τε ἀμλίην ᾗ καὶ κρόκος ἔειμι μύων
 * κύπρος τε, σισύμβριον, ὄσα τε χ' οἶα
 ἄσπορ' ἰαμναίοισι πότῳ ἀνεβρέφατο λειμών
 κάλλεα, βροφθαλμόν τε, ἢ δῶδες διὸς αὐδο.
 Veteres excusi mendose, meo iudicio, omnes
 habent *Bumastus*.

Et *semper florida*] Iniuriose nimis mutarunt hūc locum, vbi antea legebatur — *semper florida pinus*: quum Picris etymo suo satis ostēdat, inter hos delicatissimos flores locum se habere non posse. At pinus non est arbor, quod putavit Corrector: sed *καμαίπιτος*. Eam inter flores Columella ponit. Quin si quando nos eam legimus, ea, ac suauissimo quouis alio flore latamur. Apollodorus inter *σεφανωματικά* ponit. Athenæus, *Ἀπόλλεωρος ἢ ἐν τῷ αὐτῷ θηρίων φησὶ, καμαίπιτω. οἱ ἢ ἰωνίαν, οἱ ἢ κατ' ἑυβείαν, σιδυρίτην.* Nō aliam intellexit Poëta noster I I I I. Georg.

Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis. Post:
 — *illi tilix, atq; uberrima pinus.* Qui enim putat ibi de arbore pinu intelligendum, toto caelo eum errare necesse est.

Elogium] Elogium proprie, quod Gallice *Blason* dicimus, quod tam in bonam, quam in malam partem accipiendum. Plautus Mercatore:

Meæ fiores impleantur elogiorum carbonibus.

Multi putant Græcum esse: priusque dictum *ἐμλογεῖον*. Ego vero contra putem, quemadmodum

dum plerisque nominibus Græcis Latini præpositiones suas anteponebant: ita etiam elogium ex Græca voce, & Latina præpositione conflatum: vt in prologo, & prologio, & antelugio videmus factum: quæ qui mere Græca dixerit, is magnas nugas egerit. Sic Pronus primam producit. Nam compositio est Latina: origo Græca. In antiqua enim lingua fuit *προπὸς* ἢ τὸ *προπυεῖν*. Ex quo mansit tantum in vsu *προπωπῆς*. Sic etiam Propola ex Græco *πωλεῖν*. sed præpositio Latina est, vt Prologus: producitur enim, quod non esset, si Græca est. Si enim esset *προπάλιν*, hoc est *προξενητής*, & Pararius Senecæ, vt nōnulli annotant ex Polluce: neque primam produceret, neque eam significationem haberet, quam nunc. Dicitur enim, quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: & vt Persius ait, primus tollit piper a sitiente camelo, vt prior vendat. quod manifesto innuit Lucillius.

Sicuti quum ficus primus propola recentes

Attulit, & precio ingenti dat primitu' paucos.

Nam quominus credam doctissimo viro, qui censet propalam, non propolam dicendum, facit, quod ea non est scriptura Etymologiæ, sed prauæ librariorum cōsuetudinis. Si enim, quod vnus, aut alter propala scripserit, verum esset, eam rectam esse scripturam: quidni & ego quoque contenderem propala dicendum esse, qui in optimo Glossario scriptum inuenerim, *Propula, πωλεῖν*? Deinde, quare multis partibus plures libri habent Propola, quam Propala? Quid causæ

causæ est, quæ quæ vsitatio scriptura, ea ut ve-
rior non sit? Quare ego puto Propolâ esse Græ-
cum cum Latina præpositione: quæ tamé idem
valet quod Græca *ωπό*. Nâ eadem est in *ω*, *λα-*
γος, quæ in Prologu. Sic Græci Latina voca-
bula cum Græca præpositione Latio abstulerunt,
& sua fecerunt, ut *επιτόγιον*. Sic Arabes addito
articulo suo Al, pleraque Græca ad moré suum
interpolant: ut liber Ptolemæi est *Almageste*.
est enim *α μεγίστη παραγραμματία*. Sic Alchymia,
Χυμεία & Alchymista *Χυμιστής*. Sic Almanac
Kalendarium: *μανακός*, a Luna, & mensibus. vn-
de circulus Lunaris apud Vitruvium *μανακό*.
Sic Alembic, a Græco *ἀμβίξ*, apud Dioscori-
dem. Itaque, ut dixi, eo modo Propola. Ita & de
Elogio, Nam & sunt, qui dictum putent quasi
ἐκλόγιον, hoc est, parvam Eclogam: quod om-
nia parva poemata, quæ Græci vocant *εἰδύλ-
λια*, Eclogas dicerent. Itaque & Bucolica sua
Virgilius, Horatius Epistolas, & Satyrarum poe-
mata, Aufonius vero & opuscula sua Eclogas
inscripserunt: quod nimirum breuia essent, ut
quæ excerpere solemus ex variis auctoribus in
vsum nostrum. Quod si verum erat, & elogium
hic, quasi Eclogium dixisset Virgilius: quare nõ
& eodem modo, Elogas, nec Eclogas dixisset?
Quare satis puto eorum opinionem confutaf-
se, qui Elogium, quasi Eclogium dictum censent.
Tacita quod format] Malo ex veteri editione, *fir-*
mat. Nam litera est ad subsidium Elogij. est auté
ὄξύμωρον Tacita uoce. Catullus: Nequicquam tacitum
cubile clamat.

IN

IN CIRIN P. VIRGI-
LII MARONIS.

HVius politissimi poematij auctorem esse
Virgilium, vel vna ratio vicerit, versus cre-
bro hic repetiti, qui passim in Aeneide, & in
Georgicis, atque in Bucolicis leguntur. Quod si
propterea Virgilij non est, ut dicebat amicus
noster, qui putabat Virgilium pleraque ex hoc
poemate desumpsisse, & suis operibus inseruisse:
at fidem fecerit vnus versiculus, ut *vidi, ut perij,*
ut me grauis abstulit error. Negari enim non po-
test, quin eum ex Theocrito verterit Maro, qui
omnium Romanorum primus Theocritum Lati-
ne expressit. Cõsequens ergo, ut illius versiculi
auctor secundum alios quoque versus vindi-
cias iure postulet. Scripsit autem hoc poema, cū
Megaram se contulisset, motus memoria rei,
quam locus ipse ei excitabat. Nam & Gramma-
ticus is, qui eius vitam scripsit, id propemodum
innuere videtur, quum scribit: *Quum Megaram*
vicinam Athenis oppidum uisendi gratia peteret, læquo-
rem nactus est. Ac sane videtur id supremum
Virgilij opus fuisse, tum ex illius verbis Gram-
matici, qui ait postea languorem nactum fuisse:
tum ex ipso Virgilio canente:

In quo iure meæ utinam requiescere Musas,

Et leuiter blandum liceat deponere morem.

Principio statim poematis innuit se studiis ir-
retitum philosophiæ, ac in hortulo Sophiæ, quæ
est Epicuri schola, confidètem, non posse poe-
ticæ, ut antea, operam dare. Profectus enim erat

Athenas,

Athenas, ut philosophiam Epicuri perdisceret, cuius gustum a Scirone tantum, ut nonnulli volunt, ego etiam a Catio Insubro accepisse puto: cum dicat idem Grammaticus Mediolani studuisse, quod erat natale solum Catio Epicureo. Ac sane ea gratia ipsemet petiisse Athenas hoc Epigrammatio profiteretur:

Ite hinc inanes Rhetorum manipuli, ite hinc &c.

Nos ad beatos uela mittimus portus,

Magni petentes docta dicta Scironis,

Vitamq; ab omni uindicauimus cura.

Quin etiam eo anno videtur Athenas ingressus, qui in Quinquatria Mineræ inciderat: ut inde videatur nactus occasionem peplum Mineræ describendi, qui Panathenaicis in pompa ferebatur. Dedicat vero Val. Messalæ, viro domi, militiæque claro: qui Augustum secutus fuerat in Orientem: cui reduci occurrit Megaris ipse Virgilius, ut scribitur in eius vita his verbis: Anno quinquagesimo secundo, ut ultimam manum Aeneidi imponeret, statuit in Græciâ, & Asiam secedere, triennioq; continuo operam limationi dare, ut in reliqua uita tantum philosophiæ uacaret. Sed quum aggressus iter Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romam reuertenti, una cum Cesare redire statuit, &c. Est autem prorsus cultissimum poematum, & quod nulli Latinorum neque nitore, neque elegantia cedat: atque adeo quod venustate sua merebat, ut minus ad nos deprauatum veniret. Non enim dici potest, quot mendis deformatum vix possit elegantia suâ dignitatem sustinere. In eo vero nihil omnino vidisse Chalderinum, appa-

ret:

ret: qui præter multa futiliter, oscitanter, otiose dicta, tandem nobili ineptia errores suos cumulauit, cum cirim interpretatus sit præconiū. Os hominis. Inter *εἰς τὴν*, & *κίρωνα* nihil interesse putauit. Sed de his satis.

Et *ἴσμεν* uario] Totum hoc præconiū perturbatum est. Apponam ita, ut & legendum, & distinguendum censeo.

Et si me uario iactatum laudis amore,

Irritaq; expertum fallacis præmia uolgi,

Cecropius suaues expirans hortulus auras,

Florentis Sophiæ uiridi complectitur umbra,

Nec mea quit Erato dignum se querere carmen:

(Longe aliud studium, atq; alios accincta labores

Altius ad magni subtendit sidera mundi,

Et placitum paucis ausa est ascendere collem)

Non tamen abstulit captum detexere munus.

Nihil est lucidius, nihil expeditius hac lectione, quam posuimus.

Expirans hortulus] Apollodorus apud Diogenem ait hortum Epicuri emptum fuisse *ὁ δὲ κίρωνα*. De eo Papinius:

— cultoq; senex Gargettius horto.

Innuit ergo se Epicuri Philosophiæ operâ dare. Num mea queret eo] Restituimus, Nec mea quit Erato, leui traiectione literarum. Nec te mouerit ratio syllabæ in Q V I T. Quam sepe enim hoc commiserint Poetæ, ostendere possem, nisi scire in re nota turpe esse abuti otio suo. Quin potius supersticio syllabæ in causa fuit ignaris hominibus, ut lectionem priscam expungerent.

Altius ad magni] Pro suspendit lego subtendit, hoc

V

est, ut alibi dicit, *affectat uiam Olympo. Subtendit, fursum tendit, ut, subiicit, fursum iacit. Quatum vere nouo viridis se subiicit alnus. Lucillius. ut ueles bonu, sub uitem qui sumicit hastas. Sumicit, pro, subiicit, ἀρχαϊκῶς.*

Ascendere collem] Propter illud — καὶ ὀρθίος οἶμος ἐπὶ αὐτήν. Nam Philosophiam suam Epicurei solam virtutem putabant, eamque celestem scientiam vocabant. Ad quod plane alludit Lucretius de Epicuro loquens:

Qui primus caelo est oculos attolere contra Ausus hoc est, quod ait poeta Graecus apud Galenum: ἀνταυγεῖν πρὸς ὄλυμπον ἀταρβήσις προσωπαῖς. Propterea dixit Virgilius hic:

Altius ad magni subtendit sidera mundi.

Nam & Epicurus ipse librum, in quo precepta sua descriperat, vocauit *διοπετῆ*, vel potius eius sectatores.

Et placidum multis] Veteres omnes editiones habent, & placitum paucis. que vera est lectio. paucis placuisse ait, quia deterriti sunt difficultate aditus, cum sit ὀρθίος οἶμος.

Quod si mirificum] Omnino & obscura & inepta lectio. Subolet ex priorib. excusis, qui hunc verum mutilum habent, legendum esse:

Quod si Maiorum, Valeri, genus omne tuorum.

Mirifice seclis modo sit proferre libido: &c.

Si esset mihi libido mandare seclis, & memoriae aeternae genus Valeriorum, ex quo Messalarum familia: non ego te acciperem hoc munere, sed longe excellentiore carmine. Mihi videtur omnino hoc voluisse Virgilium. Quanquam non

fatis

fatis confido coniecturae meae: tamen spero minimum me abesse a vera lectione, *Pangeret arce] Arcem dixit, ut supra colle. Quatuor heredes sunt, Plato, Aristoteles, Zenon, Epicurus. Ideo de re non admodum obscura memini, ne cuiquam rudiori imponeret Domirius.*

Peplo] Quod pepulum Minerue ferretur in Panathenaicis, pleni sunt Graecorum commentarij. Sed & Plautus Mercatore meminit:

Neq; nisi quinto quoq; anno posse inuisere

Urbem: atq; extemplo inde, ut spectauisset pepulum

Rursum confestim exigi scilicet a patre.

In eo, ut hic videmus, pingebantur acu, siue intexebantur Titanomachiae, & Minerue victoria in Titanas. Euripides: *ἢ παλλάδος ἐν πόλει τὰς καλλιδίφρου Αθῆνας ζεύξομαι ἄρμυτι πάλους Nimium ergo tribuerit Messalae Virgilius, qui peplo tali voluerit intexi gesta eius. Sed eo respexit, quia & strenuorum quoque Ducum Athenis gesta in peplo intexta templo Minerue imponebantur. Aristophanes ἰππεύσαι.*

εὐλογῆσαι ἐκλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι

ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἀξιοί, καὶ τὸ πέπλου.

Quare & Aristoteles librum suum, que de Heroum tumultis confecerat, Pepulum vocauit. Eum nuper edidit doctus iuuenis Gul. Cæterus, summa necessitudine mihi coniunctus.

Ut quondam exterruit amplis] Hic ἀνακόλαστος est. & proculdubio aliquod magnum monstrum alit hæc lectio. Lego:

Impis prodigijs ut quondam exercita amoris.

facile enim fuit ex o facere p, & ex r, l. prodigiis amoris, hoc est amore prodigioso. ἐν δὲ δυνόιν. τερατώδως ἐκμανούσα.

Scyllæum] σκύλλαρον ait vocatum a Græcis monstrum in saxum conuersum. Dicitur & σκυλάραρον. — nauifragum Scylacæum. σκύλλον autem, & σκύλαρα, & σκύμνον eadem origine de canino genere dicebāt. Vnde illum scopulum, quia latratus imitatur, σκύλλαν vocarunt.

Nec malus] Latet mendum in malus. nisi aliquē insigniter ineptum μυθολόγον intelligi voluit. Ego putem legendum esse Lamus. Næ quū Lestrygonum rex fuerit, potest videri pater Scyllæ. Ipse Cratæi] Sequemur vestigia prodigiōsæ lectionis.

Sive Cratæis ei mater de femine Erechthei,

Seu Lamie monstro genuit grandæua bifor mi.

Nam alij dicunt Cratæin matrem Scyllæ. Homerus — βώσπειν Κραταίων

μητέρα τῆς Σκύλλης, ἢ μιν τέκε πῆμα βροτῶσι.

alij Persean, alij Lamiam, alij Cretheida, alij Ecaten. Patrem vero pars Phorcyna monstrum marinum, vt Acusilaus apud Scholiasten Apollonij. Ἀκυσίλαος Φορκυνός, καὶ Εκάτης πῶ Σκύλλαν λέγει. Pars Crathin fluuium magnæ Græciæ. auctor Martianus Capella. Biforme monstrum, διφύες, est autem Phorcyn. Non me poenitet & eius lectionis, quam aliquando commentus sum ita:

Sive Cratæis ei mater, sive Cretheis

Sic illam monstro genuit grandæua bifor mi.

Qui vero alias, atque alias lectiones hic commenti

menti sunt, videntur mihi digna ipsa Scylla, hoc est monstrosa scribere. Mallem enim vulgatam lectionem tueri, quam sic temere aliquid immutare. Nam etiam simpliciter per grandæuam possem intelligere Hecaten. Plautus Cistellaria:

Nam si quidem ita eris, ut uolo, nunquam ætate Hecatafies. Alioqui si ex libidine nostra potius, quam ex veterum scriptis aliquid mutandum esset, libentius legerem:

Seu Luna hanc monstro genuit grandæua bifor mi.

Vt videatur Luna hanc genuisse monstro bifor mi, hoc est διφύῃ & bifor mem. Omnia monstra ἐκνοια & præter naturam Veteres e Luna demissa putabant, vt Leonem Nemeum. Lunam enim terram alteram putabant. Epimenides:

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος ἐμὲν σελάνης ἠὲ κομοιο,

ἃ δ' ἄνδρ' φρίξασ' ἀπεσεισάτω δῆρα λέοντα

ἐν Νεμέειαν ἀγροῖσ' αὐτὸν διαφύτνιαν ἦραν.

Claudian:

— Taurus medio nam sidere Lunæ

Progenitus Dictæa Iouis possederat arua.

Idem de Dianæ curru:

— currum subiere iugales,

Quos decus esse Deæ primi sub limine Cæli

Roscida foecundis concepit Luna cavernis.

Hæc opinio quæuis asperanda non est, tamen alij præferenda mihi nō videtur. Matrem enim Scyllæ Lamiam fuisse auctor est Stefichorus.

Inguinis est] Quod a pube canis tota fuerit, hoc significare eius immoderatam libidinem, qualis est in canibus, qui ἀναιδῶς coram omnibus coeunt, Itaque sæpe κύων propterea Elena di-

ἔτα & Homero, & Lycophroni.

ὅταν θρασεῖα θεράς ὀϊσθήσει κύων πρὸς λείπτρα.
 Exactis speciem] Exacta venena vocat, vt Medici
 ἀκείρη πουμετόν.

Ipsa pater] Neptunus. De qua re ita in Græcorum commentariis reperi: ἢν ᾗ ὡς φασί, πρῶτον, ἢ Σκύλλα γυνὴ εὐπρεπής, ποσειδῶνι ᾗ μιγείσας ἀμφοτέρως ζήλοτυπιάσας, καὶ φάρμακα ἐμβαλέσας τῇ πηγῇ, ἐφ' ἣ ἰώθει λέεσαι, ἀπειθηλώθη. Ouidius ait mutatam venenis Circes: sed aliam causam assignat.

Vt quum cura.] Cura sui coniugis: Scylla amafia Neptuni. more Græcorum, qui dicunt τέμον μέλημα. & in Diris:

Dum mea iucundas exponet cura querelas.

Properius:

Lyncei, tunc meã potuisti tangere curam? Sappho:

ἵνα σε, τέμον μέλημα, ἀπειπύζωμαι.

Vertere poenam] ποινήν more Græcorum debitam mercedem. an quod noluit persolvere decumas quæstus sui, quas vouerat Veneri? sed tunc melius legeretur auertere. an, quod melius est, mercedem a iuuenibus accipiebat: iuuenes ipsos excludebat? Ouidius:

Hanc multi petiere proci, quibus illa repulsi

Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis

Ibat, & elusos iuuenum narrabat amores.

Atq; animo meretrix iactata] animo ferarum iactata, hoc est plane θηρωδῶς ἐκμανεῖσθαι.

Meritorum more fuisse] Melius tu Cuiaci vir eruditissime:

Infamem tali merito rumore fuisse &c. Vulgaris vero

vero lectio vult his verbis, meritorum more, id est, quod ita se in iuuenes gessisset: quod ita de eis promerita esset. ita loquitur Attius Tereo:

Tereus indomito more, atq; animo barbaro.

Palephatia] vetustissimus scriptor Palæphatus. Extant & hodie Palæphati cuiusdam μυθολογικά. Non tamen huius nostri Palæphati esse puto. Hunc autem sequuti videntur Apollodorus, & Diodorus Siculus. Fuit & χρισματόγος τις eo nomine, vt cognoscimus ex Christodori in eum Elogio. δάφνη μὲν πολυκαμίδα παλαιάτατος ἔαρεπε μάντις Σεφάμνος. δῶκε δὲ χεῖν μαντιώδεα φωνήν. Sane Palæphatus, qui scripsit μυθικά, Stoici nomine citatur a Grammaticis Græcis.

Pachynus.] puto esse poema, seu opus μυθολογικὸν Palæphati. & verisimile est in eo multa de Sicilia fabulosis contineri: cum & Pachynus promontorium sit Sicilia, & Scylla ipsa in Sicilia. & nihil censeo mutandum. Nam alioqui Papyrus, quod hodie pro Pachynus legitur, est Iani Parrhasij commentum. Papyrus vero recte pro libro, vt Catullo: *Velim Cæcilio papyre dicas. Omnia sint potius.*] Sic infra: *omnia uel potius, quam te læsisse, putabo.* ἐλλειψισμός. πάντῃ μᾶλλον, ἢ σὲ βλάπτειν ἰομένην.

Et Scyllam] Et Scyllam non esse μίαν ἐκ τῶν πολλῶν, vt loquuntur Græci. hoc est, nō esse ignobilem. quod sæpe usurpatur a Seneca, unus ex multis. Puto tamen genuinam lectionem esse:

Atq; unam ex multis Scyllam nouisse puellis.

Quod nihil aliud est, quam: & nosse Scyllam puellam. Nam ita loquuntur Græci. Theocri-

rus in Epigrammatico:

Εἰς δὲ τῶν πολλῶν ἐμὲ συρακείων. hoc est,
εἰμὲ συρακείος.

Munere saepe] Inficiunt, κλισίαι. κλισίαν ἀγυῖας
Poetis.

Ridentia litora] Non temere dixit. Nam totus
ille tractus maris conchis abundat: ut inde etiā
lapis conchites adueheretur. Pausan. μόνους δὲ
ἐλλήνων μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης ἔτος ὅστις αἰσφισί και
ἐν τῇ πόλει πεποικίται πολλά ἐξ αὐτῶ. ἐστὶ δὲ ἄγαν
λευκός, καὶ ἄλλαι λίθαι μαλακώτερος. κογχίται δὲ αἱ θα-
λάσσιαι δὲ πάντες ἐνεῖσιν ἐν δὲ.

Deus namq; adfuit illi] Pausanias: τότε δὲ αὐτῶ (Ἀλ-
καθῶ) τειχίζοντι, ὡς φασιν οἱ μεγαρεῖς σιμωργάζει
γε Ἀπόλλων.

Saepe lapis] Ovidius:

Regia turris erat sublimibus edita muris.

In quibus auratam proles Latonia fertur

Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhestit.

Pausanias: Καὶ κιθάραν κατέθηκεν ἐπὶ τῆ λῆ-
θον. ἢν δὲ τύχη βαλάντις ψηφίδος κατὰ ταῦτα ἔτος
τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρεαθεῖα. Item Ovidius:

Saepe illuc solita est ascendere filia Nisi,

Et petere exiguo resonantia saxa lapillo.

Ibi vero petere est βάλλειν. Malo me Galatea petit.

Item barbarus scriptor Martianus:

Megaritis saxum ad ictum pulsus cuiuscunq; fiduciat.

Et Epigramma Græcum:

Τὸν με λίθον μέμνηθ' ἢ ἠχέντα, παρέρπων

Νισαίην. ὅτε γὰρ τύρσιν ἐτειχοδόμος

Ἀλκαθῶς, τότε φοῖβος ἐπεωμάδον ἤρεδοκαῖον

Ἄα, λυκωρεῖν ἐνθὲ μῦθος κιθάρα.

Ἐνθεν

Ἐνθεν ἐγὼ λυκωρεῖς. ὑποκρίσας δὲ με λέπτῃ

Χερμίδι τὴν κόμην μαρτυρίην κόμισεν.

Hospitalisq; seni.] Hic additi sunt tibicines ad ful-
ciendum versum hiantem. Sed fideiores sane
omnes antiquitus excusi, qui habent:

Hospitalisq; senis hypolydosia victo.

Ut sane magno nobis adiumento fuerit ad ve-
ram lectionem indagandam:

Hospitalis qua se Nisus Pelopeus aucto

Carpathium fugiens, et flumina Curetea

Texerat.

Videtur Virgilius sen-
tire, Nisum fretum opibus suis ultro bellum in-
tulisse Minoi, καὶ ἀρξάσθαι χειρῶν ἀδίκων. Quod
sane sequentibus confirmatur:

— hunc bello repetens Gortynius heros etc.
repetens bello, a quo lacessitus fuerat prius. Ita-
que victus Nisus coactus est castra mouere, &
propere vela dare in Atticam. Quocirca dixit,

Carpathium fugiens, et flumina Curetea.

Hoc est, Creta flumina, in qua prius venerat
lacessens bello Minoā.

Polydosia.] Mendose pro Pelopeos. Puto primum
librarium scripsisse Pelodeus: unde postea illud
monstrum lectionis conflatum est. Pelopeum
autem, nisi me fallit augurium meum, vocat,
quia Megara condita fuit ab Alcathoo Pelopis
filio. & quid impedit a Pelope genus ducere?
Hominum fidem: quam nugaciter hic arguta-
tur bonus Chaldeus. lege, & videbis.

victo.] Iam monuimus ex polydosia victo, le-
gendum — Pelopeus aucto. Hospitalis au-
tem auctum, hoc est portio hæreditaria Nisi,

V S

fuit Megara. Sophocles apud Strabonem:

Πατήρ δ' ἀπελθεῖν ὄρεσ' ἰς ἀκτὴν ἐμοὶ
 Πρεσβεῖα νείμας τ' ὄρε γῆς: τῷ δ' αὖ λύκῳ
 Τὸν ἀντίπλευρον κήπιον εὐβοίας νέμων.
 Νίσῳ ὃ τῷ ἀνόμαλον ἐξείρει χθόνα
 Σκίρωνος ἀκτῆς. τ' ὃ γῆς τὸ πρὸς νότον
 Ὁ σκληρὸς ἔτος, καὶ γίγαντες ἐκτρέφω
 Εἴληχε πάλλας. —

Qui versus hodie mendosi, & perturbati in vulgatis Strabonis codicibus circumferuntur.

Carpathium] Regnum Minois, hoc est Creta insula, ab oriente Carpathium pelagus habebat: Eo autem tempore fere totius eius tractus Minos ἐθαλασκρατῆ. Diodorus.

Et *flumina Ceratea*] lego — ἔσ *flumina Curetea*. Græce ad verbum: καρπάθιον λείπων, καὶ νάματα κερήττα. Κερήτη prius dicebatur, quæ postea per syncopen κρήτη. auctor Strabo. Domitius ait Ceratum flumen prope Cnossion. Id quidem ne nos quoque ignoramus. Sed scimus κέρατον scribi. Quare ita vitiosus, & debilis esset versus. Suspicio tamen, neque aliter mihi persuadere possum, Virgilium scripsisse:

Carpathium pelagus fugiens, ἔσ flumina Cretæ:

Candida cesaries] veteres editiones habebant:

Candida cesaries florebant tempora lauro.

Ego lego:

Candida cesaries florens interprete lauro;

Et roseus medio surgebat uertice crinis.

Nam laurum interpretem] vocat, hoc est μαν- τώδεια: Coronati autem lauro fere semper prodibant in publicum Reges. Phocas in vita Virgilij

gilij dixit interprete lauro: — facta est interprete lauro *Certa parens* —

Fulgebat.] repono ex antiquioribus, *surgebat*: ut apex enim extabant ij crines. infra:

Ecce repente uelut patrios imitatus honores

Purpuream concussit apex in uertice cristam.

Corfelle] *Lege Cecropiæ*. Cuius rei extant vestigia in veteribus editionibus. in illis enim discretim legitur *Corpsela*. ergo ita lege:

Aurea solenni comptum quem fibula ritu

Cecropiæ, tereti nec tebat dente cicadæ.

Nonnus lib. xij.

καὶ πολλὸς ἀγγέλλων προτέρῳ αὐτέχθονα φύτλιον
 χρύσεος ἀπλέκτησι κόμαις ἐσφίγλει τέρτιξ.

Habes & in proœmio Thucydidis morem hūc Atheniensium τετρίγοφορέων. Erat autem cōgestus capillorū in conum, qui mulieribus Romanis vocabatur Tutulus. Eam crinium metam τετρίγων ἐνέρεσθ, ut ait Thucydides, comprehendant, ut se αὐτέχθονας hoc argumento indicarent. Nam e terra volunt cicadas procreari. Ac in uiris quidem vocabatur κρωεύλος, καὶ κροδύλη. in mulieribus κόρυμβος, καὶ κοσύμβη. in pueris σκορπίος. Aristophanes ἰππεῦσι priscum Atheniensem τετρίγοφόρον vocat.

ὁ δ' ἐκείνος ὄραν τετρίγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι
 λαμπρός.

Legi etiam aliquādo, *Tortilis, ἔσ tereti*. Fuit & cū legerem, *Cypselæ*. Sed neutrum verum. Priorem coniecturam veram puto.

Nec uero hæc uobis] *Lege*: *Nec uero hæc uotis custodia uana fuisset*, hoc est: *Nec uero hæc frustra in*
 animo

animo conceperant, eam ita conseruare, & custodire.

Nouo concepta furore] Aut legendum, — *conrepta* : aut — *nouos concepta furores*. vt in *Culice* : *Fœmineum concepta decus* — qui est notus archaismus.

Idem tum superis] Idem paruulus Superiorum iras exercebat in mortales, vt Iunonis in Scyllam. Nam quum nescio quid perperam iurando, Iunonis iram in se prouocasset, nō diu factum est, vt quodam die, Dea ita volente, inter æquales suas in lusu pilæ, cum, vt fit, imprudens studio prouecta longius processisset, ad ipsa vsque urbis mœnia perueniret: vnde castra hostium prospiciens, Minoā cōspicata est. cuius amore deinde ic̄ta fuit. Quæ ei *ἑρκεναιος* dies, & caussa, capurque malorum extitit. Id vult accidisse Virgilius Iunonis prouidentia; cuius numen Scylla, peierando in eius templo; offenderat. Higenus non Iunone, sed Venere irata hoc Scyllæ accidisse scribit.

Iunonis magnæ] Hic est principium narrationis: & ita, ne quid te fallat, distinguendum:

*Iunonis magnæ (cuius periuria, Diuæ,
Olim se meminisse diu periura puellæ
Non ulli liceat) utolauerat inscia sedem,
— Dum sacris &c.*

Iunonis magnæ sedem inscia violauerat. Cuius puellæ periuria, o Mūsæ, nemini fas meminisse. Dixit vero cuius puellæ, vt intelligatur tunc, cū puella esset, ea periuria commisisse. Nam multo ante tempore hoc accidisse innuit.

Se

Se meminisse.] *ἀρχαϊσμός*. vt: omnes, qui sese student *ceteris prestare animantibus*: Sallustius. Frequens Plauto, Catoni, Varroni, aliis.

Periura] *periuria periura*, duriusculum. Forsan *peritura*: quia dixit nefas efferri, & diuulgari. Sed & *periuria periura* dixerit, vt Plautus *preciosum precium*, in *Epidico*.

Nec dum etiam castos] An nondum iniciatam sacris Iunonis intelligit, cuius ageretur *ἄγων* quidam *ἀγῶνας*: an nondum sacra ab antistita patrata, vt nisi patratis & confectis sacris ei pila ludere fas fuerit, intelligat? an potius nondum nupsisse intelligit? Itaque pila ludentem facit: quod tantum puellarum erat, non nuptarum. vt de *Nausicaa* legitur apud Homerum. Nam mox nupturæ pilas cum pupis, & stropholis suspendebant *Veneri*. Varro *Sesquiulylle*: *suspendit Veneri marinas pilas, reticula, ac strophia*. Quanquam & Varro de eo lusu intelligere potuit, de quo apud Ouidium:

Reticuloq; pile leues fundantur aperto.

Nec, nisi quam tollas, ulla mouenda pila est.

Marinas autem vocauit Varro, quæ non fiebant Romæ: sed aliunde deuehebantur. Sic *pastinacam marinam* Celsus dixisse puto: hoc est peregrinam. Sic *passer marinus* Plauto in *Perfa*: & *Ausonio*, *ἡ σπρβικη αὐιδος*. Alia ratione dixerunt *Ros marinus*, & *marinū mel*, *ἀφῶν ὀδύος* in *Glossario veteri*. *Transmarinas* ergo intellige, vel, vt veteres loquebantur, *permarinas*.

Aurea tam gracili] *Discinxerat* enim se, quo expeditius curreret ad excipiendam pilam. O *utnam,*

nam,

nam, inquit tecum tua vestimenta haberes, quæ poterant gradum morari. Ita enim non malam rem tibi quæsiuisses. Nam ludendo, ut diximus, prouecta est vsque ad moenia imprudens. videtur itaque in phœnomeride mansisse. quod Græci vocant *ἡ φηνομερίδα*.

Iura piasses] piaculum commisisses. piaculo te obstrinxisses.

Timuit fratri] Et, si quis credat hoc tibi euenisse propter piaculum in periurio commissum: maluit te hoc modo punire Iuno, quam si te Ioui excruciamdam tradidisset, qui solus periuria hominum, præsertim puellarum vlciscitur. Proptertus:

Non semper placidus periuria ridet amantum

Iuppiter, & surda negligit aure preces:

Vidistin' toto sonitus percurrere cælo,

Fulminaq; ætheria defluisse domo?

Non hæc Pleiades faciunt, neq; aquosus Orion.

Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.

Periuras tunc ille solet punire puellas.

Deceptus quoniam fleuit & ipse Deus.

Ex omni iniuria dicto.] Dicitum hic accipitur, ut Homero *ἔπος*, hoc est res. sic Hebræi dicunt verbum pro facto. sic Latinum *R. E. S.* Nam a *ῥῆσις*. & veteres dicebant *Reses*. quod decurratum in *Res*, ut alia.

Heu nimium tereti] *Tela tereti visu*, ut — *domus sanie, dapibusq; cruentis*. *Tela ergo tereti visu* erunt *ἄχαι*, vel *σπογγύλα ἰδέσθαι*. Sed in obsoletis editionibus legitur *Terei*, non *tereti*. Itaque posset legi, *Heu nimium Terei nimium Tirynthia uisa*.
Terei.

Terei, ut Orphei, *ὄρφου*. *Orphei Calliopea*. Quæ tela non puerilia, tametsi puer est Cupido: sed *Herculea*, ac nimium sæua expertus est *Tereus*: ut patet ex his grauisimis *Attij* poetæ versibus.

Tereus indomito more, atq; animo barbaro

Conspectus in eam, amore uacors, flammeus,

Depositus. facinus pessimum ex dementia

Confingit — Sed non possum facere, quin, ut vere legendum existimo, huic chartæ commendem. Puto igitur:

Heu nimium celeri nimium torrentia nisu.

Nam etiam in excusis manifesto legitur *nisu*. quod Græce esset, *ῥιπή, ἑολή*. sicut *torrentia*, *ταχύπτερα*.

Que simul ac uenis] ex cultissimo *Catulli* poematio: — *cuncto concepit pectore flammam.*

Funditus, atq; imis exarsit tota medullis.

Insignes enim locos eius poematis expressit *Virgilius*.

Idæum barbarico] *Nicander Alexipharmacis*:

ἢ ἄτε κερνοφόρος ζάκρος ἑωμίστρια ῥήης

ἠνάδι λησφόροισιν ἐνὶ χρίμπεσσα κελεύθους

μακρὸν ἐπεμβόα γλώσση θρόον. οἱ δὲ τρέουσι

ἰδαίης ῥιγῆλόν ὄτ' εἰσαίωσιν ἰλαγμόν.

ὡς ὁ νόον λύσση ἐσφαλῶντα ἐρυκανάαται.

Antistita] *Cor. Seuerus*: *Stabat ad antiquas Antistita numinis aras*. hoc est apud *Nicandrum*, *ζάκρος, ἑωμίστρια*. &c.

Non styrace Idæo. Tamen *Idæum*, seu *Creticum storacem* non probat *Plinius*. Est autem totus hic locus imitatus ex politissimo opere *Catulliano*: *Non tereti strophio rosas euincta papillas.*

Saua

Sæua uelut] Ita legitur hic versus in antiquitus excusis: *Sæua uelut gelidi Sithonum Bistonis oris*. ubi sane necesse est secundam *Sithonum* produci, quæ aliter breuis erat. quod Virgilium commisisse non credo. Lego igitur, *Sæua uelut gelidis Edonum Bistonis oris*. Horat. — non ego mitius Bacchabor Edonis. est autem desumptum ex eodem Catulli poemate:

Saxra ut effigies bacchatis prospicit euoe.

Cognita non teneris] hoc est consueta. mallet tamen condita. eodem modo, hoc est figura Hypallage dicuntur cõdita Sicyonia pedibus, quo Persius dixit — *inseris aures Fruge Cleanthea*. Nam potius fruges inseruntur auribus, quam frugibus aures.

Cæli speculatur amorem] Lego, *cæli speculatur ad oram*. id est, *τὴν ὠραίων*. Cum enim iam dixerit,

Sæpe etiam tristes uoluens in nocte querelas:

Consequens, ut illa diem optaret. unde fiebat, ut crebro ad oram cæli spectaret, unde dies solet existere.

Non accepta pils] omnino, sicut alia pleraque, desumptum ex Catulli Ariadna:

Non ingrata tamen frustra munuscula Diuis

Promittens, tacito suspendit uota labello.

Nulla colum] *ἀρχαιομοῦς*. Terentius: — *nullus dixeris*. Plautus:

Nam mihi quem dixit, is nullus uenit.

Novit] etiam nubit legi poterat. Suspicio enim librarium scripsisse, nuuit. Colum nubere dicunt Græci *σέφειν*. Et quæ velamina, vel vellimina,

vt vocat

vt vocat Varro, dicuntur in colu, ea *σέμμα-τα* in Oreste Euripides vocat.

Libyco] Citreo, vel lotino.

Plauduntur] *κροτούνται, παθεύονται* vt *παθεύται* ἐστὶν *τες* Sophocli, hoc est crebræ. vt contra Ralla. Apud Plinium lib. viij. crebræ papaueratæ. ubi forsitan melius legeretur paueratæ, hoc est *παθεύ-ται*, vt sint eedem, quæ Pauitentes apud Isidorum. quomodo pauera frumenta, multum trita, vt granum deglubatur. Sunt enim frumenta quedã, quæ vix e glumis suis euaginari possunt. Pauera autem a pauendo. pauire *παθεύει τὸ παθεύειν*, vt — *palmisq; misellam Depuuit me.*

— *Vbi enim pudor*] Ouidius:

Non bene conueniunt, pudor

atq; amor —

Nanq; hæc conditio] Nihil muto. Subolet tamen hanc lectionem commentitiam esse: cum in priscis editionibus ita legatur:

Nanq; hæc conditio raptori opponitur una.

Nam quæ tanta diuersitas lectionis? Ego sane putarim ita Virgilium scripsisse:

Nanq; hæc conditio ratio proponitur una.

Nam alium modum condicendi hosti, non habet. proprie proditorum est condictum. Nam iis, quibus arcem, aut urbem prodituri sunt, proprie condicere, & constituere dicuntur.

Arguto detonsum] Argutum vocat, quicquid habet *συμμετρίαν τινα*, & elegantiam: vt, *Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga*. ubi sane nugatur Seruius. Plin. lib. xxxv. *Primus symmetriam picture dedit: primus argutias uultus, elegantiam capilli.*

Dauliades (*crudele*) Non dubium est, quin legendum sit, *Dauliades gaudeite* — præsertim quum toties hoc verbum antea, & post interiecerit. Quin apices ipsi literarum recte conueniunt.

Chalcheius] Ego, hoc môstri quid sit, plane ignoro. Nam Chalcis sane non est. Quod si esset, at *χαλκίς*, quæ & *κύμινδης* Homero, inter nocturnas aues ponitur a Plinio. Quare nō posset esse Falco noster. Eū enim esse Nisum alibi demonstrabo. Sed nulla cōtrouersia legēdum *Haliæetus*. Hic enim etiam ipsi apices literarū congruunt. *Deuinctus lumina*] *deuinctus lumina*, vt Theocritus, ὄμματ' ἀπεπιδημένα μολακῶ δλεσµῶ. Posset & legi *deuictus*.

At demptæ] lege, ut *demptæ*. id est, Simulac illi demptæ vires. *Ceruleas* autē *umbras* more Græcorum, *κυανέαν ὄφθραν*. & Albinouanus ad Liuiam, *caruleam mortem*.

Nutantia sidera] vt — *nutantē pondere mundum*. Potest & legere *nictantia*. videntur enim cōniuere. Cuius rei causam reddit Aristoteles in Meteorologicis. Porro in veteribus non *culti*, sed *celi excusum* est: vt suspicer legendum esse, *Suspicit ad celsi*.

Quam simul Ogygi] Filiam tamen Eubuli cuiusdam facit Pausanias Corinthiacis: ἐν ἀργίῃ δὲ, inquit, πρὸς τὸ ὄρος τῆς παιελλεῖς διὸς ἰούσιν ἔστιν Ἀφαίας ἱερὸν, εἰς ἣν καὶ πίνδαρος ἄσμα ἀργιῶταις ἐποίησεν. φασὶ ὃ κρητες (τετρεῖς γὰρ ὄσι τὰ εἰς αὐτῶν ὄπιχώρα) καρμάνορος τῆς καθήραις ἀπόλλωνα ὄπι φόνω τῆς πύθωνος παῖδα εὐβαλον εἶναι, διὸς δὲ καὶ καίμης τῆς εὐκλέης βελτόμαρτιν γυνέσθαι.

Viridis

Viridis per viscera pallor] Sic indifferenter Latini pallorem, & virorem vsurpant, vt Græci *ὠχρὸν, καὶ χλωρόν*. Galenus.

Nec leuis hoc faceret] Lege, *Nec leuis hoc facere (neque enim pote) cura subegit*. Nec leuis cura te ad hoc faciendum adegit, vt timeres. Elegans est hic vsus verbi *facere* more Græcorum. Porro simile nescio quo modo videtur illud Sapphonis, vt citatur ab Aristotele in Rhetoricis:

αἰ δ' ἴκε σ' ἐτλῶν ἱμερῶν ἢ καλῶν,
καὶ μηδὲν ἐκῆ γλῶσσο' ἐκύκα κακῶν.
αἰσιῶς κεν ὄχι σ' εἶχον ὄμματ'
ἔλα' ἐλεγες πρὸς ἑὸν δικάσιω.

Haud fallor] Inconcinna sane lectio, & tāto Poeta indigna. Sed nihil facilius, quam veterem asserere, quæ plane ita habebat: *Haud fallor: quod te potius Rhamusia, fallar*. id est, quod potius te precor Rhamusia, vt fallar. Sic *Te neptune, pater*, eleganter subticetur, *precor*. de quo satis in Coniectaneis in Varronem.

Nec grauidos] *Grauidos foetus, γειμους*. vt, Sed grauidæ fruges, & Bacchi Malsicus humor. Cicero *grauiditates τὰς κοίσις* vocat. Ab eoq; inquit, *Luna illi minata grauiditates, & partus adferat, maturitatesq; gignendi*.

Morerere capillos.] Vetus editio *remorerere*, quod non est deterius illo.

Quod nec sicut Adrastea] *Sinit*, siuerit. Etiam frequens Plauto, vt & *sirit*. Sic Horatius edit, pro *edat*. Edit *cicutis allium nocentius*.

Ludere utriusq;] Melius, meo iudicio, *ludere illud*

tritum Comicis, ludos facere. Vtrunq; autem parentem, me, & patrem. Nam nutrix etiam mater Plauto in Mercatore: & obstetrix etiam mater. Idem Truculento.

Quod si alio] Quod si quomodocunque aliter animata amas, & non propter has causas, quas suspicata sum. Vel, vt veteres loquebatur, Quod si cum alio animo amas. Non male etiam legere possis: *Quod si alio quouis nimio iactaris amore.* Sed non dubito legere:

Quod si alio quouis animum iactaris amore.

Nam te iactari] legendum *nostra*, non *nostri*, & *Amathuntia*, non *Amathusia*, quanquam idem est. Catullus:

Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam.
Non ita auersa mea Venere de amore iudico.
Comicus aliquis licenter composuisset: *ἐχέτως εἰμι ἀπειραφρόδιστος.*

Sin concessus amor] Non est deterius, quod habent veteres editiones, *confessus amor*. Græcanicum est ὁμολογητὸς, tam qui in confesso est, quam qui esse potest. Sic *eris confessi*. Ne dubita igitur reponere *confessus*. Est autem hic ἐκλειψις ἀττικῆ. Nullum enim ἀνταποδοτικόν. vt, ἢν μὲ ἐλθωσιν, εἰ δὲ μή. &c. Aristophanes: — εἰ μὲ εἴ τις ἔστιν, εἰδὲ μή, ἡμεῖς αὐταὶ γε, καὶ τὰ δευλάεια &c. ea aliquando vitur & Plautus.

Digna atq; indigna] Digna indigna, vt Terentius, iusta iniusta me facturum. Quæ omnia παραμοιωδῶν. cuiusmodi prouerbiū non animaduersum apud interpretem Æschyli.

ἤβλε δεσποτῆδ' ἀκβε καὶ δίκαια καὶ δικά.

Quo

Quo Plautus Captiuus alludit:

Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.

Et scoria] Non puto Virgilium sordida verba, & vt Gellius loquitur, maculantia ex plebis fæce huc inferuisse, vt tam culto, ac tam nitido poematio tam sordidam verbi labem inspergeret. Præterea quis credat Virgilium modulum primæ syllabæ, quæ est in *scoria*, ignorasse? Sed profecto legendum, *scabre tabescere tali*. Varro: *ager derelinqueretur, ac periret scabre, squalēq; inluuie, inculta uastitudine*. Quam scabrem intelligat, plane innuit illo, *Non styrace Ideo &c.* Significat ergo omnem neglectum munditiarum: quemadmodū & Græcis nomine ἀλυσίας idem concipitur. Euripides Oreste:

ὡς ἠχέωσας ἴδρα μακρὰς ἀλυσίας. Quod expressit Lucillius ita: — *hic cruciatur fane, Frigore, inluuie, imbalnitie, imperfundie, incuria.*

Imbalnitie, ἀλυσία.

Tenui succincta corona] *tenui corona, σποφίω*. Nam σποφίον, & quo cingebantur, & capitis corona. Choronom etiam veteres scribebant aspirate, conscij scilicet sibi eius etymi. Nam primū veteribus σέφανος, χορωνός vocabatur ὡς τὸ τὸ χορῆς. Simonides:

φαίτος ἐλαγείτω τοῖς τωδ' ἀρησιν ἀοιδῆς, ἀν' ἀμετρῶν τέττιγες ἀπηνειφάντο χορῶνα.

Sed videamus an satis Latinum sit, *cineta in strophio, in zona*. Minime sane. Hoc ergo vnū falsi lectionem conuicerit. & profecto ita est. Nam legendum *Quæ prius in tenui steterat succincta Crocota*. Crocotam etiam hodie decurtato nomi-

X 3

ne Cotam vocamus in tota Gallia. Scyllam ergo, ita vt surrexerat e lecto, crocota tantum indutam ait. Cui metuens nutricula, ne scilicet algeret, Frigidulam iniecta circumdat veste puelam, quæ prius tantum manserat in tenui crocota. *Estoit demeuree en cotte.*

Nec mihi notorum] Ait se non amicorum amore tangi, sed quod ἀπρον, & vix credibile, hostium. Hostem enim Minoem amare. *noti sunt amici:* vt in Epitaphio Puppij poetæ Tragici:

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.

Deflectunt lumina.] Deflecti lumina iis dicebant Veteres, qui alicuius rei subito cupidi fiebant. Varro, *Nam qui ad eam sunt ingressi integris oculis, omnes sunt strabi facti. Habet enim nescio quid ἔλκυσιν* formosula provincialis uxor. Ergo strabum fieri, & deflecti oculos, idem est. Quod Græci non absimili allusione dicunt ἰλιγίσιν ὀφθαλμοῖς.

Cui Parca] Restitue ex veteribus editionibus:

Cui Parca tribuunt nullo quoque vulnere ladi.

An sentit Minoem in eo bello nullum vulnus vnquam accepisse? An, quod verum est, ἰσοεικῆς dixit? vt idem videatur concessum Minoi, quod Talo Cretensi. Qui, quod ἀπρωῆς esset, propterea a Poetis totus æneus perhibetur.

Oppugnat] Non de nihilo dixit, oppugnat. Nam & mœnia quoque oppugnabat.

Perque tuum memoris] lege *memori*. mihi *memori*, & gratæ. Aspiratio facit, ne sit hiatus. Haurire peccus est, quod sugere mammam Varro dixit: *et mammam lactis sugentem pascere puppum.* Vnde *suctum lactis idem dixit, γνάθι σεαυτόν.*

— Deniq;

— Deniq; certe

Lac fuluificum daret, & mansum:

Quo uenarum sanguine riuos

Compleret; puerat clementa

Corpora fierent: ut maiora

Paruo sacrum candida lactis.

Nos ita &

correximus, & coniunximus.

Vt me si seruare] Simile Ouidius in sua Medea dixerat.

Seruare potui: perdere an possim, rogat?

Ante hunc conspectum] Aut dixit pro, *Ante expectatum*: aut sane legendum *Ante expectatum.*

παρὰ προσδοκίαν, ἀπροσδοκίαν. I I I. Georgicon.

— *et hosti*

Ante expectatum postis stat in agmine castris.

Crudelis reddite] hoc est, o mihi nunc iterum effecte crudelis. Non tamen verum puto, sed — *crude liter addite Minos*: vt, — *et Teucris addita Iuno.* Poetæ, ἐπιπροσδοκίαν, ἐπιπροσδοκίαν. sed Seruius cum ait esse verbum antiquorum, producitq; Plauti testimonium, *Additus Ioni Argus*: vereor ne memoria lapsus sit, habueritque in mente locum ex Aulularia:

Quos si Argus seruet, qui totus oculus fuit,

Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.

O iterum nostræ] Ita lego hunc locum:

O iterum nostræ Minos inimice senectæ:

Nuper, ut ante olim natæ te propter eundem,

Ab amor insanæ luctum portauit alumnae.

Vt olim natæ meæ Britomarti luctum portauit amor propter te, sic & alumnae Scyllæ nuper propter te eundem. quanquam diuersa ratio-

X 4

ne. Nam olim amans, nūc vero amatus luctum portat puellæ. portare luctum dixit, quod Græci κῆδος ποροζενεῖν. Britomartis matrem Carmē hāc fuisse superius ex Pausania docuimus. quæ in manus Nisi peruenit bello captiua, vt ipsa met infra profitetur:

Tene ego tam longe capta, atq; euectā, nequiuī &c. Obsistam] Hęc est veterū excusorū lectio, quam mirum quot modis cruciarint Correctores isti: cum alius *ut sistam*, alius *abstistam*, alius alia monstra pro libidine confingeret. Ego vero nulla pene licentia ita lego: *Effugere obses tam exitium crudele meorum.* An non satis constat de veritate lectionis? obsidem se vocat, quæ esset ἀιχμάλωτος.

Iam iam nec nobis] Nihilo fecius huic vulnere manus intulerunt, vt illi peius esset: cum disertim excusum sit antiquitus:

Iam iam nec nobis ea, quæ senioribus, ullum Copia uiuendi uitæ genus.

Iam nec nobis copia restat viuendi vilum vitæ genus, ne ea quidem, quæ senioribus superest. Nam quid est tam desperatū quam uita senum, vt quæ propior morti sit? At ea ne nobis quidē superest. Græcum est: πᾶς βίος ἀβιώτως ἡμῖν.

Meæ spes una salutis] Ne huic quidem loco pepercerunt veteres habebant — *mei spes una sepulcri.* Dignum elegancia Virgiliana. Nam quæ vitam seniorum mortem existimet, propterea maluit dicere spes sepulcri, quam spes salutis. Notum enim & senes τυμολογεροντας vocari.

Præceps aerijs] ἐν δὲ δρυεῖν. specula de montibus, pro,

pro, specula montium: sic in Moreto: *grumos spargit sale?* Sed sine dubio legendum — *aerij specula de montis abiffes.* Sic in Bucolicis: *Præceps aerij specula de montis in altum Deserat — Vnde alij fugisse*] An, vnde alij, qui propter amoris impotentiam vellent se præcipites dare, præ altitudine saltus deterriti sunt: & abstinerūt tali temeritate. Quapropter Statius vocat temerariam Sappho, quæ non horrerit saltum Leucadis, quem non fœminæ, sed viri, ex amoris infania salire consueuerant, vt cognoscimus ex Menandro apud Strabonem, & Anacreonte ita canente:

ἀρθεῖς δ' ἢ ἢτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης

ἐς κοιλίον κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι. Nam sane de Sapphone intellexit Lælius poëta vetus: *Seseq; in alta maria præcipitem misit*

Inops, & agra sanitatis Herois. Sed nimis alte repetita explicatio. Non dubium est quin hic lateat historiæ reconditus sensus, quæ est eruditio Virgilij. Vnde alij *fugisse ferunt*: hoc est, vnde aiūt te euasisse, & inde Ἀφαίαν vocatā fuisse παρὰ τὸ ἀφεθῆναι. Nam Britomartis a Cretenfibus Dictynna vocata est, ab Æginetis Aphæa, vt ego interpretor, & vt manifeste hic canit Virgilius, quod effugerit Minois vim, παρὰ τὸ ἀφεθῆναι, vt iam dixi. Hesychius: ἀφαία, δίκτυα, ἄρτεμις. Pausanias de Britomarti: καίρειν ὃ ἀντὶ δρόμοις τε, καὶ θήραις, καὶ ἄρτεμιδι μάλιστ' ἀίλω. μίνω ὃ ἔραθεντα φεύγετα ἔρριψεν ἑαυτῷ ἐς δίκτυα ἀφεμένα ἐπ' ἰχθύων θήρα. ταύτῃ μὲ θεὸν ἐπέειπεν ἄρτεμις. σέβασι ὃ εἰ κρήτες μόνον, ἀλλὰ καὶ

ἀγνῆτας, λέγοντες φαίνεσθαι σφισιν ἐν τῇ νήσῳ πλεῖστον
βελτόμαρτιν: ἐπικλησις ἣ ἴσ' παρά τε ἀγνῆτας ἐστὶν
ἑσθαία, καὶ διήκωνα ἐν κρήτη:

Et numina Phocæ.] Lege, & nomen Aphocæ nam
eum prius scriptum esset; aphocæ per œ, ut
nullum inter α, & œ discrimen faciebant im-
periti librarij, inde factum ut ex nomen aphocæ
facile fecerint numina phocæ. Eruditio Virgi-
liana hic plane elucet. Nam quū ait, Vnde alij fu-
gisse ferunt, intelligit Æginetas: quum vero, alij
quo notior esses, intelligit Cretenses. Hi enim Di-
ctynnā, illi vero Aphocæam vocabant.

Dictynnā] Quod fugiens Minois amores ἐκ
διήκτια incidit. Cuius fabulæ auctorem facit
Strabo Callimachum. Ad eam alludit Aristoph.

διήκτια γέιν' κρᾶτιστον ἔστι μοι τὸ δίκτυον.

ἢ δέ μοι διήκτια συγκώμω ἐλοιτ' ἔδ' δικτύον.

Porro de Britomarti ita Solinus. Cretes Dianam
religiosissime uenerantur, βελτόμαρτιν gentilitèr no-
minantes: quod sermone nostro sonat uirginem dulcem.
Aedem uirginis, præterquam nudus uestigia, nullus li-
cito ingreditur. Hæc ille. Sane quod ait de etymo
nominis, ego inuenio in Glossariis Græcorum,
βελτι, τὸ γλυκὺ, ὡς κρήτες. Quod vero excalcea-
ti in eius templum intrarent, puto ob id factū,
quia nudis pedibus erat, quum fugeret Minoë.
Etiam nescio quid tale notat Varro Pseudapol-
line ἀπὸ θεῶν ἀπανθήσεως, ita: Quod in eius Dei
templa calceati introeunt. Nam in oppido, in quo est
ædes Apollinis, qui ibi ad Herculis introeunt, nemo se
excalceatur.

Hircanos] De Hircanis canibus consule Xeno-
phontem,

phontem, Gratium, Oppianum, & Olympium
Nemesianum.

Gravia, atq; indigna] indigna, ἀφρατα. Ennius, in-
dignæ turres. Virgilius ipse: — indigno quum Gal-
lus amore periret. Ergo indignum, ἀφρατα. Nam
Dignum, quod æstimari, ac monstrari poterat,
ἀφρατὸ δεικνύειν. Sic Attici τὸ ἀφρατα vocabant,
quod facile æstimari poterat. Itaque sæpe ἀφρα-
τὸ ἐὼντες ponunt. Aristophanes ἰσπεδοσι.

ἐπὶ ποτ' ἀφρατας εἶδον ἀφρατάρας. Item:

ἠδ' ἀφρατὸ τὸ ἀφρατας ἀφ' ἡμῶν ἀφρατας. i. ἐὼντες.

Quo nunc me infelix] τὸ infelix ἀφρατα, ut lo-
quuntur Grammatici Græci ἀφρατα. Senten-
tia autem eadem apud Senecam Oedipode,
— Cui reseruantur malo? Plinius videtur nomine
prouerbij simile retulisse: *Fortuna multis parcat in
pœnam.* Forsan Publij Mimi: *Fortuna multis par-
cere in pœnam solet.* Quo allusum videtur: Vna
salus miseris nullam sperare salutem.

Inscia] Hic inscia, ἀνοήτως. ut — liquitq; uola-
tile ferrum. Nescius — Plautus Captiuus:

Si quid nesciui, id nescium tradam tibi. Gellius
lib. xix. cap. i. aut repentinus nescius periculi
nuncius.

Per me mea] Legendum: — te per mea alumna.

Per me & sacra] Lege, Per te sacra precor. Cuius
nostræ correctionis vestigia apparent in veteri-
bus editionibus, *Perdere sacra.* Notissimum est
semper interponi casum personæ in obtestatio-
nibus: ut apud Euripidē — ἀφρατα σε σὺς ἡμετέρας.
Hic tamen est obtestatio ἀφρατα τὸ φασφάρα.

Per flumina] Lego per lumina. videtur enim iuramē-
tum

tum

tum Creticum, *καὶ τὰν φωσφόρον*. Etiam Atticis mulieribus familiare. Sic enim illa apud Aristophanem:

Πανῆργος εἴ νῆ πλὴν ἐκάτλω πλὴν φωσφόρον. Tamen non male legeretur. *Per te sacra precor perluminis Ithyiæ*. ut *perluminis* eo modo dictum, & formarum fit; quo pernoctis. Nihil vero mutandum cenfeo.

Ne tantum in facinus] puto legendum esse:

Ne tantum in facinus tam molli mente feraris.

Nam veteres editiones habent *tam molli*, non; *tam nulla*.

Flectere amor] Sententia est Sophoclis.

ἔρωτι μὲν γὰρ οὐδὲν ἀντίσταται

πούκτης ὅπως εἰς χεῖρας, ἢ καλῶς φρονεῖ.

Meque deosq; tibi comites] vult dicere, quod expressius Græci: *ὡς ἐμὲ σὺν θεοῖς συλληφομένης* *σι, ἔτω πικρῶ.*

Nihil est, quod texas] quod fit *ἐυθημόσυνη*. Quo nomine extat liber Hippocratis. Xenophon Oeconomico: *ἔστι γὰρ εὐδεν οὕτως ἔτε εὐχρηστον, ἔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τὰ ζῷα.*

Inuerso bibulum] Superstitio veterum, qui lucernam non extinguebant, sed per se sinebant languescere. Plutarchus. Hic vero obruitur oliuo, ne viderentur ut hominem interficere, si tantum extinguerent, sed ut saturitate opprimere. etiam vinū inuergebant, quum langueret lumen, & ex crepantis flammæ, quā mero tangebant, sonitu, omīna captabāt. Propertius: *Seu metuit tangi parca lucerna mero*. In epistola Heronis ad Leadrū:

Inter ea lumen, posito nam scribimus illo,

Stertu

Stertuit, & nobis prospera signa dedit.

Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.

Cras erimus plures, inquit: & ipsa bibit.

Incipit ad crebros.] Melius veteres editiones:

Incipit: & crebros insani pectoris ictus

Ferre manu. Hic *ferre manu*, est *κατὰ ἀνέχεσθαι*. & quod Plaut. *Casina*. contine pectus: face ventrulum amabo.

Et gelido.] Lege *Egelido*. *Egelido ueniens mani. q. a. oeta.*

Hesperium] Hesperium diem pro Hespero, quomodo Cicero brumalem diem pro bruma. eum ait odisse puellas, ut & ipsum insectantur ille apud Catullum:

Hespere, qui celo lucet crudelior ignis?

Namq; ipso uerita est] *μῆμνος.*

Componens sulph. testa] testam ad eam rem adhiberi nouimus ex Aeschilo, & eius interprete. in ea enim suffimenta componebant piatrices mulieres. In veteribus Glosis ita reperio: *Tegularia, maleficia: eo quod supra tegulas sacrificent.* Nam maleficiorum nomine, sortilegia.

Hic magno] Satis male habuerunt hunc locum in omnibus editionibus. Sed minimū omnium recedunt veteres excusi codices, qui habent:

Hinc magno generata Ioui frigidula sacra:

Prodigiosa sane oratio, sed quæ facilem viam sternat nobis ad veritatem indagandam. Nam ita docet legendum esse:

Hinc magico uenerata Ioui Stygialia sacra.

Stygialia sacra sunt, quæ Sagæ faciebāt ad pelliciendum in amorem sui quoscunque vellent.

Talia

Talia sunt illa, quæ Dido prætexit in quarto se facere velle, vt in amorem sui animum Aeneæ intractabilem pelliciat. Stygialia vero ideo vocantur, quia Ioui Stygio fiebant, vt ibidem legimus:

Sacra Ioui Stygio quæ rite incepta parauit.

De iis & Porphyrio interpres Horatij: Cocytia, inquit, sacrum Cupidinis esse dicit. quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt, ad amorem pertinere vult intelligi. Magicum ergo Iouem, & Stygium eundem intelligo: & Stygialia eadem cum Cocytiis. In iis autem sacris aut effigies cerea similis ei, quæ deuouebant, ponebatur, vt exponendum est in in illo: Effigiemq; toro locat haud ignara futuri. contra opinionem Seruij: aut laminæ in eiusdem similitudinem effictæ, quæ ipsullices, vt puto, vocantur Festo. Ipsullices, inquit, bractæ in uirilem, muliebremq; speciem expressæ. Sed Ipsullices puto legendum. Nam in veteri Glossario Ipsullices, αὐτὸ σὺλλα φύλλα, recte exponuntur. Easdem Auriplices puto dictas. Et ita legendum in versibus Lælij poetæ antiquissimi apud L. Apuleium.

Philtia omnia undiq; erunt.

Antipathes illud queritur.

Trochili, iunges, teniæ,

Radicula, herba, surculi,

Auriplices bitortilæ,

Himientium dulcedines.

Vbi iunges, ἰουγες dicuntur. Ab illis simulatis laminis, vt ego censeo, simulatricem illæ sagæ nominabantur. Earum meminit Festus. Iccirco dixit Stadius:

Colchis,

Colchis, & Aëao simulatrix litore Circe.

Nisi potius ita vocari, quod homines in feras transformaret: vt eo nomine dicatur *μυροτροπία* a Lycophrone. Quam vero Simulatricem vocat Festus, eandem & Fictricem Tertullianus de Carn. resurrect. Et tamen, inquit, calicem non dico uenenarium, in quem mors aliqua ructaret: sed fictricis, uel archigalli, uel gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum. Non solum autem laminis, & bracteis in deuotionibus, & defictionibus utebantur Saggæ: sed etiam illas pro amuletis, & pro ebris adhibebant. Arnobius: *Aduersus ictus noxios, & uenatos colubrarum morsus remedia sepe conquirimus, & protegemus nos laminis, Psyllis, Marsis uendentibus, alijsq; insitoribus, atq; planis.* Inuenio quoque easdem piatrices mulieres etiam ueratrices vocatas. Apuleius: *magnaq; cura requisitam ueratricem quãdam foeminam, quæ deuotionibus, ac maleficiis quiduis efficere credebatur, multis exorat precibus.* Vocabantur autem ueratrices, nisi fallor, quia profitebantur se vera dicturas. vnde uerare est uerbum uatum. Ennius: — *sa in uates uerant uitate in agenda.* Et quia ueratores, & ueratrices pro insanis habebantur, ab eo Elleborum *Veratrum*, quod eo insani purgabantur. Apud Suetonium in Vitellio pro uernaculis, ueraculis puto reponendum. uerba eius: *Nullis tamen insensior, quam ueraculis, & mathematicis.* Posset &, quod uerius puto, *uericolis.* vt *uericole* dicantur, quod uerum profiteantur. vt Iudæi apud Imperatorem dicuntur *Celicolis*, uel *Celicole*, quia, vt ait Iuuenalis, *Nil præter nubes, & cæli lumen adorant.* Eodem modo in

Italia

Italia, & in Aquitania vulgo *Faticola*, & *Faticolaria* mulieres Sagæ vocantur. In Apuleio tamen potest legi veteratricem: quod malo.

Nec *Idæis* genibus] omnes antiquitus excusi *Idæis* auibus. De re valde recta, & incognita prouerbia liter dicebant, ne auibus quidem notam esse. Nam quid non latebūt, si aues latuerint? Siquidem prouerbiū Græcū est, εἰδείς με θεωρεῖ πλὴν ὁ περιπλάγιος ὄρνις. & εἰδείς γε εἶδε, πλὴν εἴ τις ὄρνις. Tamen, ne nimium nugemur, omnino cenfeo legendum, *Idæis* auibus: hoc est, Sagis.

Thallo] θαλλὸς termes oliuæ. In expiationibus, & deuotionibus χύτλα, quæ vocāt Græci, spargebantur ramo oliuæ: Theocritus ἠρύλλω.

— καθαρώ δὲ πυρώα τε δῶμα θεῖω

πράβην, ἐπειτὰ δ' ἀλεω μεμιγμένον, ὡς νενόμισαι, θαλλῶ ὑπὲρβαίνειν ἐς ἐμμένον ἀθλαές ἰδωρ. He-

sychius: χύτλαβην, ὑγχανον. χύτλος ἢ κρατὸς ὀχὸς εὐχίος παρῆν ἐσσαρμένοις εἰκῆ, καὶ ἐν τῶν μένεσσι: Corrigere ita: χύτλαβην, ὑγχανον. χύτλος ἢ κρατὸς ὀχὸς εὐχίος παρῆν. χυμένοις, ἐσσαρμένοις &c. Hic vides in illo Iambico Senario ὀχον κρατὸς nihil aliud esse, quam termitem oliuæ, ex quo fiebant & coronæ, quem is poeta, quisquis est, χύτλον vocarit. In quarto *Æneidis*:

Sparserat & latices stimulos fontis Auerni.

Consentaneum est spargi ramo oliuæ. Nihil enim sunt latices illi, quam χύτλα, vt etiā docemur ex Orphei Argonauticis. Sed & alibi mentionem fecit rami oliuæ.

*Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.*

Amycle

Amycleum vocat: quia oliuarum prouentus magnus in Laconia. Argumento fuerit & studium palæstræ, & Staius, qui Eurotan oliuiferum vocat.

Defigere uotis] Dictum, vt *defigere diris*. In veteri Glossario, Defictiones, νεκρομαντεῖα, κατὰ δεσμοῖ. vt intelligere possis κατὰ δεσμοῖ esse

— Veneris, dic, uincula necto.

Stabilem fallacia] Veteres editiones constanter habent, *stabilis fallacia*. Quod non ausim mutare. Eadem enim ratione actiue *stabilis*, qua & *tolerabilis* in Culice. vide locum.

Cum longo quod] Lege: *Tum longo quod iam captet succurrere amori*, Non minus illa tamen &c. Ita sæpe loquitur Plautus: *Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam* Dicat, *disperistis*. — ¶ quod vsum vide supra 51.

Non minus] corruptus locus. Scribe:

Non minus illa tamen reuehi quoq; mœnia Cretes.

Gaudet, at ei &c. Quaquam studet succurrere insanix puellæ: tamen si eueniat id frustra tentare, gaudet, quod sibi iterū in Cretam reuertendum sit. in qua, vt supra diximus, educata fuerat, & ibi Britomartim pepererat. Sed bello capta inde Megaram auecta est.

Et cineri] Ego sum iucundus illi rei, pro, illa re lætor, nullus veterū dixit Ne nos quoque hanc iniuriam faciamus summo poetæ, vt credamus eum ita locutum esse, quomodo nemo tum loquebatur. Nam ita potius scripsisse mihi persuadeo: *Gaudet, at ei cinis est patriæ iucunda sepulta.* Huic placet, inquit, ruina patriæ suæ. vtrique

Y

caussa est, quod gaudeant: illi, quod iterum in Cretam reuerti sperat: huic vero, quod de casu patriæ certa sit. Cinis in feminino genere veteribus vsurpabatur. Caluus:

— *Cum tu fulua cinis fueris.* Catullus:

Troia uirum, ac uirtutum omnium acerba cinis.

Tum suspensa] Non hoc finxit: sed in Græcorum commentariis idem legimus: ἀνθρώπων δὲ ὑπὸ τῶν μινωῶν, ὃν καὶ ἀποδιδωκεῖν τῶν πατέρων, καὶ ἐμμελεῖσθαι τῶν θαλάσσιων. Propertius de eadem:

Pendet Cretea tracta puella rate.

Vos Numantina] De Numanto Hispaniæ, nuge. Quis sanus putarit Scyllam de ea sentire? Sed interpolata est lectio ex prisca, quæ habebat: *Vos o Mantina.* Nos iandudum etiam ante, quæ illam videremus, legendum censebamus: *uos o Mantinea.* Nam Mantineam videbat, quum Megaris soluens Peloponnesum præterlegeret. Mantineam gentem dixit, ut Horatius, *Stertinium acumen, Renum flumen.* Intelligit vero Peloponnesum; a parte totum videlicet, cui imperabat Pallas Nisi frater, Scyllæ patruus. propterea ait se iunctam illis cognato sanguine. Sed quum manifesto Scylla videatur alloqui aues, suspicor me sine vlla vi posse legere: Vos matutina si qui de gente venitis. ut eleganter matutinam gentem volucres vocet, quæ mane integrant cantus suos. Propertius: Et matutinis obstrepit alitibus. Ego sane ita puto Virgilium scripsisse. Nam quin aues alloquatur, & sequens versiculus conuicerit. Itaque nullum dubium, quin matutina legendum sit.

— quod

— *quod ab salua*] lego — *quod ab salua liceat mihi dicere Procne.* quod pace Procnes mihi cognatæ dicere liceat. Procne enim Pädionis filia, soror Nisi patris Scyllæ. vel:

— *quod ab salua liceat te dicere, Procne:* ut & habent quædam editiones. ἀφ' οὗται autem facinus Procnes. Hoc enim necesse fuit, cum & aues, & inter eas cognatam alloquatur.

Et si non accipis, audis.] scribe, ex veteribus editionibus: — *tamen hæc, & si non accipis, audi.* Tamen hæc audi, quanquam non tibi placent. Ea nimirum sunt, quæ sequuntur: *uinctane tam magni &c. Verum est hæc*] lego: *uerum esto. hæc, Minos, &c. ἀλλὰ εἴς.* Nimis inepta fui, fateor, o Minos, quæ putarim Deos hæc mihi facturos, hoc est in hoc scelere opem mihi laturos, quorum delubra ego hostibus diripienda, & incendenda tradidi. Te vero, cuius amore perdita, patrem, patriam, atque adeo ipsos Deos patrios deserui, quis putaret talem gratiam relaturum?

addixi ignara tyranno] Scribo, *gnara.* Ita enim sententia postulat.

Corali] Inuersus est versiculus: quæ ita retexes.

Coralio fragili, ac electro lacrymoso.

Apage anadiplofes, quas hic quidam comminiscuntur.

Aequali corpore. ἐμάλικες κόρα.

Nec Lybis] *Lybis lectus,* Citrinus. Persius: — *non quicquid denique lectis scribitur in citreis* — Sic dixit *Libyco pectine,* citreo, vel lotino.

Communis alumna] Si vera esset hæc lectio, non frustra dixisset Nonius Alumnam etiam ἀλτινὴν

ἔσοφ' vsurpari a veteribus. Quod tamen ex illis testimoniis, quæ ille produxit, confirmari non posset. Sed suspicor emendatius lectum iri.

— Nec *ἔ* illa quidem communis alumnis

Omnibus — Tamé nihil temere affirmamus. *Iniecta tellus*] Totus hic locus, vt & alia pleraque, desumptus ex cultissimo poematio Catulli in Ariadnes conuestione:

— nec *iniecta* tumulabor mortua terra.

Méne inter comites] Etiam totus hic locus ex eodem opere adubratus: quú ait eadem Ariadna:

*Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Seu a quod horrebas prisca precepta parentis:
Attamen in uostras potuisti ducere sedes,
Quæ tibi iucundo famularer serua labore,
Candida permulcens liquidis uestigia limfis,
Purpureæ tuum consternens ueste cubile.*

Méne alias] veteres editiones *Mænalias*. quod fieri potest, vt verum sit. Nam & Arcadiâ, & reliquam Peleponnesum bello vicerat Minos, ex ea & captiuas abduxisse, verisimile est. Nihil tamen mutamus. *Belli lege* dixit, vt Græci ἐν χερσῶν νόμῳ.

Aequorei pisces] Repone ex veteribus, *Aequoreæ pestes*. Horatius *fraudes* vocat. — *mediâsq; fraudes* *Palluit audax*. præcedentes vero versus ita sunt legendi ex eisdem:

Et caput inflexa lentum ceruice recumbit

Marmorea, adductisq; labascunt brachia nodis.

Vel casu incepto] Scribe, *Vel casu incerto*. Vocat casum incertum, quod Græci ταυτόματον. Porro similis conceptio in simili querela Danaæ ex Simonide: *ματαιοβελία δ' ἐτι φανεί, Ζεῦ πάτερ, ἐκ*

σέο,

σέο, ὅτι δὴ θαρσάλειον ἔπος εὐχομαι τεχνόφι δίνας μοι. *Cypselidæ*] *Cypselidarū* familiam imperasse Corinthi auctores Herodotus lib. v. Pausanias Corinthiacis, item Eusebius, & alij.

Infestumq; suis diræ testudinis.] Non est quod diutius in his nugis immoremur. Tu meo periculo lege:

Infestumq; suis diræ Theseidis exit

Spelæum — Nota historia de Crommyonia sue, quæ cum prætereuntes omnes interceptos in via occideret, ipsa tandem Theseo pœnas dedit, & ab eo interfecta est. Plutarchus de Theseo: ἡ ἰ κρομμυωνία ὕς, ἢν φαίαν προσωνόμαζον, & φαθλον ἢν θηρίον, ἐδὲ μάχιμον, καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταυτίω ἰδὲ πάρεργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν ὑποσῆς ἀνεῖλε. & post, ἐνίοι ἰ φασι πλὴν φαίαν λησπίδα. ἤμεδαυ γυναικα φονικὴν, καὶ ἀκόλαστον αὐτέβικατικῆσαν ἐν κρομμυῶνι, σὺν ἰ επονομασθεῖσαν δὲ τὸ ἦθος, καὶ τ βίον, εἶτα ὑπὸ θυσίας δαπέδα ἔιν. Ergo qui correxerat testudinis antrum, habebat in animo testudineatum, aut fornicatū opus, Virgiliūmque de eo sentire existimauit.

Et notas secum.] *Notas secum*, ἀρχαῖσμός, vt *nupta tecum*, *nuptia mecum*. Terent.

Respectat Athenas] i i i. Georgicon:

Et stabula aspectans regnis excessit auitis.

Cicero de Catilina: Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc urbem, quā e suis manibus ereptā sæpe luget.

Florentesq; uidet iam] lego:

Florentesq; uidet hinc Cycladas, hinc Strophadasq;

Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionea.

Sementiferamq; Seriphum.] *sementiferam* πυροφόρον.

Strabonis tamen verba quum leges, miraberis, quare semétiferam vocarit. ἔτιω δ' ἐστὶ περὶ ἰώδης ἢ νήσος, ὡς ἐκ τῆς γοργόνος ἔστι παθεῖν αὐτὴν φασιν οἱ κωμωδοῦντες. Quin omnes Græcorū Commentarij ἐντελέσασθαι νησίδιον vocant. vt impendio magis mirer Ouidium, qui planam vocauit. Sed sine dubio serpentiferam legendum est: ὀφιοέσσαν. vt non solum petras, sed & angues Medusæ crinibus acceptos referre possit. uexauit, & agros] Malo ex priscis editionibus:

Donec tale decus formæ uexauit, & agrum

Non tulit —

Ac uelut in niueo] Reponendum ex veteribus editionibus:

Ac uelut in niueo teneræ, quum protinus ouo.

Effigies animantur, & internodia &c.

Concinnius sane.

Concrefcere in unum] Elegantissime rostrum circumloquutus est. Quod Græci vno verbo νέειν dicunt. Oppianus de Echeneide:

— ὄξυ δὲ ἰνὶ κεφαλῆς εἶδος νεβθε νέεινε. & ῥάμφος quadrupedum quod in acumen productū est, νεῦσιν vocant. Galen. lib. 111. de alim. facult. de Leucisco fluuiatili: ἔστι ἡ τὰλλα μὲ ὄμοιον πάντη τὸ ζῶον καὶ ζῶον, λευκότερον ἢ βραχεῖ, καὶ πλεῖν κεφαλὴν μικροτέραν, καὶ πλεῖν γεῦσιν ὄξυτέραν. Scribe, καὶ πλεῖν νεῦσιν, non γεῦσιν. Nam hætenus ibi interpretes hallucinati sunt. Athenæus de Galeo vulpe: ὁ ἢ ἀλώπεκας ὁμοίος ἐστὶ τῇ γεύσει τῆς χειρῶν ζῶον. διὸ καὶ τὸ ὄνομα ἔτυχε. Idem error. Nam & hic quoque νεῦσει, non γεύσει legendum est. Interpres vero nugatur.

Crura

Crura nouamq;] Scribe:

Inde alias partes, nimioq; infecta rubenti

Crura, noua macies obduxit squallida pelli.

Illi pro pietate sua.] Ex veterum iactatione superstitiosa: Catull.

O Dij redāte mi hoc pro pietate mea.

Nam sepe tepenti] Vereor vt hæc satis vera sit lectio. Valde enim refragantur veteres editiones. quarum aliæ uidentur, aliæ nitentur plane excusum habent. Ego sane ausim deierare legendum esse: — nam sepe bidentū sanguine tauro-rum. Nam librarius inepte uidetur scripsisse uidentum, vt eorum erat praua consuetudo. Hoc & in Varrone commissum fuisse olim in Coniectaneis nostris ostendimus. bidentes tauros, vt & bidentes oues & bidentes uerres dici posse cognoscimus ex Gellio.

Haliaetus] Haliaetum eandem, & Nisum facit. Fere omnes inuasit opinio Cirin esse Alaudam nostram, vno cristæ argumento: Nisum vero Accipitrem. Quin & veteribus persuasum uideo. Nam in peruerusto Glossario inueni: Ciracum ἰέρακα, ἐστὶ ἡ ὄρειος, μετὰ ἀλιθίσιος ἢ σκυλλίσιος ἢ Νίσα μετὰ πέρους. frustra. Nam & Accipiter non est e genere Aquilarum, vt Haliaetus. Et Haliaetus, vt ipsum nomen indicat, marinas, & palustres aues venatur. At Alauda non est marina auis. tametsi audio nescio quas marinas alaudas in Aremoricis inueniri. Esto: non cōuenit alauda cum descriptione Ciris nostræ. Deinde quis nescit Alaudam κορυδαλλίδα esse? Quid ergo opus est κίριον vocari? Nō est ergo

Y 4

Alauda nostra. Itaque nec Haliaetus Accipiter. Quare cum parente meo puto Cirim eam esse, quam Egrettam vulgo vocamus. neque obster plumarum varietas, quæ hic ei attribuitur, non magis sane, quam Cycno, quem *πικιλώπτερον* vocavit Pratinas Philius. Egrettam venatur Falco, nam accipitris congressus impar. Ergo Haliaetus Virgilij est Falco noster. Nam alius est Aristoteli, ut alia Echeneis est Aristoteli, & Plinio, alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera, alterum cum apice in capite, alterum careat: hoc quod caret, est Aristotelis *λευκερόδιος*: alterum *κείρας*. Apud Plautum:

I nunc, uenare leporem, nunc Cirim tenes:
manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse & leporem. quod sane non faceret Accipiter. At Falco & leporem, & Egrettam, seu Egrettam capit. Plerique ex nobilitate Gallica etiam Falcones ad leporis capturam instituunt. Quod sane genus aucupij mihi videtur veteribus satis leuiter notum, hodie vero apud nostratem nobilitatem ad summum gradum perfectionis peruenisse. Ut enim alia, ita & hoc ex paruis admodum initiis ad hanc, quam hodie obtinet, summam artem progressum est. Non enim veteribus illis Græcis notum fuisse, satis patet ex verbis Aristotelis in historia animalium, *ὅτι πλὴν θράκων*, inquit, *πλὴν ὑπὲρ ἀμφιπόλεως φασὶ γινώσκειν τι τερατώδες, καὶ ἀπίστον τοῖς μὴ τετραμένοις. Ἐξίοντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν, καὶ*

τῶν ἐγγύς χωρίων ὅππῃ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων, σωθῆναι εὐχόμενοι λαμβάνουσι καὶ τὰς ἰέρακας. καὶ τὸ ποιεῖσιν ἔτιωσ'· Ἐπειδὴν ἀροσέλωσιν εἰς τόπον ὀπιτήδειον, καλεῖσιν τὰς ἰέρακας ὀνομασὶ κεκραγότες. οἳ δὲ ὅταν ἀκέσωσι τῶν παίδων πλὴν φωνῆν, ἀπαγγέλλουσι παραβῆσιν εἰς τὰς θάμνας, ὅπως αὐτὰς οἱ παῖδες ξύλοις τύπνοντες λαμβάνουσι. ὃ ἢ πάντων ἂν μάλιστα τις θαυμάσειεν. οἱ μὲν γὰρ ἰέρακες, ἔτιωσ' ἀντιλάττωσι τινα τῶν ὀρνιθῶν, κατὰ ἀλλοτρίαν ἐπιβουλήν, οἱ ἢ παῖδες ἀπάντων τῶν ἀλότων μέρους τι τοῖς ἰέραξιν δάποδόντες, ἀπέρχονται. Eadem verba repetuntur in Admirandis. Et Oppianus:

Ἄλλ' ἀντιλαττωσὶ δρυμα σωέμπορος ἔπειτα κίρκος.
Et Martialis:

Prædo fuit uolucrum: famulus nunc aucupis idem

Decipit, et captas non sibi mœret aues.

Ex quibus cognoscimus tum apud veteres Græcos hoc genus aucupij ignotum fuisse, cum id in Barbaris admiretur Aristoteles: tum accipitrem potius illicis auis locum tenuisse, quam prædatrix. In illis tamen videmus quasi incubula eius aucupij. Nam ætate Sidonij Apollinaris videtur maiore in cultu, ac cura fuisse: ut omnia solent ex paruis, & minimis augeri. Ita enim scribit ille in Panegyrico ad Augustum Auitum.

Quid uolucrum studium, dat quos natura rapaces

In uulgu prope cognatum? quis doctior isto

Instituit uarias per nubila iungere lites?

Alite uincit aues: celeriq; per auiæ plausu

Hoc nulli melius pugnator militat unguis.

Quæ omnino industriam nostram repræsentat,

qua hodie utimur, in venandis auibus. Nam, ut iam dixi pro illice utebantur Accipitre. Est autem illex auis, quæ Aristoteli *παλευτρία*. Plautus:

Esca est meretrix, lectus illex, ast amatores aues.

Quoniam damnata] Quoniam damnata est omnium Deorum iudicio, in quos impia fuit, quum patrios Deos hostibus prodiderit: tum etiã omnium filiorum, quod pro pessima filia in patrem se gesserit: tum omnium coniugum: quod ruina patris & patriæ, coniugium sibi quaesiverit: propterea infestum odium parætis ei Dij opposuerunt. Itaque sic lego:

Infesti opposuit odium crudele parentis.

non, *apposuitq;*, ut habent omnes editiones. Vel sic: quoniam damnata fuit iudicio Apollinis Iouis filij, qui cum Alcatoo Megaram condidit: vel Minois, qui Iouis filius fuit: item Iunonis coniugis. quia, ut supra demonstrauimus,

Iunonis magnæ uiolauerat infcia sedem.

Vnum quem duplici] *duplex stellarum lumen, ut duplex spina, & duplex ficus, hoc est magna.* Nonnihil & in hoc & præcedente versiculo deprauatum est. Quod ego sanare non potui.

I N Æ T N A M P. C O R N.

S E V E R I.

Seneca scribens ad Lucillum hortatur eum, quod is tum esset in Sicilia, ut sibi de Ætna scribat. Eius verba hæc sunt: Solemnem omnibus poetis locum attingas: quem quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleuerat. ne Seuerum quidem Corneliu[m] uterq; deterruit. Itaque quum

quum Ouidius xv. Metamorphoseos, Virgilius i i i. Æneidos tantum de eo tractarint, frustra augurantur hoc poema esse Virgilij, quum ex verbis Senecæ, Cornelij Seueri esse necesse sit. Ex quo poemate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes aduertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis: quamque melius nobiscum ageretur, si ille potius iniuriam temporis effugisset, quam isti pingues Cordubenses Poetæ, Musarum *ἐκτρομαστα*. qui non tam meruerunt, ut in loco legitimorum habeantur, quam ipsi, ubi legitimos desideramus, in vacuum venerunt. Nulli fere poemati magis nocuit, imo, ut ne quid dissimulem, nulli tantum nocuit vetustas. Tantæ eius sunt maculæ. quas nos breuiter indicare contenti erimus. Non enim commentarium instituimus.

dexter mihi carminis] Non solum hic versus a recentioribus editionibus discrepat in antiquis excusis: sed & sequens transpositus est. Quare & ex his, & ex inuocatione ipsa colligimus non leuiter deprauatam lectionem hanc esse. Nam quis Dodonâ Phœbo, non Ioui asserat? Tamen hic ex Dodona, elicitur ille. Sed profecto quasi manu ducimur ad veram lectionem ex veteribus editionibus:

— *dexter mi carminis auctor Apollo*

Seu tua Dodona potior te cunq; Phæelis,

Seu te Cythnos habet, seu Delos gratior illa

In noua Pierio etc.

O carminis auctor Apollo, ut Musas iubeas
propet

properare ad noua vota.

Dodona] Dodona potiore Phaselida intelligit. quod oracula Phoebi Dodonæi Iouis oraculis præferri vult. Nam & nescio quis dux Epirota ea oracula aliquando falsi conuicit. Phaselis in Paphylia. Pleraque omnis Lycia, & Pamphylia Phoebum præcipue coluit.

Hinc Lyciæ sortes.

Cunq; Phaselis] Hic C V N Q V E dictum ut apud Horatium:

— *mibi cunq; salue Rite uocanti.*

Cicero I. de Legibus: *equitatum cunq; qui regat.* Quam vocem qui ignorarunt, non solum ipsam, sed & sequentem mutarunt, versumque, ne vno facinore contenti essent, transposuerunt.

Seu te Cynthos] At Cynthos in Delo. quomodo ergo & Delus hic subiungitur? An non vbi Delus, ibi & Cynthos? Sed aut Delus hic simpliciter pro ipso oppido Deli insulæ, vbi erat nobilissimum Apollinis templum sumetur, aut Cythnos legendum erit. Quanquam in Cythno nullum Apollinis cultum inuenio.

Quis nescit secula?] Imitatur Virgilium:

— *quis aut Eurysthea durum,*

Aut illaudati nescit Busyridis aras?

Annua sed saturæ] In veteribus *sacræ*, non *saturæ*. & sane ita malim propter aureum seculum.

Bacchus pede] Horat. *Mollis crepante limba desilit pede.*

Non cessit] Nemo tanti fecit nosse sua tempora, ut scilicet ad sua potius, quam ad illa remotiora tempora animum suum adiceret.

Vltima

Vltima quis] Quis in vltimis cecinit, & non omnium primam hanc materiam tractauit? Innuit Varronem Atacinum, qui paulo antea Argonautica scripserat.

Quis non Argolico] Multi τὰ τρωϊκὰ scripserant etiam temporibus Augusti: quorum aliquot retigit Ouidius de Ponto.

Et tristi natorum] Matrem tristi natorum funere dictum ad exemplum illius Virgiliani: — *domus sane, dapibusq; cruētis.* Id quod aut de Medea intelligendum, cuius fabulam ediderunt Ennius, Attius, Ouidius: aut de Aerope Thyestis vxore, cuius filios epulados patri apposuit impius frater. Eam fabulam edidit Varius Virgilij amicus, & multo antea Ennius. sed præstat intelligere de Medea: postea enim Thyestis fabulam tangit, cum ait, *Auersumue diem* —

Sparsumq; in semine.] melius, *in semina.* Nam dentes vicem seminum fuerunt. Intelligit de Thebaide Pontici poetæ, qui temporibus Virgilij scripsit.

Quis non periuræ] Intelligit Catullum, qui Ariadnes a Theseo desertæ conquestionem poematio suo de nuptiis Pelei inseruit. meminit & Tibullus:

Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,

Ingrati referens impia facta uiri.

Ita omnes poetas sui temporis, aut qui propius ab ea ætate abfuerunt, designauit.

Fabula carmen] Malo, *crimen.* quicquid iactent fabulæ, nos aliud molimur.

Ignibus irriguis] Eleganter *irrigui ignes* per poros,

ac

ac meatus manantes. Ita Seneca loquitur: *Corpus nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu, qui per sua itinera discurret. Nam dixit spiritu irrigari, ut hic dicuntur irrigui ignes. Sic & infra ad eundem modum:*

Carmineq; irriguo magni cortina theatri.

Et Lucretius dixit *rigare lumine.*

Nec extremas] *Exercitas artes,* *ἄπειρα δὲ πρὸς εὐματὰ*
ἔπειτέων τῶν θεῶν ἄπειρα δὲ πρὸς δεινότητας. Seducto
vero non subducto legendum est.

Illis Cyclopes] *Lege illi. id est, altera species va-*
tum. Nam dixit: Discrepat a prima facies hæc al-
tera uatum. Duas species intelligit: primam eorū,
qui ὑπὸ θεοῖς ζονται, alteram eorum, qui μυθελο-
γῶσι. In illis δεισιδαιμονία, in his τερατολογία
notatur.

Turpe est sine pignore] Hoc ex persona poetæ,
quasi superiora illa, utpote fabulosa refellentis.
Est autem metaphora a sponsonibus, seu sa-
cramenti more. Hoc Græci dicunt ἀνέγκοι, cu-
ius nomine nihil præstetur. Ita apud Plutar-
chum γέμοι ἀνέγκοι, quasi eorum euictio non
præstaretur, id est illegitimi. Ita infra locutus:

— *uerum certo tibi pignore constat. Item:*

— *Certis tibi pignora rebus,*

Atq; oculis lesura tuis dabit orāine tellus. Id est,
ἐκ ἀνέγκου τῶν ἔσται. Ouidius, — *& ut credar, pi-*
gnora certa dabo. Hinc illa: *quouis pignore, quauis*
sponstone contendam, certabo.

Phlegreis fabula castris.] Atqui veteres editiones
habebant, *campis.* Quis ignorat dictum φλε-
γαίων πεδίων?

HIS

His natura sua est] Si ita interpungas, *His natura*
sua est: erit sensus, Illis propria natura est, & se-
orsum ab aliis hominibus. Sunt enim bimem-
bres. Id quod Græcanice dictum. Nam ἰσίδζυ-
ἄν φύσιν dicunt. Et, τὰ ζῷα ἰσοφύη apud Laert.
Anaxagora. Vel si ita, *His natura sua est aluo te-*
nus: intellige aluo tenus suos esse, hoc est ho-
mines.

Simulat uestigia] non ausim hanc lectionem im-
mutare. Tamen antiquitus excusi habent, *simi-*
lat uestigia. non male. Item iidem libri habent,
Pelion ossa creat, non, *terit.* Quod sane placet. id
est *auget.* ex duobus montibus creatur vnus.

Cunctos ad prælia] *Cunctosq; ad prælia.*

Hic magno.] *Lege:*

Hinc magno tonat ore pater, geminantq; fauentes

Vndiq; discordes comitum simul agmine uenti.

Porro in superioribus versibus, pro *remouet cali-*
gine mundum, reponere ex obsoletis, *renouat cali-*
gine: id est, mutat pristinam formam mundi, ita
enim ad eum sensum vsurpabant veteres: unde
nouare membra, cum radunt. Arnobius: *Quid no-*
uatio & reuelatio pudendorum? estq; uerbum iuris No-
uatio? A qua mente Nouacula dicta est. Eadem edi-
tiones melius habent, *E celo metuēs,* non, ut re-
centiores, *e celo admotus.*

Funduntur fulmina] Reponere ex veteribus: *rumpun-*
tur. ut infra — *frigor tota nunc rumbitur Aetna. &*
— ruptiq; cauis fornacibus ignes. Eadem mente
αὐτῶν δὲ πρῶτον Aristoteli.

Atque in arma] *Lego, Aequaq; in arma ruit.* He-
siodus: — *μάχῃ δ' ἀμέγαρον ἐρείπαι*

Πάντες

Πάντες, Θυλαίαι τε, καὶ ἄρσενες, ἡματι κείνω,
Τιτῆνες τε θεοὶ, καὶ ὅσι κρόνος ἐξέγροντο.

Et Mars seuus] Lege:

Et Maiores seuus, & caetera turba Deorum

Stant utrinque metu — Nam stare metu, ut,

— Stant puluere nubes. — Stat sentibus pectus.

Materque iacens Impellens uictos.] Hæc est lectio priorum excusorum. Quam mendosissimam esse, nemini dubium esse potest. Non possum me hinc expedire sine audaci aliquo facinore. Itaque hoc per fugium habeo, si ita lego:

Præceptis cum castris agitur: turmaeque iacens

Pallenes. uicto tum pax est reddita mundo.

Nam prius pro Pallenes, puto scriptum fuisse Pellens. Quod cum versus modulo repugnare viderent, adiuarunt syllaba, & scripserunt impellens. Ego puto propter ultimam syllabam, quæ est in I G I T V R, sequentem, quia eadem erat, decurtatam fuisse. Quod ad Pallene Phlegrei campi fuerint, testatur & Herodot. lib. VII. Nunc redditur.] Scribe, tunc redditur.

Hanc auget nobile carmen.] locus deprauatissimus: qui ita sine dubio legendus est:

— Hinc auget nobile carmen

Plurima pars scænae. uerum & fallacia uates

Sub terris nigros uiderunt crimina manes. Sic

supra idem error, carmen, pro crimen.

Mentiti uates.] Et hic quoque locus pessime acceptus. Lege:

Sub terris nigros uiderunt crimina manes,

Atque inter cineres, Ditis pallentia regna

Mentiti, naues Stygias, undasque canentes.

Te

Te circum Tantale] Lego, — te siccum. Imo propius accedit curuum. hoc est pronum ad bibendum. Sollicitantque siti.] Nihil clarius hac lectione. Tamen nuper mutarunt in, Sollicitantque Scinim. Quod, malum, nos tantum immutandi cacoethes habet, ut quæ scimus, nescire velimus? Sane, si mutandum aliquid fuerat, potius legerem: Sollicitantque Sitos. Nam Siti sunt mortui, ut testatur Cicero in libris de Legibus & Gellius. Unde Sittines, qui canebant ad Sitos, hoc est τολμολοίαι. Sed nihil mutandum censeo. Quod Scinim legerint, puto eis in causa fuisse veteres editiones, Sollicitantque Sirim. sed illud, m, referendum ad sequens. Itaque facile diuinare fuit legendum esse, siti.

Norunt abscondita] Prouerbiū extat apud Theocritum:

Πάντα γυναικὲς ἴδαντι, καὶ ὡς ζεὺς ἠγάγεθ' ἡραν.

Porro legendum, Iuppiter in Danaen: non, Iuppiter ut Danae. Nam venustissimum est ἀσπίδα (v illud.

Curuis incingitur undis] veteres editiones — Curuis agitatur ab undis. Quæ vera est lectio. Crediderunt multi veterum Terram in medio Oceano ἀλευέσται, ac circunieto humore portari, velut aliquod grande nauigium, & graue. Cuius opinionis auctorem faciunt Thaletem. Extremi autem maris, id est, ὀρίζοντες. Nam ἀνεξάνον vocabant ὀρίζοντα. Quæ cum ita sint, satis patet τὸ incingitur ab ignaro homine, & imperito suppositum fuisse: quia causam alterius lectionis ignorabat.

Z

Vtq; animantis] Seneca ex Aristotele: Corpus nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu, qui per sua itinera discurret. Habemus autem quaedam angustiora animae receptacula, per quae nihil amplius quam meat: quaedam patentiora, in quibus colligitur, & unde diuiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus & aquis, quae uicem sanguinis tenent: & uentis, quos nihil aliud quis, quam animam uocauerit, peruium est. Tertius autem ab his versus ita legendus:

Ad uitam sanguis omnis qua commeat idem.

Sed totis rimosa cauis Aristoteli *σπαραγγώδης, ἢ πάντες, σομφός, σπαραγγώδης.*

Qualis aceruus] Acerui fiebant in quadriuiis, & triuiis ad Hermulas, quas vocabant, hoc est Mercurij statuas quadratas, iactis ex tempore lapidibus a praetereuntibus. qui acerui Mercurio sacri erant. A quo dicti *ἑρμαεὶς* a Graecis. Isidorus in Glosis, quae sunt adhuc in membranis: Mercurij, inquit, lapidum congeries in cacumine collium. eos Hermacas nunc hic intelligit: de quibus & Sibylla:

καὶ περὶ τὰ σέβασθε, καὶ ἑρμαεὶς θύρα γαίης.

καὶ περὶ τοῖσι λίθων συγχώματά. ταῦτα σέβασθε.

Similes etiam monticelli ex lapide congesto, qui pro terminis erigebantur, ab auctoribus de agris limitandis, vocantur *Scorpiones*, quia in metam desinebant. *σκορπίο*: enim Graecis dicitur etiam quicquid in metam, ac conum fastigiatum est, ut tutulus crinium in pueris ita vocabatur. Quemadmodum igitur acerui, qui fiunt iactis ex tempore saxi, toti pendent in se, quia intus caui sunt, ut opus fornicatum: sic etiam terra

ipsa

ipsa caua est, & in tholum suum nititur.

Vacuata corymbos] Mendum est in genere. Non enim ἢ *κorymbos* dicitur. Columella de Cinara carduo:

Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo.

Est autem *corymbus*, quicquid in panicam, aut strobilum assurgit, ut in Cinara videmus, & in Scolymo. Sed prima notio τὸ *κorymbos* est in capite veterum Articorum tutulus, seu meta suggestus capillorum. Igitur legendum puto:

Vt crebro introrsus spatium; uacante corymbus

Pendeat in sese — Crebrum spatium τὸ *σπαραγγώδης*

dec ut crebrum cribrum apud Plautum, τὸ *κρίβρον*.

Ad eum modum crebro vimine infra dicitur. Vacans etiam spatium dicitur τὸ *κρίβρον* etiam infra, quod & cessans quoque vocauit. Illud uero *pendeat in sese*, est, suo sibi pondere libretur, ut fornicem in fornem suum nitatur.

Nec nata est factes] id est, non recens est. vel infinita est. An legendum *nec nota est factes*? hoc est, later nos propter uerustatem.

Edit haurum limo] Atqui non eduntur ea, quae oblimat flumen, aut aqua. sed potius obducuntur. unde ius alluionum. Sed legendum, *lima*. Quod genus Metaphoræ honestum est. Quid? Non ab eadem mente Tiberis Serra, & Rumon dictus est? eadem mens & in loco Horatiano, qui ita legitur in peroptimo codice — quae Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis. Nam mordere aptum uerbum huic loco nostro.

Obstantia mollit] τὸ *μολλεῖν* uerbum ad eam rem accomodatissimum id est τὸ *κοιταίνε*. Attius Telepho:

— *remisq; nixi properiter nauem in fugam*
Trudunt subter saxa ad laeuam, qua montem mollibat
mare.

Mollire ergo saxum, cauare. vt, Gutta cauat lapidem.
 Varro: Pieridum comes, quæ tenes cauata putri gelu
 montium saxa. Intelligit, vt puto, τῶν ἰχθῶν.
 Solidum exedere uapores.] veteres editiones. soli-
 dum uidere uapores. lego: inuidere. Hoc est: per
 vapores stat quominus perpetua solida sit terra.
 Sic Accius:

Quis florem liberum inuidit meum. Virgil:
Tene, inquit, miserande puer, cum læta ueniret,
Inuidit Fortuna mihi? —

Penitus tantos emergere] καταβολῆν totius disputa-
 tionis: terram ὑπαντρον esse. Hoc probari ex
 aquis, quæ vndecunque ex ea erumpunt. Non
 enim non cauam esse, ex cuius sinu tanta vis
 aquarum tam diuersis locis exprimatur. Sene-
 ca: Non quidem existimo te diu hæstaturum, an credas
 esse subterraneos amnes, & mare absconditum. unde
 enim ista prorumpunt? unde ad nos ueniunt? nisi quod
 humoris origo inclusa est? Lege quæ sequuntur lib.
 vj. Nat. Quest. cap. viij.

Non ille ex tenui] Pessimis modis multatus est
 hic locus. quem nos ita legimus:

Non ille ex tenui, uacuoq; agat aucta necesse
Confluua, & raptis arcessat ea undiq; ab undis,
Et trahat ex pleno, quod fontem contrahat, amne.

Necesse est, inquit, deriuet confluua sua ex non
 tenui, vacuove, & arcessat ea vndique ab undis,
 & trahat ex pleno amne, hoc est ex reposita
 aqua id, vnde fontem emissura est. Nam etiam
 veteres

veteres exculi habent, ab undis.

Et trahat pleno] Seneca: Non est diu probandum, ibi
 multas aquas esse, ubi omnes sunt. Neq; enim sufficeret
 Tellus ad tot iumina edenda, nisi ex reposito, multoque
 funderet. Quam disputationem, vt & alia ex hoc
 opere haulit Seneca.

Direpta] Direpta, non dirupta. Ita infra:

Præsertim ipsa suo decliua pondere nunquam
Corpora diripit: — Seneca tamé dirupta dixit.
Alia torrentes exedere, alia æstibus magnis dirupta pa-
tuere.

Quod si diuersas] Canales fœminino extulit ἀρ-
 Ζαίνωσ. Sic infra dixit rigidus canales. vide Ser-
 uium in illud — *ilignis potare canalibus undam.*
 Porro totus locus ita legendus:

Quod si diuersas emittit terra canales
Hospitium fluuiorum: at semita nulla profecto
Fontibus, & ruis constet uia: pigraq; tellus
Conferta in solidum segni sub pondere cesset.

Quod si, inquit, ex certis canalibus, non autem
 ex pleno, & recondito, vt ait Seneca, emittit
 fluuios terra: at riuulis, & fontibus quæ via tan-
 dem erit, quum aliquando erumpant, aliquan-
 do vero arescant? ergo nullam habebunt viam
 ipsi erumpendi, si terra non emittit de pleno.
 vnde consequens, vt conferta, & solida, non
 ὑπαντρος sit. Hospitium dixit pro hospitum, vt
 in Pædectis ciuitatum, hæreditatum: eodem modo,
 alituum: & quod ignoratū hæctenus, Sallustius
 dixit hominum. Idque in fideli exemplari cum
 annotatione in margine, quæ omnem suspicionē
 mendi tolleret, inueni. in Iugurta: neque, inquit,

quisquam hominum satis placebat. Eleganter vero *hospites fluuios* vocat, qui subito existunt. Nam ex illa hypothese vult subito existere, si hoc concedatur.

Condita si redeunt] Restitue ex antiquitus excusis:

Condita si redeunt: si qua & iam incondita surgunt.

Argumentum superiori oppositum. *Condita si redeunt*, ut *Alpheus Olympiae*, *Anas Hispaniae*. Si qua & iam *incondita*: de illis intelligendum, qui subito in sua magnitudine existunt, neque unquam absorpti fuerunt. eiusmodi est mirabilis fluuius in agro Encolismensi, qui exoneratur in Carantonum fluuium, ad oppidum Encolismam.

Atque oculis haesura uias] *Lege: haesura tuis*. Hoc est quod Graeci poetae dicunt *βλέποντα μαρτύρια*. Aeschylus:

πῶς ταῦτ' ἀληθῆ, ἢ βλέποντα δοξάζω.

Plautus vero aliter extulit — *rem tibi auctorem dabo*. Sic infra.

Non illic duce me occultas scrutabere causas.

Occurrent oculis ipse — eodem modo oculatam diem dixit Plautus.

Immensum plerumque] valde corrupta sunt, quae tamen non magno negotio, ut spero, a nobis restituta sunt.

Immensos plerumque sinus, ac iugera pessum.

Intercepta licet, densaque abscondita nocti.

Prospectare procul, chaos ac sine fine ruinae.

χάος vocat τὸ χάσμα.

Cernis & in siluis] Persequitur docere, quod terra *ὑπαναγος* sit. Nam multa, inquit, *αὐτομάτως*, ut quum *σάσμα* discessit terra: ex quo *χάσματα* illa immen

immensa. quae quoties subito accidebant, veteres Romani inferorum, & Deum manium ostia vocabant, secuti Graecos, ut puto: apud quos ea sunt *χαρῶν*. Laetius in Stoicis decretis: *τῶν δακτύλων ἀφ' ἧδ' ὄρων, αἶον χαρῶν, ἀμποτισ, καὶ πηλὰ θερμῶν ἰδατων*. Deinde subiicit, quae fiunt opere humano: qualia quae in eruenda arena, in metallariis, & lapidariis fodinis. Quare ita legendum:

Cernis & in siluis spatiosa ciuita rutro,

Antraque demissis pedites fodisse latebris.

Quin enim de opere militari intelligat, nunc vero dubitari non potest. *Rutrum* est ligo, seu *ρωπίον*, *σάλας*: ut in Varronem annotauimus. *Demissas latebras*, ut Columella, & alij *depressas scrobes*. *Pedites*, quos vulgo *Peones* dicimus corrupte, pro *Peditones*: qui militare opus faciunt, aggerem, fossas.

Tantum influit.] Distinguendum:

Incomperta uia est operum. tantum influit intra.

Incertum quomodo illa *χάσματα* acciderint. Hoc unum certum est, aquas intro fluere. quod sane non accideret, nisi caua esset terra.

Ignoui uera profundum] *αρχαῖως* profundum, τὰ ἐάθη. Unde profundus apud veteres dicebatur *vēter*. Plautus *Captiuus*.

Profundum tu quidem, non fundum uendis.

Caper Grammaticus: in profundum nummi uel in arcam conduntur. quod enigmatice dixit: aut prodigi, aut parci pecuniam. Eodem modo Varro octogesima *ἐπινομισμάτων*. In quo nobilius est *Philippeum*, quod accipimus, quam quod bibimus: cum alterum addamus in *bulgam*: alterum in *uesteam*.

Nam quo liberior] Totus hic locus ita interpungendus:

Nam quo liberior, quòq; est animosior ignis
Semper, & inclusus, nec uectus sauior illa
Sub terra, penitusq; mouens: hoc plura necesse est
Vincla magis soluat, magis hoc obstantia pellat.

Nec tamen in rigidas] Rigidas canales, foeminino, vt supra. Ita enim habent veteres editiones. Rigidas, ἐυθυωρες. vt Lucretius rectas fauces dixit. infra rigidum uerticem dicit: — rigido qua uertice surgit. Metaphora a corpore humano. Quibus enim rigida ceruices, illi ὀρθόπυκι. Sic Rigor locus in colliculum ascendens dicitur ab auctoribus limitandorum agrorum.

Qua proxima cedunt] Lege, Cedunt. hoc est ἐκκόπται. retardant, remorantur.

Densus hiatus.] Expressit Græcum, ἀχενές. est enim ἀσπὸς τὸ χεῖν.

Spiritus exagitat.] Et hoc quoque tralatitium a corpore humano. Aristoteli quoque in terra σφυγμός dicitur.

Solidoq; instaret mani] soliditate sua resisteret inani. Sed ἀμφίβολον est. Puto:

— solidumq; instaret mani.

Pigraq; & in pondus] Corruptus haud dubie versus. Lego:

Pigraq; & in pondus conferta immobile cesset.

Idem pene supra iisdem verbis.

Conferta in solidum segni sub pondere cesset.

Vt vero hic confestim, sic in illo conferta mendose legebatur. Cessare, vt iam annotauimus, est immobile esse. Sic paulo ante,

— Cessans

— Cessantiaq; urget &c. Cessare in corpore humano esset ἀναστρέψις. sic apte segni pondere dixit. Nam segnis sine igne, vt secors, sine corde. segnis ergo, cui calor naturalis decessit. ergo immobilis Nam Thaleti terra in medio Oceano mouetur. Nisi enim moueretur, aiunt: ipsa se librare non posset. Sed moueri succurrit illa libratio ἀτάλαντος, & æqualis semper.

Sed summis] Si putas summis causis, & non abstrusioribus tantum opus assignandum esse: hoc est, si credis in summo ore, ac aditu ipso virium alimentum esse flammis: aut flammam ibi nasci, non in penitioribus recessibus: fallere. Nam ille ignis, qui in ipsis penetralibus agitando vires colligit, iam in liberiore, ac patentiore aditu remittit, ac languescit. Itaque illos fragores, ac sonitus, qui etiam procul nauigantibus ex Ætna audiuntur, ne putes fieri in ipsis faucibus, sed in angustiis fundi. Seneca de Ætna ad Lucillum: Neutrū incredibile est: nec montem, qui deuoratur quotidie, minui: nec ignem manere euidem. Quia non ipse ex se est: sed in aliqua inferna ualle conceptus exæstuat, & aliis pascitur. In ipso monte alimentum non habet.

Certaq; recto] Scribo — Sed nondum tibi lumine certa carento. Sed nondum, inquit, careant oculato testimonio. Nolo mihi disputanti credas. per te ipse oculorum sensui credere potes.

Namq; illud] Scribo: Namq; illud, quodcumq; uacat specus oris hiatus, Est reses introitu — Nam in ipsis faucibus reses est opus propter liberius iter, & aditum patentem. Semper oris hiatum

Z 5

vocat τὸν κρατῆρα. Residem ignem, aut reses
opus dixit, vt alibi: — quum frigida monti Des-
sidia est — Deinde sequentia ita legito — sol-
munt se, adituq; patenti

Conuersæ languent vires —

Quippe ubi] Lege: Quippe ubi, contineant ventos
quæcumq; morantes, In vacuo defunt, cessant. — Vbi
illæ causæ, quæ interclusos ignes exercebant, in
vacuo defecerunt, cessant ignes.

Tantumq; profundi] Id est, ἡσῆτο ἀχανές. Aristo-
teles, οὐκ ἔστι φλόγον ἀνευ σεισμῶ δὲ τε πλεῖ ἐυρυ-
χωρίαν ἢ τῶν ὑπὲρ χεταί γδ εἰς τὸ ἀχανές ἔξω,
καὶ δὲ ἐλιγότερα ἢ ἀπωθεμένον ἀέρος. Vbi etiam
redduntur illæ causæ, quas hic intelligit Cor-
Seuerus.

Et in ipso] Legendum est — at in ipso limite tar-
dant. In cursu suo tardant, inquit. In ipso aditu
euanescunt, ac languent.

Hinc furtim Borea.] Aliquando hoc, aliquando
illo vento agitari interdum etiam vtroque. Qui
fit, vt acrior sit conflictus ignis vtrisque ventis
spirantibus ab vtroque montis latere. De hoc
quædam Strabo loquens de Lipare insula ex Po-
lybio: Ἐάν μὲ ἔν, inquit, νέξες μέγλας πνεῖν, ἀχλὺν
ὀμιχλώδη κατὰ χεῖρας κινῶ φασὶ ἢ κισίδες, ὡς ε-
μὲν πλεῖον σκελίαν ἀπωθεν φαίνεσθαι ἔταν ὃ βορέας,
φλόγας καθαρὰς δὲ πρὸ ἢ λεχθείς κρατῆρος, εἰς ὑψος
ἐξείρεσθαι, καὶ βρόμους ἀπέμπεσθαι μέγιστος. ἢ ὃ ζέ-
φυρον μέστω ἔχειν τινὰ τὰ ἔν. Propterea fit, vt
hoc, aut illo vento flante, ex alterutro cratere
spiret flamma. Cum vero fit, vt veteres loque-
bantur, conflugium duorum ventorum, vtriuf-
que

que crateris flammæ in vnum conueniunt. At-
que hoc quidem alio loco idem Strabo admo-
net: εἰσὶ δὲ λαμβανέντων μὲν ὁμοίως πῦρ τὰ ἀεὶ α-
ἴ ἢ ὄρας δὲ πλεῖον νομῆν ἢ πυρός, τότε μὲν εἰς ἓνα κρα-
τῆρα συμφορομένη, τότε ὃ χωρῆμένον. Loquitur au-
tem de Ætna. Pro, hanc furtim, mallet hinc furtim,
vt stipationem intelligat. Lucillius:

— lardum, & carnaria furtim Patrum conficeret.
Vbi vulgo contra veterem scripturam, pari, at-
que hic, errore furtim legitur. Furtim poëtæ di-
cunt τὸν α.

Solo trepidant] Legendum sola trepidant —
Nam positio fit in duabus sequentibus conso-
nantibus: vt apud Catullum.

Propontida, trucemq; Ponticum sinum. Idem:
— per impotentia freta.

Penitusq; quod exigit] δὲ πρὸ καινῶ corrigit. Quæ extu-
berant, deprimit. τὰ ἐψωθίοντα ἰμακτοῖ, κατὰ ἑλ-
λας. Contrarium dixit Seneca:

Differt montes subrigit plura, molles extuberat.

Inter opus] omnino lego: — discordiaq; ingens
In neruos neclunt uarias, mediūq; coercent,
Pars igit domitæ, pars ignes ferre coactæ.

Errorem inde natum puto, quod scripsisset Li-
brarius: in neruos, vnde inter opus factum est.
Ostendit inæqualitatem Ætnæ. Neque discessit
a translatione, quum artus Ætnæ attribuit, vt
etiam neruos daret: vt alibi:

Densa per ardentis exercet corpora neruos.

Nectere in neruos, νεύροις διαλαμβάνειν. Et proxi-
mi e regione Ætnæ montes, quos Siculi ὄρη
νευρωῶδη vocant, videntur ita ab asperitate dicti:

quo

quomodo homines compactis viribus Sabini Neronis vocabant, quasi *νεύρωνες*. Alij tamē eos montes ab hinnulis dixerunt *νεῦρα δὴ ὄρη*. Quod sequitur, *Pars igni domitæ, pars ignes ferre coactæ* est, pars iam ambusta, pars adhuc ardens.

Nunc opus artificem] Incendere locum veteres dicebant, pro, celebriorem reddere. vt apud Varonem, *incendere annonam*, de re Rustica: & apud eundem *ἄφῃ μολίππε*. Edones Romam, vt turba incendat annonam. Ita enim legendus ille locus apud Noniū. Plaut. Trinummo: Si isthuc, vt conare, facis indicium, tuum incendes genus. Similiter Augustus Cæsar: Nos forum aleatorium excalefecimus. Ergo opus artificem accendit, est, admirabiliorem reddit, vt causæ accuratius exquirantur. Sequitur:

Causamq; reposcit] Hoc in causâ est, vt artificem admiremur, & causam poscamus ab illis ignibus, qui non sunt exigui momenti. Nam polcere causam aliquem imitatione Græcorum dictum, *ἐισπράττειν τινα τὸ ἀργύριον*. Horat. *Poscimus, si quid* &c. Ita olim de industria correximus. Quod postea & librorum veterum, & doctorum virorum consensu receptum est.

Mille sub exiguo] Deprauatissimus locus. Quem ita lege:

Mille sub exiguo ponam tibi tempore ueras

Res, oculiq; duces certo rem credere cogent.

Ita semper loquitur: Certo tibi pignore ostendam.

Oculis ipsis occurrent causæ. & similia.

Quin etiam tactu.] Corrige:

Quin etiam tactu moneant contingere tuto

Scilicet:

Scilicet: at prohibent flammæ, custodiaq; igni

Illi operum est, prohibens aditu, diuinæq; rerum.

Quin etiam ipsi oculi duces manifesto moneant te tuto posse tangere, tuto accedere. Sed prohibent flammæ, prohibet ignis ipse, qui veluti operum custodia septus est. Claudianus:

Aetneos apices solo cognoscere uisū,

Non aditu tentare licet. — Ita ostendit,

non in superficie Ætnæ esse causas motus illorum ignium, sed intus in infimis partibus.

Custodiaq; igni] Et illi igni est quasi quædam operum custodia *ἄφῃ βλαμίν*, quominus est *ἰνὸς ὄρεος*.

Diuinæq; rerū] vt Horatius: *acuta belli, acerba curarum.* Carullus, *truculenta pelagi.*

Cura sine arbitrio est] Etiam sine arbitris per te ipse iudicare potes. Frequens est in hoc genere.

Flagrantes properant] *Flagrantes moles*, hoc est *μὲν δροι*. Strabo, & in opere de mundo.

Nunc fusca] *Per incendia mista fusca ruina* intelligit, quam Virgil. *piceam nubem* vocat, Strabo *λιγύον*, cum ait: *τότε μὲν βύβανας ἀναπέμποντες, τότε δὲ φλόγας, & λιγύδες, ἀλλοτε ἢ & μίδρες ἀναφυσάντες.* *Heu Ditem pudeat*] Id Claudianus plane describit in illa Ditis querela libro primo de Rapto Proserpinæ.

Vertat innoculto.] ita legendum vna voce, non, vt in vulgatis, duabus, *in occulto*. Cum Tartara sint occulta, ne pro illis cælum, quod innocultū est, eligat. Sequitur:

tantum premit] Lege: — *tantum premit omnia tetra*

Congeries operis saxorum, & putris arena. Est

ἄπυρον

ἄνθρωπος. Premit, autem, καλύπτει. vt, caniciem
galea premimus. Varro:

Capitis corona fasciis tilignis

Faciem labore flatili uiridis premit. Mox se-
quentia ita distingue:

Quæ nec sponte sua faciunt, nec corporis ulli
Sustentata eadem robustis uiribus omnis

Exigitur: uertit uasa intera uortice sauo. Quæ
tamen, inquit, non fiunt ἀλλήλων: nec eadem
operis congeries, & putris arena foras exigitur
vllius corporis uiribus sustentata, hoc est, suis
ipsa nitens uiribus. nec suo impetu uertit uasa
interna sauo uortice, sed spiritus vi omnia im-
pellentis hoc facit. Ait enim — nullus

Impetus est ipsi. quæ spiritus imperat, audit.
Nec corporis ulli] ἀρχαῖος μὲν ἔστι, pro vllius. vt
Grammatici, Neutri generis.

Sustentata cadunt] Sine dubio illud cadunt, pro,
eadem, positum est.

Vertit uasa uitrea.] Ita habet melior pars anti-
quitas excusorum. Alij, uasa omnia. Ego puto, ex
uasa uitrea, faciendum, uasa intera. Vasa, vt me-
dici ἀρτηρίας in corpore humano. Intera dictum,
vt infera. Cato: Infer, superq; uicinus. hoc est, in-
fernas, supernas. de ualibus etiam infra:

Quod si forte cauis cunctatus uasibus hæstet.
Hac causa Non expungam lectionem, quam
habent veteres editiones: Nec causa, expectata
runt incendia montis. Quæ constructio est, vt, Nec
mora. sensus uero, vt, causæ non est, quin, &c.
Expectata incensata, stata, καὶ ἀπόθεσµα. Contra
superius dixit:

Atq;

Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.

Ait expectari tempestatem Ætnæ, hoc est præ-
sentiri ab incolis, quum post longum fremitum
montis tandem subsequi necesse sit eruptionem
ignis, vt post longos uētos, terræ motum. Quod
& mari solet accidere. Prius enim auditur in-
certum murmur, quod Græci uocant κελύκη, hoc
est surdum fluctum: postea omnia uentis,
omnia turbinibus sunt anxia. Presentiri tem-
pestatem Ætnæ ab incolis Strabo, Aristoteles,
& plerique alij testantur. Hodie uero nihil ta-
le, utpote quum maior pars montis refrixerit.
Non est recentius incendium memoria nostra,
quam illud memorandum, quod accidit anno
M. D. XXXVII. horrendo, & miserabili spe-
taculo, non sine magno tonitruum fragore.
Maxima Calabrię pars nigro cinere, & adusto
operta. Duo pagi in ipso mōte combusti, Mom-
piler, & Licolosi. Hodie Ætna a Siculis ipsis
uulgo uocatur Mongibello, corrupto nomine,
a Mulciber. vt & una ex Acolidibus uocatur
hodieque Vulcanus, ab incēdio. quod præcedit,
Indensum] Lege singulariter, in d. c. rotat, uoluntq;
p. Est enim semper congeries saxorum.

Spiritus inflati] Scribimus:

Spiritus inflat enim. momen languentibus aer.

Scriptum enim auguror fuisse: Spiritus inflat. n.
quod ita fere semper in mēbranis ENIM scri-
batur. momen etiam legitur apud Lucretium.

Vt pellat corpore] lege, corpora. uerum ad corpo-
ra pellenda externo indiget auxilio. Quod uero
ait, quæ spiritus imperat, audit: persistit in metapho-
ra mil

ra militari, qua infra vsus est.

Nunc princeps, magnusq; sub hoc duce militat ignis.
Huic quoniam] Quoniam huic operi presto fa-
uet natura & soli, & venti: soli, quod, quum sit
σπραγγωδες, facile ventum admittit, aut potius
concipit: venti, quod ignem moueat.

Vna ipsi uenti] Lege, una ipsi, & uenti. — ipsius
soli, & venti. Nam hic quoque ipsi, pro ipsius.

Digna laborantis] laboratis.

Miranda suere] Lego, fouere. Fouere oculis rem,
elegantem, nisi fallor, δυνατενξεδου συν θαύματι. In
illarum rerum contemplatione nimis indulge-
re oculis. Tamen in membrana quadam, ubi
erant excerpta quaedam ex poetis, legi, oculis mi-
randa uidere. Sed importune hæc in hunc locum
obrepisse infra docebimus ex eadem membrana.

Sacra perurgentem] Sacra, τὰ ἀδύτα. Persius:

Ad sacra uatum carmen adfero nostrum. Pro-
pertius: — & Coi sacra Philetæ. Perurgere est
perrumpere turbam, ὡς ἰξεδου. pro quo Hora-
tius dixit. — facienda iniuria tardis. In epistola
Epicuri non absimile, τρικύλισ'ος εἰμι ἀπωθείδου.
Plautus melius: cubitis depulsa de via.

Capitiq; attollere] Simile esset, — caput inter nu-
bila condit. vt capiti pro capite dictum sit. Sed
potius legendum puto. — caput atq; attollere
celo. Contrarium illi, quod dixerat. — nec
effusus in humum graue pascere corpus. καὶ ἔταπνιὰ
φρονούντας: vel, vt poetæ, ἔχθαμαλὰ πνέοντας μό-
νον σῶμα τρέφειν. Virgilius: — qua te quoq; possis
Tollere humo — Sed, ni fallor, alius argutior sen-
sus ex hac deprauata lectione eruendus est:

Sacra

Sacra perurgentem captiui tollere cæli.

vt dicat quod Lucretius de Epicuro, qui primus
ausus est Cælo contra attollere oculos, & reli-
gionem animis hominum demere. Nam tan-
tum hæc admirari, pecudum ait esse. Sed dili-
genti perquisitione cælestium rerum causas scru-
tari, hoc plane est Cælum ipsum sibi captiuum
facere, & illa sacra, hoc est inanem reuerentiam,
qua stupemus ad rerum cælestium spectaculum,
tollere, & eximere ex animis hominum. Hæc, ni-
si fallor, egregia coniectura est.

Cur magno talia] In excerptis poetarum, quæ in
membranis inueni, & de quibus paulo ante
memini, longe aliter concepta est lectio. Nam
& aliter, & alio ordine.

Scire quot, & que sint magno natalia mundo

Principia, & rerum dubias exquirere causas.

Non dubito, quin ea vera sit lectio. Nam illud,
Nosse fidem rebus ἐπιπέθετες adeo, vt semper mihi
non leuiter suspectum fuerit. Quare totus locus
ita legendus:

Scire quot, & que sint magno natalia mundo

Principia, & rerum dubias exquirere causas,

Sacra perurgentem captiui tollere cæli.

Cur non occasus metuunt, ac secula pergunt,

Et firma aeterno religata est machina mundo.

Cur, inquit, secula aeterna sint, nec intereunt.

Annus ille monet.] legendum fortasse, Annus in
limon: & que certo etc. Limum enim, hoc est obli-
quum, vt veteres loquebantur, esse signiferum,
omnes sciunt, qui literas humaniores colunt.
Propterea & obstitus vocatur Lunæ cursus ab

A 2

Apuleio de Demonio Socratis: *Alienæ lucis indiga, deriso corpore, seu lævi, ceu quodam speculo radios solis obstiti, & aduersi usurpat. & infra: pro situ, & flexu, & obstito circularū.* Sed hodie duo ij loci in vulgatis Apuleij codicibus corrupte leguntur. Atque hæc quidem coniectura nostra: quæ, cum sit iuris arbitrarij, legitimo, & ordinario iuri, hoc est scriptorum codicum auctoritati præferenda non est. Habet igitur membrana Excerptorum.

Solis scire modum: & quanto minor orbita Luna est. Hæc breuior quæ bisseños cito peruolet axes,

Annus ille meet. — Cuius lectionis rationem qui non capiat, ego illum, quid sit ratio, nescire putabo. Orbita lunæ est linea *ἐκλειπτική*. Ea Tarentina voce a veteribus Latinis vocabatur *circulus Manacus*. Vitruuius lib. ix. *Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.* Nā vt *καρδιαίοι* Illyrienses a Latinis dicti Bardiaci: sic *μηνιαίος* Maniacus, & Manacus. vnde *Almanac* dixerunt Arabes Kalendarium, addito scilicet articulo suo. Non enim, quod quibusdam persuasum audio, mera vox Arabica est, sed tantum in Arabicarum vocum familiam recepta. Merito ergo sententia doctissimi viri explodenda est, qui in Vitruuio non Manacus, sed *μηνιαίος* legendum censet.

Ver præit æstatem.] Bene sane. sed non deterius membrana,

Ver æstate perit. —

Saturni quæ stella tenax] *Tenax* est impediens, remorans, & vt veteres Augures loquebantur, *enebra,*

enebra, arcuata. Tibul.

Saturni sacram me tenuisse diem.

Quo Sirius incubet] Suspecta lectio: cum aliter habeant veteres editiones, quæ habent, *quo secus uius incubet index.* fortasse *quo secus incubet.* Nam *secus* deterius. Notissimum enim eius sideris ortu maximas tempestates cieri. Membrana habebat — *quo Lucifer incubet.*

Non digesta pati] Hic, *Non*, negatio repetenda est. quod & alias quoque fieri solet, vt, *non solum feci, sæpius* dicebant pro, *non solum non feci.* *Non pati*, inquit, indigesta nec incondita aceruo rerū, sed disponere, & digerere certa sede, & nota. *Nec aceruo condita rerum.*] Malo, *incondita*, hoc est indigesta, *καὶ ἐκ τῆς νεκροσφύρας*, vt loquitur Aristophanes.

Sed manifesta notis] hoc est, *ἐυβρυχεύει*; illa, de qua intelligit Hippocrates, disponere.

Diuini est animi] Huc referuntur omnes infinitiui, qui incipiunt post versum, *Digna laboratis, &c.* Nolle cursum Lunæ, discere astrorum cursus, & similia, diuini animi est. Quod qui statim deprehenderunt, versiculum, *Non oculis solum &c.* & sequentem, *More nec effusis &c.* importuno loco inseruerunt post *Digna laboratis &c.* quum post istum, — *diuini est animi &c.* statim sequerentur. Ita ergo ex auctoritate illius membranae, itemque sententia sic postulante, legendi sunt hi versus:

Non digesta pati, nec aceruo incondita rerum,

Sed manifesta notis certa disponere sede

Singula, diuini est animi, ac iucunda uoluptas:

Non oculis solum pecudum miranda uidere

More: nec effusis in humum, graui pascere corpus.

Diuini animi est, inquit, hæc & contemplari, & certa sede disponere, non autem more pecudum tantum ad ea stupere. nec effusis oculis in humum terrestria tantum sapere. Hæc veram lectionem esse, itemque hanc legitimam horum versuum sedem, nemo est paulo doctior, modo & æquior, qui facile mihi non concesserit.

Sed prior hæc hominum] Ex istis colligitur superiora per concessionem, imo per confessionem dici. Fateor, inquit, rerum cælestium rationes scire, diuini esse animi. Sed cælum cognoscere, terram vero ignorare, extremæ dementiæ esse iudico. Hinc ergo nos ad miraculū hoc Aetnæ considerandum latenter inducit.

Nam quæ mortali spes est] Et hic non leuiter grafsata est Correctorum licentia, cum mentem poetæ non assequerentur. In veteribus excusis recte legitur:

Nam, quæ mortalis species, quæ amentia maior &c. Illud, quæ mortalis species, dictum, quomodo, Nam, quæ tua humanitas, illi parces. Dictum vero *εις ευτελισμόν*. Nam, inquit, si humanam speciem contemplemur, quæ nihil cæleste habet: quæ maior insania, quam in cælestibus illis remotis immorari: hæc vero propiora terrestria negligere? species, τὸ χῆμα: significat vero tantum id, quod extra apparet. Ergo, ut dixi, *εις ευτελισμόν* dictum est.

Premimurq; labantes] Malo, quod illa membrana habebat. — premimurq; labore. quanquam ut ex illa

ex illa lectione leuiuscule deprauata veritas indaganda sit, statim ex sequentibus patebit.

Dum sese precio] Non minimæ laudis fuerit ex eadem membrana obscurum, & intricatum huius loci sensum expedire. Ex ea igitur ita legimus:

Torquemur miseri in paruis, premimurq; labores

Vt sese precio redimant. uerumq; professe

Turpe silent artes, uiles, inopesq; relictæ.

Hoc unum, inquit, satagimus, ut quum ex laboribus nostris tantum prouentus, & fructus refecerimus, quantum sumptus fecimus, postea ipsi labores, & artes a nobis negligantur. Puta, Agricola, qui agros colendos conducunt, seu redimunt, tantisper torquent se, dum tantum percipiant ex agro conducto, quanti locatus fuit eis a domino: & hoc solum considerant, possintne fructus, pro impensa ac labore redire. Quod si modo assequuntur, omnia reliqua perfunctorie agunt. Cum ergo ex prouentu, cultura labores reficiunt, hoc est, ut loquitur Cicero, quando non certatur cum impensis, fructibus vinearum: id nimirum est, quod ille vocat labores sese redimere precio. Illud vero Turpe, quod vix potuimus legere in illa membrana: dicendum *εις μισοι*. Propertius,

Et nimium remis audent prope, turpe, Latinis

Principe te fluctus regia uela, pati.

Verumq; professe] Verum profestas artes vocat, quæ pro sumptu & impensa pecuniam reficiunt domino. Sic elegantissime Pindarus in solatiū sumptuum & impensarū Olympionicis reddi

καλλίνικον λυτήριον διαπανός, quum gloria illos ex victoria sequitur. Nam τεθριπποτροφία non sine maximis sumptibus erat, ut sciunt omnes, qui Græcos auctores, præsertim Aristophanem legerūt. Sic ergo τὸ λυσιτελεῖς ab ea ratione dixerunt Græci: nimirum, quod sumptum æquat proventu fructus. Id enim ita Stoici veteres ἐτυμολογῶσι. Nempe ὅτι λύει τὰ τελέμχρα εἰς αὐτὸ, ὡς εἰ πῦρ ἀντικατάλλαξιν πῦρ ἐκ τῆς παραγωγῆς ὑπεραίρειν τῆς ἀφελείας. Et Bias recte dixit, ἐκ λυσιτελῶν εὐτελῶν, hoc est, ut ego alludens interpretor, ex vtilibus vilibus, non, ut Plinius, ex bonis malis.

Noctes atq; dies] ante hunc versum interiiciendi tres isti versiculi, qui infra alieno loco positi erant:

*Torquentur flamma terræ, ferroq; domantur:
Scrutantur terras, evertimus omne profundum,
Semen ut argenti quærat, ut aurea uena.*

Ex quibus cognoscis non solum loco suo motos, sed etiam inter se transpositos fuisse hos versiculos. quātum autem tenebrarum offuderint ei loco, in quem irrepserant, mox ex sequentibus apparebit.

Festinant arua Coloni] supra: *Festinantis opus.* & Horatius: *De prope care coronas.*

Callent rure manus] Theocritus, μακέλη τετυλωμένος ἐνδοθι χεῖρας.

Glebarum usu experiuntur] Inepta lectio, καὶ ὑπερόλοκος. in veteribus excusis nescio quid κίβδηλον legitur. — *glebarum experiuntur usu.* quod, quid monstri sit nescio, in membrana illa — *gleba-*

rum

rum experiuntur usu quod quamproxime accedit ad excusorum veterum lectionem, hoc est: nimia agricolatione, nimioque opere rustico sordescimus, ut a quouis expellamur, & explodamur.

Hæc herbis dignissima tellus] Sane nescio quid ἐδαρῆς in hac lectione apparet. Nam quid herbe ad platanos? sed vere, & eleganter in membrana exaratum fuit:

Hæc pluitus humus: hæc ederis dignissima tellus.

Exagitat superfluum studium arborum, quæ magis ob voluptatem, quam ob fructum intuebantur. In quarum numero, ut omnes sciūt, platani ad deambulationes, ederæ ad sedilia, & vmbracula diligenter ferebantur.

Hæc diti melior pecori] Iam cæpi meis suspicionibus aliquam fidem habere, cum hæc mihi suspecta lectio antea fuerit, & ex veteri membrana falsi conuicta. Ea habet:

Hæc dura, & melior pecori, siluisq; fidelis.

Intelligit ergo, quæ pastionibus melior erat. ea enim est quæ durior, & sterilior. Calles, saltus, siluas vocabant veteres. vide Varronem de re Rust.

Nullum fallere opus] ἐδὲν λαθεῖν ἡμῶς. Ita & alibi locutus est: — *nec tentat scire postem.*

Non multos cernere sacros.] Hoc sane ne Sibylla quidem intelligat. vetus editio habet — *non multis cernere sacros* &c. vide, an legi possit — *non limis cernere sacros* Aetnæi montis præcipue. Limis cernit, qui stupet nouitate rei, neque audet recto vultu ἀντιφθάλμειν, ut loquuntur Græci. Sacros

fremitus, & alibi *sacros ignes* magis ex admirantium persona, quam ex sua. vt supra: *Sacra perurgentem captiui tollere Celi*. Vult ergo nos nouitate rei non percelli. Quod Græci eleganter dicunt *ξενίζεσθαι*. Quod bene expressit vetus poeta: *Dum stupet, ac nouus est, & adhuc non nouit amorem*. hoc est, dum *ξενίζεται τῷ ἔρωτι, ὅτι τῷ ἔρωτι*. Hoc autem *καθὸς in Sapientem cadere* negabant Stoici: ἢ *ἄφρον ἂδ' ἐν θαυμάζειν τῷ δακτύλων παραδόξων, οἷον καρῶνεια, καὶ ἀμωωτίς, καὶ πηγαὶ θρημῶν ἰδέσθων, καὶ πυρὸς ἀναφυσήματα*. Et illam Stoicorum sententiam habebat in animo ille, cum ita scribebat:

Nil admirari, prope res est una Numici &c.

Item Seneca loquens de eadem re, de qua hic noster Corn. Seuerus: *Nihil horum sine timore miramur. Et quum timendi causa sit, nescire: non est tanti scire, ne timeas?*

Queritur argenti semen] Non solum hic alieno loco positum hunc versum, sed & ipsum corruptum esse ante admonuimus. Ita autem in veteri membrana exaratus fuit:

Semen ut argenti queratur: ut aurea uena.

Elegātius sane, quam quomodo formis excusi legūt. *argēti semen*, vt Lycophron, *ἀργύρε γνύθος*. *Non subito pallere sono*] Ne hunc quidem versum intelligunt, qui eum tanquam planum, & facilem præterierunt. Sed facile est errorem, seu mendum agnoscere ex illa membrana. Nam tribus sequentibus versiculis in suam sedem restitutis, & hinc exemptis, videbis ita coniungendum esse versiculum hunc, cum alio, qui proximus

ximus post illos tres versus succedit:

Non subito pallere sono: non credere subter

Celestes migrasse minas sub Tartara mundi.

Iam nihil planius ista lectione. Sed membrana iam nos defecerat, utpote quæ tantum habet vsque ad, *Plenaq; defecto. Celestes minas, Σιδὲρ μῖνον*. Qui enim audiunt illos *Ætnæ fremitus*, statim concipiunt in animis suis aliquid humano maius ibi esse &c.

Vnde repente quies] Totus hic locus ita legendus est:

Vnde repente quies, & multo foelere pax sit:

Concresecant animi penitus: neu forte cauernæ

Introitusue ipsi seruent: neu terra minutis

Rara foraminibus uenosis abstrahat auræ.

Illud, *Concresecant animi*: animos etiam ignis infra dicet. Posset & utcunque legi, *Cur crescant animæ*. Sed & prior lectio defendi potest.

Illinc infestus.] *Infestus* & *obnoxius*, opposita. Nam illud pugna, hoc vero cedens.

Addit concordia uires.] fallum. manifesto enim legendum, *discordia*.

Præcipiti delata sono] veteres excusi: *delecta*. Lego *deiecta*. Totus autem locus ita legendus est:

Præcipiti deiecta sono premit unda, fugatq;

Torrentes auræ — Nam, vt ex sequentibus patet, nunc apparat disputationem, qua vult probare, ventum illum, qui ignem animat, excitari maris agitatione, quod egit secretos calles sub terra. Id quod & Aristoteles quoque testatur: idque vocat *δυσανδυσίτην*. *Δασι*, inquit, *δυσανδυσίτην* ὑπὸ πλὴν γῆν ἢ θαλάσσαν. Quum igitur, vt

est in epitome Trogi, necesse fit, vt Sicilia per fistulosos meatus multam vim subiecti æquoris excipiat, aquarum ille concursus raptum secum spiritum in inium fundum trahit: atque ibi suffocatum tandiu tenet, donec per spiramēta terræ diffusus nutritiæta ignis incendat. Claudianus de Ætna:

*Seu mare sulfurei ductum per uiscera montis
Oppressis ignescit aquis, & pondera librat &c.*

Item & Lucretius:

*Præterea magna ex parti mare montis ad eius
Radices, frangit fluctus, æstumq; resorbet.
Ex hoc usq; mari speluncæ montis ad altas
Perueniunt subter fauces. hac ire fatendum est,
Et penetrare mare: & penitus se cogier arcto,
Atq; efflare foras: ideoque extollere flammæ,
Saxaque subiectare, & arenæ tollere nimbos.*

Addit similitudinem ex organis hydraulici. vt enim in illis agitatio aquæ tubulos animabat: ita etiam hic in Ætna motus aquæ subterraneæ excitat spiritum: spiritus incendium. Hoc sane, qui in Puteolano agro fuerunt, sciunt verum esse. Nam in eo tumultus ille, & fremitus montis ardentis non alia ex causa fit, quam ex aquæ egressum rimantis agitatione. Seneca: *Ignem spiritus concitat: aquæ, si uentum detrahas, inertes sunt.*

*Sonat ore diu] In antiquitus excusis, sonitura diu.
Ego lego: sonit aura. sonere aures dixit Lucretius.
Non probo aliorum correctionem, — resonante diu Tritone. Non dubium autem, quin Tritonē ponat inter hydraulica. qui aquarū assultu concepta aura, voces ederet, vt bucina: imo per bucinam,*

cinam, quam ori admotam gestabat, vocem ederet. In Theatris autem fuisse, & cum illis, quæ *ἠχέων* vocabāt, poni solitum fuisse verisimile est. Ex huius exemplo uult probare Ætnæ spiritus illos ex aqua intus agitata excitari. Quare fallitur multarum literarum vir, qui simpliciter hic tanquam de Tritone marino dictum acceperit, non tanquam de organo hydraulico. Non enim aduertit similitudinem, qua hic utitur poeta. *Carminēq; irriguo]* Præter primam, hanc quoque addidit *ἠχέων* ex organis hydraulici, quæ a pneusticis hoc differunt, quod pneustica nostra follibus ventum concipiunt: illa uero aquarum agitatione. Eleganter ea ita describit Claudianus in eruditissimo carmine ad Manlium.

*Et qui magna leui detrudens murmura tactu,
Innumeras uoces segetis moderatur ahenæ:
Intonat erranti digito, penitusq; trabali
Vecte laborantes in carmina concitat undas.*

Meminit & Seruius in illud: *Neptunus uētis impleuit uela secundis. Physice, inquit, locutus est. Motu enim aquæ uentus creatur, ut uidemus in bombis organorum.* Organarius vocabatur, qui hydraulica tractabat. Sic enim in veteri glossario: *Organarius, ἠχάδης.* Sed obscura sunt ea, quæ de illis tradit Vitruuius lib. x. & vt ipse ait, non est facilis ratio, neq; omnibus expedita ad intelligendum, præter eos, qui in his generibus habent exercitationem. Sed & pneustica organa nostra non ignota fuisse veteribus, argumento erit doctum Epigramma Iuliani Apostatæ: quod & dignissimum duximus, vt hic, non ibi tantum legeretur:

ἠλλοίω

ἀλλοίω δλονάων ὑρώ φύσιν. ἢ πρὸς ἄλλης
χαλκείης τὰ χα μᾶλλον ἀνεβλάσθη ἀρκείης.
ἀρχοί, ἐδ' ἀνέμωσιν ἰφ' ἡμετέροισι δλονέονται
ἀλλ' ὄσπὸ ταυρείης κροθορών ἀπὸ ἀήτης
νέρθει, εὐτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ἰδεύει.
καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοά δλακτυλα κειρὰς
ἴσεται, ἀμφαφῶν κανόνας συμφράδμονας ἀυλῶν.
οἱ δ' ἀπαλὸν σκιρτῶντες δποθλίβουσιν ἀοιδίην.

Non absimile faciebant & cadi, quibus impa-
ctę tibię erant. Quę quum ex quadam parte ho-
minis spiritu animarentur, cantum edebant di-
stinctum foraminū varietate: id quod in pneu-
sticis fiebat regularum motu, quas vulgo *Mar-*
cas dicimus. Ab eo *Pithaulę* dicebantur eorum
τεχνίται. Varro ὄνοσ λύρας.

Inflēt priusquam tibiās in orchestra,

Domi suę Pithaula ramices rumpit.

Item Propertius lib. I I I I.

Tibia Mygdonis cantat eburna cadis.

Qui locus Propertij ita antiquitus excusus,
postea ab audaci quodam interpolatus est. Et
verisimile est nihil aliud voluisse Senecam, quū
hęc ex Metrodoro verteret. Quomodo in dolio
cantantis uox per totum cum quadam discussione per-
currit, ac resonat, & tam leuiter mota tamen circuit nō
sine tactu eius, tumultuq; quo inclusa est. &c. Ascau-
les vero, quem Latine vtricularium dicimus,
pene idem facit. Hoc tantum differunt: iste in-
stigans ventum conceptum, exanimat vtrēm, ac
veluti exprimit cubito; vt in Copa:

Ad cubitum raucos excutiens calamos. Cuius ge-
neris sunt præstantissimi technitę in agro Pi-
ctauensi.

Pictauensi. Pithaula vero, quum inspiratam in ca-
do ligneo, aut eburneo concepisset animā, per
fistulam vocalem, foraminibus in ea dispositis,
ita modulationes, &, vt Gellius loquitur, fre-
quentamenta distinguebat.

magni cortina theatri] Hoc est tholus theatri.
Ennius:

Quęq; freta caua ceruleo cortina receptat.

Torrentibus aura] Lege, torrentibus auris. Submo-
ta, subauditur unda. Alioquin satis obscurum lo-
cum puto fuisse iis, qui recentioribus editioni-
bus præfecti fuerunt.

Vt quum densa cremant] *Cremant*, crematur. vt, *Mo-*
uet mare — & Catullus: — *tantum abhorret, ac*
mutat. Eandem similitudinem videtur æmulatus
Seneca, vt & alia, quum de eadem re tractaret.
Alij, inquit, in igne caussam quidem esse non ob hoc
iudicant: sed quia pluribus locis ardeat, & proxima quę-
que consumat. Quę si quando exesa ceciderint, tunc se-
qui motum earum partium, quę subiectis admniculis de-
stituta labant: donec corruere, nullo occurrente, quod
onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti ape-
riuntur: aut, quum diu nutauere, super ea se, quę super-
sunt, stantq; componunt. Hoc apud nos quoq; videmus
accidere, quoties incendio pars ciuitatis laborat, quum
exusta trabes sunt, aut corruptę, quę superioribus firma-
mentum dabant: tunc diu agitata fastigia concidunt: &
tandiu differuntur, & incerta sunt, donec in solido re-
federunt. Hęc Seneca: in quibus expressam pe-
ne iisdem verbis eandem sententiam vides. Ad
hanc rem facit, quod, quomodo veteres partem
corruptam in ædificio vitium facere dicebant:
ita

ita etiam, quum partes plures in ruinam procliu-
ues essent, *conuitium* vocabát. Sic legitur in quo-
dam monumento nostræ Veronæ: **C O N V I -**
T I V M R E F E C E R V N T. V A L V A S, L I -
M E N D E S V A P E C V N I A L A R I B V S
D A N T.

Nomina tota] Lege, *Momina*. Ita vocat procliu-
es in ruinam partes, & nutantia in se pondera. *Mo-*
men proprie est $\rho\omicron\pi\eta$ in libra seu bilance.

Principiisq; aliis.] Pessimo facinore hunc locum
interpolarunt Correctores. At veteres editio-
nes recte:

Principiis quod ab his credas consurgere ventos,

Non dubium rupes &c. est autem eadem locu-
tio supra, vt annotauimus, & apud Terentium:

Quod tibi nunc vir uidetur esse, magnus nebulo est.
Dixit a ventis ruinam excitari. At nunc occur-
rit obiectioni, si quis forte putat ex ruina ven-
tos cieri.

Proruere ingenti sonitu] Repone ex antiquitus ex-
culis, *Prouehere*. Prouehi cauernas vi, & impetu
ventorum. deinde — *Casusq; propinquas*

Diffugere, impelliq; minas. — non, impellique
animas. *Minas* vocat, quas iam *Momina*. hoc est
nutantes ruinas.

Hinc cernere ventos] Hinc licet cernere ventos esse
causam ruinæ, non contra. Hoc volebat proba-
re. sed lacuna facta est. quare statim post hæc
asteriscus apponendus, quo inter hæc, & se-
quentia verba, labes facta esse notetur.

Vt campis agrisq; solent] Scribe, *solet*. Deinde:

— *quos obruit annis*

Vallibus

Vallibus exoriens — intelligit $\gamma\omicron\ \rho\epsilon\lambda\delta\ \rho\alpha\upsilon$.
Vis proxima uento est] Lego, *uenti*, vbi enim flu-
mina, ibi aura quædam proxima. Certum enim
& ex fluminibus auras excitari. Cui rei vel fi-
dem fecerit ille apud Plutarchum in *Vitis*, qui
noctu ex recentis ventuli agitatione suspicatus
est non procul flumen abesse.

Hoc plura efficiant] Ita legendum est:

Hoc plura efficiant intro, usq; necesse est.

Hic igitur causis] lege:

Hic igitur causis extra, venitusq; coacti

Exagitant uenti — sic paulo post idem error.

Ingeminat fluctus — legendum, *ingeminant*. Ex-
hausta vnda, $\alpha\ \epsilon\lambda\gamma\epsilon\zeta\ \beta\epsilon\lambda\omicron\upsilon$. $\alpha\ \rho\epsilon\lambda\delta\ \rho\alpha\upsilon$. Ho-
merus de *Scylla*, & *Charybdi*.

Pugnantes suffocant] Neque hoc intelligo, neque
concinnus versus est. Ego puto legendum: *Pu-*
gnantes sifone catit intus. *sifone*, seu *sifone*, est $\tau\epsilon\beta\omicron\upsilon$ ab-
sorbens fluctus. Quod ex comparatione se-
quenti explicatur: — *ut unda profundo*

Terg; quaterq; exhausta graues ubi perhibet Euros.
Cum dicit *sifone* quati ventos, significat ex ab-
sorptu illo stipationem ventorum fieri: ex qua
motum illum, $\epsilon\zeta\ \sigma\epsilon\upsilon\gamma\upsilon\upsilon$ in partibus procliu-
ibus, & ruinosis nasci. *Catit*, pro *Quati*. In Plau-
to *Cataliut*, pro *Quate aliud*.

Corpora uenat.] *Exoletæ* editiones habebant,
neruos. Quod dictum, vt Græcorum $\iota\upsilon\alpha\sigma$. Itaque
illam lectionem mutare mihi religio est.

Confluuio reuolutis] veteres editiones, *Reuolvens*.
sed mendose, pro *deuoluens*. Lego totum locum,
Confluuio deuoluens aestibus. vt dicat *aestus* conflu-
uios.

uios. *Deuoluens* ἀρχαίως dictum, vt — *uoluentibus annis*: &, — *uoluentia plostra*. Est autem hic τὸ *Deuoluens*, κατωφερής, vel vt poetæ dicunt, προαλής. Quod Latinis poetis est *Præpes*, vt Ennius dixit — *præpete portu ad Græcorū exemplum*, quibus est προαλής πεδίον. & poeta vetus ἀνώρυμος. — *magnus cui præpete mento* *Perfluit Oceanus* — *Præpes mentum*, vnde nimis facile labant aquæ. Et Ennius:

Præpetibus hilares sese, polchreisq; locis dant.

Præpetia loca dixit, ad quæ facilis allapsus esset. Est autem vox omnino Græca προπετες, facile pronum ad labendum.

Quod si forte putas] Dixerat iandudum caussas incendij non in superficie montis esse, sed in fundo. Cui consequens, & ἀκόλυστον nunc addit, Aetnam non agitari ab externo vento, sed suo ex aquarum intestinis colluctationibus excitato. Idque probat ex caligine, quæ semper ultra Aetnæum apicem cernitur. Nam quum residet æstus, tunc illa nubes agitur ad perpendicularum. Nam si ita esset, necesse erat librari ab æstu montis. Atqui illa, qua ventus cunque impellit, fertur, quum tamen Aetna non æstuet. Idem & Seneca attingit loco, quem supra attingimus.

Atq; iisdem pulsus.] Repono *pulsos*, quod & confirmatur ex veteribus editionibus. Pudet me in tam minutis immorari. Sed quid facias, vbi in recentioribus editionibus nihilo correctior lectio inueniatur?

Siccus Ioue] Alij, puta antiquitus excusi, pro *Ioue* habent

habent, sic. Ergo *Ceruleum* pro *sudo*, & *sereno*. Ira & alibi loquitur: — *Cum sicco frigida monti Desidia est* — Ita & *Cesennius Getulicus*:

Non illic Aries uerno ferit aera cornu:

Cnosia nec Gemmos præcedunt cornua Tauri.

Sicca Lycaonius resupinat plostra Bootes.

Tanquam intelligat Britanniam *sudo*, & *sereno* aere esse, propter diuturnam glaciem. Quod tamen secus se habere experiētia docuit nos. Eos versus *Getulici* apud *Seruium* corruptos emendauimus.

Illic obscura] De hoc ita *Aristoteles* loquens de montibus ardentibus: τὸ δὲ αὐτὸ αἰτίον καὶ τὸ εἰωθὸς ἐνίστε γίνεσθαι σμίξιν ἀπὸ τῶν σφαιρῶν. ἢ γὰρ μετ' ἡμέραν, ἢ μικρὸν μὲν δυσμάς, ἀιθρίας ἔσσις, νεφελῶν λεπτὸν φαίνεται διατείνεν, καὶ μακρὸν, οἷον γραμμῆς μῆκος ὑψύτητι διπλωμένον, ἢ ἀνεύματις ἀπομαραινόμενα ὄψα πλὴν μετὰ σασιν. Scribit & *Strabo*, quosdam ausos ascendere summum cacumen, ac retulisse inter alia, quæ reperissent, fuisse μέγαν θανάον τετραδὸν πλὴν χροῶν. ὑπερ ἧ τὸ εὐνὸ νέφος ὄρθιον ἐξαναστρεφὸς εἰς ὑψος, ἔχον διακοσίων ποδῶν ἡρεμοῦν. Εἰκάζειν ἧ κατιῶ. Ergo in sequentibus legendum *circunstrepit*, non *circumstrepit*. Quod quur in *circunstupet* mutarit *Antuerpensis* editio, caussam non dispicio.

Placantes etiam] Quum resedit tempestas *Aetnæ*, incolas ad summum montis culmen ascendisse proditum a *Strabone* eo, quem modo citauj, loco. Etiam rem diuinam facere solitos addit hic *Corn. Severus*. Nam si nihil intestinum, inquit, irritet flammæ, quæ sunt semina tantarum

rerum, & stupeat profundum: sæpe in summo iugo videas incolas rem diuinam facere, vel usque ad ipsos crateras, καὶ τὴν λεγόμενον ῥύμα.
Improspectus hiat] Hoc denotat altitudinem, ad quam prospectus hominū peruenire nō potest.
Stupeatq; profundum] εἰς ἡπείρου τὰ κατώ. Quia non vult externo vento agitari. Quod & diuinus vir non ignorauit, quum cecinit — *fundoq; exæstuat imo.*

Huic igitur credis] Valde corruptus locus: quem ita legendum esse nullo modo dubito.

*Hinc igitur quæris, torrens in spiritus ille,
 Qui rupes, terrasq; uorat, qui fulminat ignes,
 Cur exit uires, & præceps flexit habenas.*

Torrēs in correximus. Sic loquitur Virgilius sæpenumero. — *uolat in feruidus axis.* porro adstruit argumentum a leuitate.

Cur egit uires] Repono lectionem veterum editionum. *Cur exit uires* — Sæpe veteres ita loquuntur: vt apud Statium, *exire uitam sanguine*: apud Solinum, *exire hominem*: apud Lucretium, *Profluum porro qui tetri sanguinis acre Exierat — Et præceps flexit habenas*] Eleganter, vt supra:

Seu forsan flexere caput, tergoq; feruntur.

Ita etiam vulgo loquimur hodieque in Gallia, Metaphora a re equestri, vt ἵππων κρέσασθαι, a re nauali.

Corpora diripiant | *Lege:*

Corpora diripiat, ualidoq; absoluerit arcu.

Cur cavernosa non diruat, & pessundet, & dissoluat a suo arcu, hoc est fornice. Nam suspensum quasi fornicibus solum sæpe idem dixit: id est cauer

cauer

cavernosum.

Oculorum transfugit ictus] *oculorum ictus*, ἐλλυκώς dixit ὀφθαλμοῦ ῥελά: vel vt D. Paulus, τὰς ῥιπὰς. *Nec leuitas*] *Corruptus locus.* legendum.

Hæc leuitas tanta est. igitur serit aura, mouetq;

vt sit ἐπιφάνεια cum conclusione, vel epilogo.

Sparsa liquore] Iandudum occurrebat interroganti, quare ille ignis & spiritus quum adeo rapidus sit, non demoliatur suspensos fornices, & saxa decliua. Id ille ait quominus fiat, in causa esse miram rapiditatem, & torrentem impetum. Nam quum ille spiritus incidit in rectos canales, ac nihil obuium habet, quo, vt Seneca loquitur, sufflaminetur, ac interpelletur. tunc propter liberrimum cursum tanto impetu fertur, vt ipsam etiam oculorum attentam aciem fallat. Ad dit cōparationem a face lustrali. Quam Sacerdos in lustrationibus facem quatit, tantus inde excitatur flatus, vt ex eo repercutiantur & ora, & corpora nostra: tamen neque aduruntur fata, quæ proxime admota fax lambit, dum agitur: neque cinis ex altari rapitur Genus lustrationis, quo de intelligit, disertim describit Claudianus vi. Consulatu Honori.

Lustralem sic iriste facem, cui lumen odorum

Sulfure cæruleo, nigroq; bitumine sumat,

Circum membra rotat doctus purganda Sacerdos,

Rore pio spargens, & dira fugantibus herbis

Numina terrificumq; Iouem, Triviamq; precatus

Trans caput auerjus manibus iaculatur in Austrum

Secum rapturas cantata piacula testas.

Vt etiam inde possis assequi, quas tædas inruit

B b 2

Ouidius, illo versu:

Vror, ut inductæ cerato sulfure tædæ. Iuuenalis:
— *si qua darentur Sulfura cum tædis.* — Ab illa au-
tem agitatione, quæ fiebat in orbem manavit
verbū circumferre. — *ter socios pura circumtulit unda.*
Sparsa liquore] Nam prius abluebantur rore pio,
hoc est, expiatorio: quod Græci vocant *χερνιπ-
τεδαι*. Aristophanes *Εἰρήνη*, αὐτὸς τε χερνιπτε
καὶ θεοὺς ταύτῳ ἐμοί. ταύτῳ, hoc est, τῷ δ' ἄδ' α,
facem.

Verberat ore] *Lege, ora.* Repercutit ora nostra,
& cogit incurfare corpora eorum, ad quos ac-
cidit facis agitataæ aura. Hoc sane quotidie ex-
perimur verum esse in pueris a pedibus, qui no-
ctu faces allucent heris suis. Quum enim lan-
guens lumen rotatione facis recreant, tantū au-
ræ excitant, vt circumstantium corpora trepi-
dare faciant, nihil autem proximum vrant, id
enim non finit celer, & rapida agitatio. Quare
& Seneca cum multa alia ex hoc poemate de-
sumpsisset, non abstinuit hac comparatione:
*Fax, inquit, exagitata ignes restituit: immota
torpescit.*

Plantis humor] *Lege honor.* τὰ γήρῳ, καὶ τὰ ἐπὶ ἀν-
θεμῶν *florum intelligit, aut folia.* Tale illud — *st-
uis decussit honorem.*

Surgit adoratis] *Melius, odoratis.* Nam Græci
κνισθῆντας ἑωμόυς. Altera probatio. Ignis ararum
tametsi liberrime sursum effertur: tamen in-
noxius est, neque proximas arborum frondes
adurit.

Et pax innoxia parti] *scribe, vt & nonnulli codices
habent,*

habent, *rapti.* tanta est illi pax innocens rapi-
næ. Magis placet, *sax,* vt & nonnulli habent.

Siue peregrinis] *Scribe:*

Siue peregrinis igitur, propriisue potentes.

Conturant animæ causis — Est concessio, *συγ-
χώρησις. ἀλλ' ἴσεν.* vt vt habet ille spiritus, siue ab
ipso fundo Aernæ, siue a peregrinis causis aliū
de excitatur: certum est ex violentia; ac impetu
spiritus inter se collidi saxa, & postea ignes ex-
cudere: vt in siluis, inquit, euenire solet. Nam
arboribus inter se ventorum vi colluctantibus,
ex grauissimo illo fluctu sæpe ignes exprimun-
tur. Id quod postea exemplis confirmabit.

Ille impetus ignis] *Interpūge post, ignis. illa, inquit,
est vis ignis, vnde vnde erumpit.*

Et montis partes atras] *scribe, atra. atra arena.
Infra:*

— *atq; atra sonant examina arenæ.*

Haud aliter] *Hoc Lucretius ante dixerat, vt lib. i.*

At sepe in magnis fit montibus, inquit, ut altis

Arboribus vicina cacumina summa terantur

Inter se, ualidis facere id cogentibus Austris:

Donec fulserunt flammæ fulgore coorto. Item li. v.

Et ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans

Aestuat in ramos incumbens arboris arbor,

Exprimitur ualidis extritus uiribus ignis.

Et micat interdum flammæ feruidus ardor,

Mutua dum inter se rami, stirpesq; teruntur.

Thucydid. ἡδ' ἡ γὰρ ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῦς βεῖσα ὑπὸ ἀνέ-
μων ἀπὸς αὐτῶν ἀπὸ ταυτομάτης πύρ, καὶ φλόγα ἀπ' αὐ-
τῶν ἀνῆκε. Eiusdem notæ quod ait Plinius: *Teritur
lignum ligno, ignemq; concipit attritu excipiente mate-*

ria aridi fomitis. Eius rei inuentum Mercurio attribuitur in hymno ad eum:

σὺν δ' εφόρῃ ζύλα πολλὰ, πῦρ δ' ἐπεμαίετο τέχνῳ.
διάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλών ἐπέλεψε σιδήρῳ.

ἄρμυρον ἐν παλάμῃ ἀνὰ δ' ἀμπνυτο θερμὸς αὐτμῖν.
ἔρμῆς τοι πριάτις α πυρῆια, πῦρ τ' ἀνέδωκε. Eo-

dem modo Vestales Virgines sacrum ignem extinctum reparabant. Festus: Ignis Vestæ si quando interstinctus esset, Virgines uerberibus afficiebantur a Pontifice. Quibus mos erat tabulam felicitis materiae tandiu terebrare, quousque conceptum ignem cribro aeneo Virgo in aedem ferret. Quamquam corrigendum illum locum puto. Quibus mos erat clabulam felicitis materiae tandiu terere. Nam atteritur lignum ligno, qui inde excudatur ignis. Quid sit clabula, vel lauola non ignorant, qui auctores rei Rusticae legerunt. Est autem Graecis σκῦλαλον, ἰποκοριστικῶς a claua. Cato mateolam vocat. Poterat & legi, talea. Sed prior emendatio murada non est. Hæc serpunt] lege, & serpunt. Tamen, ut verum fatear, non puto eam esse lectionem legitimam, sed conflata fuisse ex hac vitiosa scribendi consuetudine, exculpunt. hoc est, ἐκθλίβουσιν, excudunt, extundunt. — Ut varias usus meditando extunderet artes.

Vt rapiant vires] malo, ut reparent.

Pelle nefas] Nefas, τὸ ἀδύνατον. Horatius, Quicquid corrigere est nefas. Graecis ἀθέμιτον sæpe est ἀδύνατον, ut Euripidi, & θέμις. & Plutarchus in Paulo, θεμιτὸν ἐκ ἐσιμὴ βάλλοισι κατατευσ οχεῖν.

Nec paruas mendicat] Melius antiquæ editiones:

Nec paruo mendicat — Lego totum versum:

Nec

Nec paruo emendicat opes, neque conrogat duras.
Presto sunt operi] Lege etiam ex antiquitus excusis.

Presto sunt operæ, uentorum examina, semper.
Eleganter uentorum examina vocat operas, tanquam fabriles operas, aut rusticas.

Causa latet] Locus pessime acceptus. Qui sine dubio ita legendus est:

Causa latet, quæ rumpat iter, cogatque morari.

Rumpere iter etiam Horatio: rumpat aut serpens iter institutum. Dixit causam certam latere: nam ut dubius, multas eius rei causas reddit. quamquam nonnullæ editiones habent, Causa patet. Sub pondere presto est.] legendum fortasse. — sub pondere pars stat. vel, sub ponere restat. Nam procliuiua ruentis tecti pondera tandiu deuoluuntur in ruinam, donec in stabili consistere.

Haud secus ac] Ita legitur in antiquitus excusis.

Haud secus ac teneros cum sicco frigida monti

Defudat. — Ego lego:

Haud secus, ac cernens cum sicco frigida monti

Defudat. Haud aliter, inquit, ac cum defudat, & liquata percolatur de monte congeries illa scilicet cernens, hoc est minuta in cribrata. ut infra, fructus succernens eodem modo. Metaphora a fusoriis. Nam dum accenditur ignis, coquitur metallum: ubi fundendum est, & liquidum remouentur fomenta ignis. Ergo frigidam congeriem vocat, cum elanguit ignis, & defudat, hoc est colatur materia. Hic sane est verus huius loci sensus.

Dycedere montes] Discedere montes esset, ut dis-

Bb 4

cedere terram Sericæ: & discedere cælum Ciceroni. Effet itaque hæc mēs poeta: Quum tuto partes montis erosi ruunt, subducētib; sensim se partibus, quæ ruētēs exciperent. Sed non ita est Nam de ventis agit, non de mōtis vitiosi partibus. Quare lego: — *tutoq; licet discedere ouantes.* hoc est, quum liberum aditum habent ventū. Nam sequitur: *Post ubi continuere moram — Si cessant a rure*] Nihil magis rusticum hoc rure. Nam quid habebant in animo, qui hoc mutarunt? quid aliud erant, quam, vt Catullus ait, pleni ruris, & infacietiarum? Veteres formis excusi recte habent, *Si cessant a iure* — Tralatitio dixit ventos remittere de iure suo, quum cessant, quomodo & Cicero saepe loquitur. Quin & eodem modo Seneca de spiritu loquens: *Soluit enim quodcunq; uinculum, & omne onus fert secum, infususq; per minima laxamenta superat indomita nature potentia liber, at utiq; quum concitator ius suum sibi uindicat.* Quum igitur, inquit, cessant venti, auferunt simul spectacula: hoc est, cogunt cessare ignes illos, quos mirabundi spectamus. Ferunt, vt Virgilius: *Omnia fert atas* —

Nunc superant] Legendum ita:

Nunc superent quæcunq; regunt incendia flue,

Quæ flamas alimenta uocent, quod nutriat Atnam,

Incendi poterunt — Si superet, inquit, materia igni, & id genus alimenti, quò incendium nutrirī potest, tunc flammæ viuunt, quandiu materia suppetit. In veteribus excusis legitur, *Quæ flammis alimenta uocent.* Nō male legeretur, *Quæ flammis alimenta uacent.*

Oppo

oppositumq; igni] lege — *appositumq; igni genus utile torrent.* *appositum igni,* τὸ ἐπὶ τὸ ἐξ ὀμῶν, καὶ ἐπιφυκὸς καὶ ἐδαμ;

Nunc spissus crebro] *Præbetur uimine, elegāter: percolatur,* διηθείται. Et dixit *Præbetur*, vt ostendat perpetuo suppetitari materiam. Vimen vero tralatitid ἡθμός, ὄλισθηρ. Pro quouis enim textu, & eo, quod Græci dicunt πλέγμα, sumebant Veteres. Manilius:

Incautosq; trahunt macularum uimine thunnos.

Nam non nassas, sed retia ipsa intelligit. Quin & Virgilius id, quod cratis formam habet, ita vocat.

Arbutis texunt uirgis, & uimine querno.

Item in Priapeo Ithyphallico:

Tectam uimine iunceo, carickq; manipulis.

Crebrum, est πλούσιον. Plautus, *Crebro crebrius.*

Spissus succus est lentor, ἢ γλιχρότης, vel potius λιπαρότης. vt magis aptum ad torrendum ostendat. Sic paulo post.

— *in pingui feruent incendia succo.*

Atq; hanc materiam] Ita lego:

Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes

Infectos rumpunt & aquæ radice sub ipsa.

aque, infectæ scilicet.

Que corpore dura est.] Non audeo priscarū editionum fidem eleuare, quæ habent: — *rubet, ipsaq; dura est.* a colore, & a densitate probat.

Quin etiam uarie] Veteres editiones:

Quin etiam uario quedam sunt uimine saxa. Lego:

— *sub uimine saxa.* Hic quoque, vt supra, uim-n vocauit, per quod percolantur liquefacta saxa.

B 5

Ex quibus. ut obriguerunt, fiunt molares lapides: quos & Theophrastus quoque purat ἐκ τῆς θύσεως, καὶ ἐκ τῆς θύσεως fieri. Sed & Strabonem audi de hoc ita scribentem: ὁ δὲ ῥύαξ, inquit, εἰς πλὴν τῆς ἐν μετὰ βάλλων ἀπολιθοῦ πλὴν ὀπιφανείαν τῆς γῆς ἐφ' ἰκτερόν βαθός, ὡς ἐλαττωμένης, ἔτι ζεῖται τοῖς ἀνακαλύψαι βελομέναις πλὴν ἐξ ἀρχῆς ὀπιφανείαν. Τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆροσὶ τῆς πέτρας, εἴτα ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν, πηλὸν ὄστι μίλας ῥέων καὶ τῆς ὀρεινῆς: εἴτα τῆς ἐν λαβῶν γίνεται λίθος μολίας. Posidonius quoque apud eundem, quum de illo insigni incendio Liparæ insulæ loqueretur, quod accidisse testatur temporibus suis, quum Flaminius Prætor Siciliam regeret: postea de molari lapide hæc addit: πολλὰς δὲ ἡμέρας ὑσέρων ὠρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθῆναι τῆς θαλάσσης, πολλὰς δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπῆσαι, καὶ καπνὸς, καὶ λιγνύας. ὑσέρων δὲ παρῆναι, καὶ γενέσθαι τοῖς μολίας λίθοις ἐοικῶτα τῆς πέτρας. Iccirco diuinus Poëta cecinit de Ætna, liquefacta saxa sub auras glomerare. Nam, ut diximus, ex illis fit silex, aut molaris lapis.

Illis custodia flammæ.] Ideo vocatus est πυρίτης. Plinius: Molarem quidam πυρίτην uocant, quoniam sit plurimus ignis illi. Sequentia autem ita legito:

— Sed maxima quippe molaris

Illius incensi lapidis sibi uindicat Aetnam. Vult enim maxima parte Ætnam ex illo lapide constare. Quod verum est.

Sed simulac ferro] Et Plinius: Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis: quos uinos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi explorato-

ribus

ribus castrorum maxime necessarij: qui clauo uel altero lapide percussi scintillas edunt: quæ exceptæ sulfuratis, aut fungis aridis, uel folijs, dicto celerius ignem trabunt. Atq; exue robur] Robur lapidis, robur ferri dixit, ut Lucretius, ferri potestas. Etiam Græcis ἀνάμασι δούρα, & Poëte μένος χαλκῆς. Exuere proprium uerbum ei rei. Sic alibi:

Sic ueluti in fornace lapis torretur: & omnis

Exiit penitus uenis. — alibi:

Lentitem plumbi non exiit?

Fundetur ferro] uult probare τριπτες esse silices, modo non leniori, sed fortiori igne coquantur. Ita & Simfotius Poëta in suis Ænigmatibus ita silicem de se loquentem inducit.

Virtus magna mihi duro mollitur ab igne.

Cessantiq; foco, uirtus tamen inuis adheret.

Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

Rationem eius rei mox ipse apponet in sequentibus.

no. tutior haustu] Lege — non tutior haustu *Vlla domus* — Etiam huius coniecturæ vestigia retinent veteres excusi ubi legitur haustu. Simul, inquit, haustit flammæ, nulla domus tutior haustis. nihil æque fideliter flammæ seruat. Nulla domus, aut custodia fidelior igni recepto, quæ ille lapis, utpote qui minime ὑμῆδος, neque μαρός sit, sed denso stipatus robore.

Seruus aciem] uocat aciem τὸ σόμωμα. Sic Plinius de Cotibus loquens: *repertæ sunt & in Italia, aquæ trabetes aciem, acerrimo effectu.* τὸ σόμωμα Martialis uocat gelar. alij, ut Plinius, rigere. Ferri rigor τὸ σόμωμα Virgilio.

Darantus

Duramq; tenaci] Corrige, — *duramq; tenaci Septa fide* —

Tutum est illi.] Lege, — *tanta est illi patientia uicto.*
ἐπιφώνημα.

Vix unquam redit] Lege: *Vix unquam perdit uires.*

Et sine semine terra est.] Ut terrę semē, sic in Gręca Tragœdia σπέρμα πυρός. Pumices intelligit, qui succo carent. iccirco *sine semine*, tanquam ἀγόνος.

— *Quæcunq; est fertilis igni*] ἀρχαϊκῶς dictum. Sic Plaurus:

Amor & felle, & melle est fecundissimus. Infra,
— *& sacro nunquam non fertilis igne.*

Quam leuis excocto defecit] aut *defectus* legendum; aut quod magis puto, *defecis*. hoc est ἀτρυγός, sine face, exuctus. & mihi videtur elegantissime dictum. ut *defrens*, pro segete demessa. In veteri Glossario, *Defrens*, ἀρρα διελαθεῖσα. *frenare*, est rumpere.

Delapsus arenas] omnino *dilapsus*. Horatius:

Dilapsam in cineres facem.

Illic materia nascentis] Eleganter τὸ γόνιμιον, *nascentis* dixit.

Sed genus hoc lapidis] Sed certissima sunt signa, & argumenta coloris in lapide hoc genus, hoc est pumice. certissimo, inquam, argumento est color ipse, quod nullas opes adiunxerit, hoc est, quod nullo præsidio munitus sit ad reparandas vires suas, ut silex, qui millies liquefactus redit ad pristinum ingenium. Pumex ergo Ærneus, cum nigerrimus sit, ostendit colore suo nihil se reliquum fecisse igni. nam quum, ut dixi, niger sit,

fit, nihil aliud, quam vstus est: ut si iterum torreatur, torus in cineres dilabatur, ut carbo. At non ita molaris. Quod autem niger sit pumex Ærneus, testatur & Theophrastus de pumicibus loquens: διαφοράς ἡ ἔχει πρὸς ἀλλήλας, καὶ χρώματι, καὶ πυκνότητι, καὶ βάρει. χρώματι μάλιστα μέλαινα ἢ ἐκ τῆς βίας ἐν Σικελίᾳ, πυκνὸς τε, καὶ βαρεῖα αὐτῆ, καὶ μυλωδῆς. Ita enim corrigimus in Theophrasto.

Dicitur insidiis] Hæc est mens huius loci: Quondam Ænariam insulam, de qua & Festus mentionem fecit, arsisse, ut Ætnam: tãdem defecisse in pumices. Quare τὸ *insidiis* suspectum mihi est. fortasse legendum *indiciis*. ut ex solis pumicibus Nautæ probent quondam arsisse: & pumices dicantur indicia veteris incendij.

Nunc extincta] Lege: *Nunc extincta superq; satisq;.* —

Neapolin inter] Ita hæc lego — *Neapolin inter,*

Et Cumæ, locus est, multis iam frigidus annis.

Cuius ab æterno pinguescens ubere sulfus

In mercem legitur. —

Nec obesa cacumine] Lego: — *nec obesa cacumine terra est.* Lapis, quẽ dicit relegendis ignibus aptum, hoc est, excudendis, est igniarius silex. Ex quo lapide silice partim, partim sulfure Strôgylen constare. Ea enim est, cui nomen facies dedit ipsa rotunda. Quæ tota hodie ardet.

Et lapis accretus] accretum lapidem hoc est πυκνόν, opponit pumici, qui est spôgiosus. Vnde nomen habet. Nam Spumex prius dictus fuit. Nihil enim aliud, quam spuma & fax quædam lapidum liquefactorũ est, ut scoria aliorum metallorum

tallorum accretus, est *νασός* respectu pumicis, qui est *σομφός* & *μυρός*. Semper Plinius τὸ *νασός* *ονα* cretum vocat. vt præter alios locos, in lib. VII. Quibus, inquit, natura sunt concreta ossa, qui sunt *vari* admodum, cornei uocantur. Vult dicere, vt obiter Plinium interpreter, qui sunt natura torui, rigidi, & inflexibiles, quos paulo ante *ἀπαθῆ*: a Græcis dici scribit, eis aliquando ossa concreta, hoc est, sine medulla esse, & corneos vocari. Ergo licet colligere, cur corneam fibram dixerit Persius. Nam τὸ *ἀπαθῆ* intelligit. Sic lib. xxxi. idem Plinius ait cornea piscatorum corpora fieri, hoc est omnium τὰν ἐξ ὠθεν ἀπαθῆ, utpote quæ sole, & sale durata sint.

Insula durata] lego, *Insula durat adhuc*. Vulcaniam intelligit. etiam pars eius ardet hodie.

Que restat] Variant hic impressi veteres. Vnde suspicari licet diuerse tortum hunc locum fuisse a Correctoribus. Præterea non video, quare *Liparen* minorem dicat, quæ & princeps, & maxima *Æolidum* insularum est. Strabo de *Æoliis* insulis: εἰσὶ δὲ ἑπτὰ μὲν τὰ ἀειθρόν. μέγιστη δὲ ἡ λιπαρὰ κινδύων ἀποικος, ἐγλυτάτω δὲ σικελίας κειμένη.

Quare lego: *Que restat, maiorq; est diues, est ubere terra est*. Diuitæ & ubere terra esse auctor idem Strabo: ἔχει δὲ καὶ πλὴν γῆν ἑυκαρπὸν, καὶ σὺπῆρας μεταλλῶν πρὸς δὸν, καὶ θερμὰ ὕδατα, καὶ πῦρ ἀναπνεύσας.

Ni furtim generet] a verbo *Geno*, quo sæpe vtritur Lucretius, & Varro. *Vlpia*. Si quis mihi filius, aut filia genitur, heres esto. Recentiores editiones hunc locum, de quo nunc agimus, corruerunt.

Materiam,

Materiam, suamq; suam] τὰν ἑαυτῆς. Nam vtrunque est *υλκ*.

Res ipsa nota est.] Est argumentum.

Nec tentat fallere postem] Lege, *pestis*. ἴδ. ἑπιτιθεῖται, ἴδ. τετυχῆται ἑπιτιθεῖται ἴδ.

Haud equidem] Primum sic lectionem restituo:

Haud equidem mirum factu, quod ceruimus extra,

Si lenitur opus reses, at magis vitur illic,

Sollicitatq; magis etc. Quando tempestas

Ætnæ derumuit, tunc magis nutrir incendium.

Quod verum esse colligo ex simili argumento, quum memini me in Scotia videre fossiles illos carbones, quibus omnis ea natio vtitur in vsum ligni, per se paulatim accedi minimo ignis adiumento: sufflatione vero nihil profici.

Nam stimulatq;] Pessime torta lectio. Ego lego:

Nam stimulatq; mouet curtus, turbatq; minutus,

Diffugit, extemploq; solum trahit — Curtos ignes, vt infra, — *Curtis nihil ignibus obstat* Vocat

ieiunos, vt ipse paulo ante locutus est, & languentes, quales diximus carbonum fossiliū.

Sunt vero ij subtiliores quam adulti, & vt ita loquar, ouantes. Nam curtus ille ignis inter carbones semisopitus pascitur tantum, non assurgit. Cui opponunt Græci ἑπιτιθεῖται, & Poeta — ὄρβια πρὸς φέβια.

turbatq; minutus] Iam monui corrigendum esse: — *turbatq; minutus*. mouet, & turbat, more Varronis, qui dixit *mare iurbat*, uerba mutant. vt supra annotauimus.

Istaq; raris] lege: *istaq; rumpit*. Simulac, inquit, ille minutus ignis, qui est, vt aliquod *ἐνασμα*,

&

& quasi ζωπύριον sensim præteriit densas saxorum ambustorum congeries, extemplo solum, per quod euasit victor, conuellit, ac dirumpit. Hoc fit, quoties inolescens minus libero aere fruitur.

Et graue sub terra] Prius enim murmur, ac fremitus auditur, quã oculis vsurpetur incendiũ, vt alibi docuimus. Iccirco paulo ante dixit:

Certaq; uentura præmittit pignora flammæ.

Solinus: *in Aetna uertice hiatus duo sunt, Crateres nominati, per quos eluctatus erumpit uapor, præmissõ prius fremitu, qui per astuantes cauernarum latebras, longo mugitu intra terræ uiscera diu uoluitur: nec ante flammarum globos attollit, quam interni strepitus antecedant.*

Sacris tum credere rebus] Et hæc quoque vix agnoscat Cor. Seuerus ipse. adeo perturbata sunt. Ad veteres editiones confugio. earum aliæ habent, *sacris recedere: aliæ, sacris decedere.* Ego lego: *secedere. secedere.* Deo, secedere sacris elegantissimum est. Sulpitia Romana Sappho:

Nam tibi secessi, tecum penetræle retractans

Consilium — *Sacras res* Latine dixit τὰ βεία, vt Lucretius *Veneris res, τὰ ἀφροδίσια.* Sed totus locus ita concinnandus.

Tum pavidum fugere, & sacris secedere rebus

Par erit. e tuto &c. Tum confugere, inquit, ad sacra, & preces opus erit, vt pacem Deorum immortalium exposcas, quotiescunque auditur ille intestinus fragor. Nunquam enim auditur, quin subsequatur magnum incendium, vt iam dixerat.

Et

Et tuto] *e tuto*, vt iam monui. E specula videbis tuto omnia, nempe terrificas Aetnæ ruinas contemplaberis.

Onerosa incendia ruptis] Mihi legendum videtur:

Nam subito efferuent neruis incendia ruptis.

Vt alibi neruos attribuit illi monti:

Densa per ardentis exercet corpora neruos.

Putauit & legẽdum, *cameris incendia ruptis.* Quod non displicet.

Nec recipit flammis] Eadem figura Virgilius de ahenõ bulliente. *Nec iam se capit unda.*

Mons hic defessus] Etiam Virgilius *fessum* pro fatiscente accepit.

Atq; aperit se hostis] *Hostis*, ignis. Malo tamen, *hosti.* præsertim quum sentiat montem fatiscere.

Et castra sub ipsa] Puto melius lectum iri — *et strage sub ipsa.* Nam error natus ex vitiosa scriptura, *strace*, pro *strage*: vt *subicitare*, pro *subagitare.* *Prona iacens campis acies*, vt ipse loquitur, nihil aliud est, quam *Strages*: est enim, vt in Varronem annotauimus, arborum cęsarum *strages*, vt *segetum*, *Calamitas.* *et cetera* est hic, quum *stragem* Aetnæ, postquam deferbuit, aciei deuictæ in castris comparat.

Asperior sopita] vitiosa lectio. Ne veteribus quidem excusis sua constat fides.

Asperior sobaris, & quedam sordida fax est.

Non dubium quin legendum sit:

Asperior scabres, & quedam sordida fax est.

De scabre supra in Ciri.

Qualem purgato] id est ἡ σκαπία σιδήρε. Totus autem versus ita legendus: *Qualem purgato cernis*

Cc

decedere ferro.

Sic ueluti in fornace] Debebat dicere, ueluti quum in fornace. Sed eleganter τὸ Q V M subintelligitur, et alibi:

Nam ueluti sonit aura — plenum enim erat: Nam ueluti quum sonit aura. Porro ut hunc illustres, lege Vitruuium lib. ij. cap. vj.

Leuis sine pondere] Scribe, *leuis, & sine pondere.* Dixit autem *Excuditur*, ut notet uerbum aptum cribrationi. Sic Persius: *& populi cribro decussa farina.* *Liquor ille magis seruare*] Legendum haud dubie, *seruere.*

Et primis] lege: — *& prius demittit callibus undas.* Priuum ἐκαστον. Lucil. — *addomina tunni*

Aduentibus priua dabo, Cephaleaq; Atarna. *Callibus, διαλωσιμοῖς.* quod est uerbum Aristotelicum. Lucretius:

Secretos egit calles mare —

Quippe nihil reuocat] Diximus curtos ignes subtiliores esse, & nihil eis obstare, quo minus uiam perumpat. quod etiam intelligitur, quum ait, *omnia purgans.* Nam purgare uiam, est omnia impedimenta amoliri. & area pura, & locus purgatus, ubi scilicet nihil immolitum est. Nam qui legunt, *simul omnia pugnant*: neque purgatum cerebrum habent, & omnes rationes cum illis pugnant. Sed & improbe sequentia coniungunt:

Nunc siluas, rupesq; uorat haec tela, solumq;.

Cum periodus sit post uorat. sequentia uero — *haec tela solumq;:*

Ipsa adiutat opes. sunt pro epiphonemate. Et, ut Cicero dixit parsimoniam non mediocre telum

lum esse ad uirtutem, sic hic omnia adiumenta uocat *tela*, elegantissime sane. Quod ad Graecorum imitationem dictum. ἡ φηδὲ ὁ φαῦλον ἔπλεον ἄρδς πλεῖον ἀρετῆς. Ita loquitur Dionys. Halicarn. Plaurus Epidico: Opus est homine, qui illo argentum deferat pro fidicina. Nam telo non aequae opus factum est —

Ipsa adiutat opes] Hic portentosa uersuum transpositio, ac perplexitas fecit, ut non solum sensus perturbator, sed & lectio mendosior euaserit. Primum igitur consulamus ordinem. Deinde ad ipsum stabulum Augiae nos conferamus. Ita enim digerenda haec sunt:

Ipsa adiutat opes, facilesq; sibi induit annos.

Quod si forte cauis cunctatus uastibus haest:

Ut pote inaequales uoluens perpascitur agros,

Ac primum tenues sinuans cit Mulciber orbis:

Paulatimq; ignes coeunt, ac flammae mēstis.

Sicuti quum curuo rapidum mare cernitur aestu,

Progrediens late diffunditur, & succernens

Ingeminat fluctus, & stantibus increpat undis.

Flumina consistunt ripis, ac frigore durant.

Exiit facies tunc prima, ut quaeq; rigescit.

Ipsa adiutat] Ipsemet ignis suo ingenio sese adiuuat, ac reparat se. Hoc enim est annos induere. non secus ac, ubi in melle ignis incubuit. Primum tenues orbis, inquit, sinuat. Deinde quum plus aridioris materiae amplexus fuerit, paulatim late crescit, ac totam segetem corripit, ut uideamus sensim aestum maris crebrescere. *Ut pote*] Et hic quoque τὸ Q V M subauditur, ut bis supra. Quod si, inquit, in inferioribus par-

le detrectante intellexit.

Quisquam fixo] Non ergo hoc Lernæo monstro defuncti sumus. Nam quæ capita mendorum subnascuntur? Quis hanc lectionem intelligat?

Ergo legendum:

— *quisquã uix olim nouerit illas.* Vt enim uix agnoscuntur margines fluuii, quem imbres super notas aluere ripas, ut canit Horatius: ita uix locus in illa incendij strage agnoscitur, quum persæpe vicenos dies iaceat obruta moles.

Vicenos] Obtinet vicem ἐπιφωνήματες.

Materiam ut credas] Interpolatitia lectio, cum uetus fuerit:

Materiamue aliam credis furere igne fauillam.

Et credis fauillam furere materiam aliam igne. hoc est, si credis illam fauillam, quæ furit, aliam materiam esse, quam ignem. Nam propterea uocauit Virgilius *candentem fauillam*, ut eam ostenderet ex uere flammante igne erumpentē: quum etiam fauilla mortua, quam μαρίλιον uocant Græci, possit emitti ex pigris, & sopitis ignibus. Sed ignis Aetnæ est uegeta flamma, non tantum λιγνός. Quare immerito reprehenditur Virgilius ab illo Græculo, cuius quum nugæ in Cōmentarios suos retulerit Gellius: non tantum illi, sed & sibi quoque ἀβελτερίαν περιβαλλεται. Porro dixit *aliam igne*, ut Horat.

Neue putes alium sapiente, bonoq; beatum.

est ἐλλεισμός. Sed consultius si pro furere, legamus *furuo*: *Materiamue aliam credis furuo igne fauillam.* Hæc sane uera est & certa coniectura.

Plurima proprietate] Repete S I. si plurima etiam in ipsis

in ipsis præterea φρασεολογία: putas. Hoc est, ut loquitur Ennius, plurima præterpropter concrefcere. nimirum præter φρεκαταρκτηκας αιτίας. Sicq;] Lege, *sq;*.

Commistum luto] Veteres editiones habent constanter *Commistum uento*. Fortasse *Commistum Veneto*. Nam bitumen Venetum uocari puto, quod Martialis *Venetū lutum* dixit. *Resina, Veneto uel ressecare luto*. Nihil tamen affirmo.

Nam post exhaustam] Lego:

Nam post, exuste cretæ quoq; robora fundit. Robur cretæ, ut alibi *robur ferri*.

Et figulos huic esse] Et figlinas huius rei fidem certam facere. nam ibi esse figlinas. quæ non essent, si creta ibi non erueretur.

Verum ubi certo] Lege: — *Verum tibi certo pignore constet.* Nam pignore, hoc est sequenti comparatione confirmat.

Nam uelut arguti] Legendum omnino:

Nam uelut arguti natura est aris, & igni

Quum domituum constat, eademq; & robore saluo,

Viram utram ut possis aris cognoscere portam.

Hoc est, ut ferri eadem natura est, & quum fustum est, & ante quam funderetur: ut una eademque vis sit illi.

Utranq; ut possis] Veteres editiones: *Ultra quam possis.* Suspiciatus sum posse legi non incommode, *utram utram ut possis.* Nam *utrutram* compendiose scriptum fuisse auguror. Plena sententia esset, ut nescias utram possis cognoscere. Tamen illud *Portam* suspectum mihi est.

Haud aliter lapis ille tenet] Putem Græcanice di-

ctum, lapis haud aliter tenet, ἕτως ἔχει.

Seu forte madentes] Ambitiosius liquidas flammās madentes vocavit. ὑγρὸν μένος πυρός, dixit Empedocles. Vereor tamen ne legendum sit, domantes. πανδαμάτωρ πῦρ.

Conseruatq; notas] hoc est, ἐκ ἀλλοιοῦται. vt vinum perdere notam, quum aut acuit, aut alio quouis casu alteratur. Nam dicebatur nota uini. Horat. — Chio nota si commista Falerni est. Quod tamen non vini, sed numorum proprium est. Nam malæ notæ numi φωνηρῆ κόμματες, παρασημοί, κίβδηλοι, ᾧδα κεχαραγμένοι Aristophani. Hinc translatio homines de meliore nota Ciceroni, & Catullo. De vino vero, & fructibus proprie nomen dicebatur. a quo dixit Cato, Ne uinum nomen perdat. Virgilius:

Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruant.

Nec uultu] Etiam ipso vultu indicat ignes. Nam πυρρὸς est ille lapis. Sed non male legeretur — nec uultum perdidit igne. Nam dixit conseruare notas.

Quin etiam externam] Nondum illam hydrā confecimus. Lege:

Quin etiam externum nil eis color ipse resoluit,

Non odor, aut leuitas : putris magis ille, magisq;

Vna operis facies &c.

Quin etiam color ipse nihil eis externum admiscet. hoc est, ne colore quidem suo indicant sibi quicquam externi admistum esse. neque aut odor, aut leuitas eos distinguit inter se, vt iste sit putris illo magis, ille minus. Vna facies quippe eis est, eadem per omnia terræ materia.

Impo

Imposuere fricas] Hoc verbum non est nauici. Esset aliquid Phrycas ᾧδὲ τὸ φρύγεσθαι. Sed oporteret illos in sartagine frigi, & verius dici ταγλίσεις, vt pisces Athenæi. Quare omisis nugis Chytas legendum esse mihi persuadet fusilium apud Græcos communis & vnica appellatio. omnes enim χυτῆς λίθας vocant. Plato Timæo: τυγχάνη δε ταῦτα τὰ μὲν ἔχει τὰ ἐλαττοτέρη, ἢ υδατος, τῶν τε αἰθέρων πῦρ ἔχει γένος ἅπαν, καὶ ἴσα χυτῆ λίθων γῆ καλεῖται. Vide Theophrastum αἰθέρων λίθων, & alios. Nisi esset Rhytas, ῥυτῆς. sed non puto.

Quantis materies] Iam sepe docuit humorem, quem in se habent χυτῆ λίθου, esse pabulū ignis. τὸ γὰρ τηκτὸν, inquit Theophrastus, ἐνικμον αἰθέρων, καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω.

Heracleti] Suppositum a Correctoribus nomen Heracleti. quasi etiam non tacito nomine κατ' ἔξοχην obscurus ille liber, hoc est σκοτεινὸς vocaretur. Veteres editiones pro Heracleti, habent: Et dicet uero nihil insuperabile gigni. Quare lego audacter: Et discet uero nihil insuperabile ab igni. Nam est ea sententia Heracleti: ἐκ πυρρὸς τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς ἔτος ἀναλύεται. Cuius sententiæ vltimum membrum eo versiculo expressum vides. Et sane non satis erat dicere, nihil gigni insuperabile, cum ea disputatio non sit: sed cum de igne tractetur, & de igne quoque hic mentio desiderabatur.

Omnia quæ rerum] scribe, Omnia quo rerum natura semina iacta. Ex quo igne, inquit, omnia constant. An non igitur his duobus versibus continetur

Cc 5

sententia Heracleti?

Et discet uero nihil insuperabile ab igni;

Omnia quo rerum naturæ semina iacta.

ἐν πυρὸς τὰ πάντα σκίσαται, καὶ εἰς τὸ ἀναλύεται.

Cuius rei causæ videntur tractate fuisse in illo Commentario Physico, qui vulgo σκοτεινὸς notissimo nomine vocabatur, ut necesse non sit, sicuti iam admonui, Heracleti nomen addere.

Sed nimium hoc mirum] εἰς πυρὸς πάντα ἀναλύεται. est obiectio. Sed hoc mirum, inquires.

Densissima corpora] Respondet obiectio, quam confirmat exemplis. Eaque puto omnia petita ex illo obscuro Commentario.

Nec lapis] Repone ex antiquitus excusis: Nam lapis ille rigit. Non potest, inquit, ἐλαύνεσθαι, & malleo duci, si tundatur: sed omnino resistit ictibus, & rigit. Item si exiguo, & leni igne, patete calo, nec inclusum teras, resistit ignibus. Sed agendum patere in obturatis fornacibus candere, & coqui, haud dubie duritiam exuet, nec durabit in ignem. Hæc, ut iam dixi, exempla non dubito quin hauserit ἐν τῷ σκοτεινῷ βιβλίῳ. Silicem vero fusilem vocamus vulgo: & ab eo omnia igniaria, Fusilia.

Sed non qui nostro feruet] Lege feruat. Feruere Leucaten.

Spiritus additus] vel, abditus.

Fabriles operas] Lege, operæ. χαλκῆργαί.

Rudibus contundere massis] Lego:

Fabriles operæ rudibus contundere massas

Festinant — Tudes, sunt mallei. Festus. Inde verbum tuditare Lucretio: pro extundere.

Hæc

Hæc operis fama est] Posset legi, summa est. nihil muto. Est autem totius operis Epilogus. Ætna ardet. quare? In fistulosa terra spiritus excitatur, ex spiritu ignis. Pabulū ignis maxima saxa, quæ vocauit molaria. Ita breuiter complexus est totius disputationis summā. Quam & Lucretius quoque ita exequitur:

— Primum totius subcaua montis

Est natura, fere silicem suffulta cauernis.

Omnibus est porro speluncis uentus, & aer.

Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aer.

Hic ubi percaluit, calefecitq; omnia circum

Saxa ferens, qua coningit, terramq; & ab ollis

Excussit calidum flammis uelocibus ignem, & quæ

sequuntur. Sed in his verbis Lucretij tertius a fine versus mendosus est. Legendum enim:

Hic ubi percellit, calefecitq; omnia circum

Saxa terens — Percellit, ἀρχαῖσ μὸς pro perculit, ut apud Virgilium — Cynthius arē vellit — Vide Priscianū, & Diomedē. Nam non calefcit spiritus ille, qui fit aeris agitatione. Quod si cōcedamus, non illum calorem ea agitatione acquirere potest, qui saxa accendat. Sed ex mutuo attritu saxorum, quæ ipse inter se percellit, excundantur scintille quæ exceptæ materia sulfurea, qua totus ille mons abundat, accendunt ignem. Spiritus incendit iuuus] Hæc est veterum excusorum lectio. Quæ mirum quantum nos iuuat ad verum indagandum.

— Urget in arctum

Spiritus, incendi cui uis per maxima saxa.

Hoc est, qui accédendi vires acquirit ex mutua

maxi

maximorum saxorū attritu. *Maxima saxa*, vt iam admonui, vocat molares lapides.

Magnificas laudes] Pulcherrima coronide Epilogum claudit. quæ tota constat ex narratione veterum monumentorum. Sed & hæc quoque corrigenda sunt.

*Magnificas laudes, operosaq; uifere templa
Diuitiis hominum, aut sacra marmora, resue uetustas
Traduce materia tetrīs per proxima fatīs
Currimus —*

terris per proxima] Scribimus, *tetrīs per proxima fatīs*. Hoc est per summa discrimina, vt infra:

Hæc uifenda putas dubius terræq; marisq;.
Dixi quod potui: neque enim satis confido huic lectioni. Opera traduce materia eleganter vocat ea, quæ Græci ἀρχέτυπα. vtpote, ex quibus multa similia ad exemplum deriuata sunt, vt ex rum pis, & traducibus vitium multæ aliæ. Porro vt hic *Traduce materia*, sic apud Tertullianum *producem mutui coitus*, libro de carne Christi.

Cernereq; & fratres] Reponendum ex veteribus editionibus:

Cernere: quod fratres, ille impiger, iste &c.
Ille canorus] Scribo, — ille canoris
Cordeis Fenices alieno interferit euo. Cordeis,
pro cordis. vnde fecerunt condere. Fenices, Phœnices. hoc est Thebanos, qui ex Phœnicia oriundi sunt, propter Cadmum.

Nunc gemina] De fratribus Thebanis: quibus quum hostiis parentarent quotānis ciues Thebani, fumus in diuersa disiliebat. Pausanias Bœoticis, ἐξ ἧς δὲ ἔστ' ἴδ' οἰδ' ἰπιδος παίδων μνη-
ματῶν

ματῶν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς διφωρῶμα, ἀ ἐ θεασάμενοι, ποῖα ὄμως ὑπείδνετα ἴδ'. φασι γὰρ ἡ ἄλλος τῶν καλεμένων ἡρώων εἰ θεβαῖα, καὶ τοῖς πασι ἐναρίζεν τοῖς οἰδ' ἰπιδος. τὰτοις δὲ ἐναρίζοντων αὐτῶν, πλὴν φλόγα, ὡσαύτως καὶ τ' ἀπ' αὐτῆς καπνὸν διχῆ διίστασθαι. Itaque manifesto legendum:

Nunc gemina ex uno fumantia sacra uapore.
non *saxa*. Nam intelligit ἡρωίσματα, quæ fiebant illis. Eius historiae testem citat Callimachus Ouidius his versibus:

*Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis.
Confluum fugiunt cætera pene meum.
Confluum: commune sacrum quum fiat in ara
Fratribus, alterna qui periere manu.
Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar.
Et me Battiades iudice falsus erat.
Omnia nunc credo &c.*

Raptumq; profundo] Amphiaræum. De cuius morte extant magnifici verius, in Thebaide Statij Papinij.

Et sparsa Lycurgi] Lege, Sparta. Leuis sane error vel puero notus: tamen in recentioribus editionibus etiam in Antuerpenſi hæctenus non animaduersus.

Et sacer ad bellum] Alioqui Numerus ad contemptum.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.
Ex Græcorum Prouerbiis, ἀριθμός. Quod etiam de vno dici, non tantum de pluribus, annotauimus apud Euripidem Heraclidis.

Εἰδὼς πρὸς ἐκείθ' ἀειθρόν, ἀλλ' ἐπιτύμως
ἀνδρῶν ὄντα τὴν σὸν παῖδα —

Sua turba recenti] Lego regenti, penitus deuoti
Regibus suis, ac Ephoris, non sui, sed Reipubli-
cæ, & Regum. Regens, στρατηγός. In Culice:

— quo flamma regente

Doris Erichthonias prostravit funditus arces.

Quo regente, & στρατηγούνης.

Gaudentq; sua] De Mineruæ & Neptuni certa-
mine hæc accipienda. Quare victricem Miner-
uam vocauit, quod eius olea preposita fuit equo
Neptuni.

Permittere uela] Omnino legendum, vt in veteri-
bus, *premittere*. Nam *premittenda* erant vela
candida patri, vt essent nuncia reditus.

Tu quoq; Athenarum] Ita legendus totus hic lo-
cus deprauatissimus:

Te quoq; Athenarum carmen iam nobile sidus

Erigone: sedes, Pandioni, uestra canoris

Te uocat in siluis: & tu, soror, hospita tectis

Acciperis. — Tres Atticas puellas alloquitur:
quarum primam sideribus, alteram siluis, ter-
tiam tectis acceptam scribit. o Erigone, te no-
bile sidus vocat. o Pandioni Philomela, te sedes
in siluis vocat. o Procne, tu tectis acciperis. Hæc
est, nisi fallor, huius loci vera interpretatio.

Solis Tereus ferus.] Ferum vocat, quod neque te-
ctis, vt Procne, neque siluis, vt Philomela acce-
ptus fuerit, sed in præruptis rupibus degat. Hoc
plane ex politissimis Æschyli versibus illustra-
tur, qui habentur apud Aristotelem lib. i x. de
Histor. animalium. sed quia ita deprauati legū-
tur,

tur, vt ne minimum quidem ipsos interpretari
potuerit magnus vir Gaza, hic eos ego, quan-
tum iudicare possum, correctos, & emendatos
apponam.

Τὸτον δὲ ἐπὶ πτεῖν Ἐποπα πρὸς αὐτὴν κακῶν

πεποικιλῶκε, καὶ ποδὶ γλῶσσαι ἔχει

Σρασὺν πετραίων ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.

ὅς ἦεν μὴ φαῖν τι διαπέλλει πτερόν

Κίρκη λεπάργη. δύο γὰρ εἰς μεσοφασάνῃ

παίδος γε τ' αὐτὴν ἰδύος μίαν ἄπει.

νέας δὲ ὀπίρως ἦνικ' αὐξάνειν σάργος,

τίκτει νιν αὐτίκ' ἀμφιωμήσει πτέρυξ.

αἰεὶ δὲ μίσει τῶν Παλλήνης τότ' αὖ

δυσμῆς ἐρήμης, ἢ πάγος ἀπεικίσει.

In quibus versibus primum allusum ad nomen
Epopis: tanquam ἐποπῆς fuerit malorum suorū.
deinde alium plumarum colorem illi Vere at-
tribuit, alium Aestate. Nam ἦεν φαῖν πτερόν illi
dat κίρκη λεπάργου. Ait habere pennas accipi-
tris. qui est λεπάργος. hoc est, ventre albo, &
habet φαῖν πτερόν, fuscas pennas. Vbi sane con-
siderandum est Æschylum sine dubio confu-
disse Cucillum cū Epope, seu Vrupa. Nam nō
Epopis, sed Cucillus φαῖν διαπέλλει πτερόν κίρκη
λεπάργη. In qua sane animaduersione mirum
in modum mihi placeo: cum & mentem Æschy-
li plane odoratus sim, & menda ex tam deplo-
rato loco sustulerim. Fefellit Æschylum, quod
Epopis eadem fere vocem cum Cucullo emittit.
Propterea eundem Epopem cum Cucullo fecit,
qui, vt nemo ignorat, tam similis est accipitri, vt
quidam in genere accipitrum posuerint, & ne-
scio

scio quid tale tetigerit Aristoteles. Porro *ἡβια αυξανθῆ σαχως*, hoc est, cum adulta est Æstas, *τίκτι νιν αυτις πέρυξ*, rursus renouat, & quasi aliū facit penna: hoc est mutatus pennarum color, alium videri facit. Odio vero Pallenes, vbi ea metamorphosis agitur, eum in testa inhospita relegabit Iuppiter. hoc enim est *τὸ ἀπαιήσει*. Hoc sane extra ordinem. Sed, quum ipse Cor. Seuerus ne sine corollario quidem opus suum egregium de Ætna concludere voluerit, quur non & ego quoque cum hoc corollario hūc locum absoluam? Comparent ergo correctionem horum versuum cum vulgata Aristotelis lectione: & videbunt, qua alacritate tam luculentos tanti poëtæ versus a nobis emendatos accipere debeant.

Hectora primum] Locus deprauatissimus. veteres editiones:

— *extinctosq; suos Phrygas Hectora paruum.* lego:

— *extinctosq; suo Phrygas Hectore. Paruum*

Conspicimus magni tumulum ducis.

Simul cum suo Hectore extinctos Phrygas. Horatius ad verbum ex Homero:

— *ὄ ἀδemptus Hector*

Tradidit festis leuiora tolli

Pergama Graiis. Extinctos suo Hectore. Helenismus: αυτῶ τῶ ἕκτορι διεφθαρμένως. hoc est, *σὺν αυτῶ ἕκτει.*

Fixos tenuere] Expressit Horatianum:

Suspendit picta mentem, uultumq; tabella.

Rorantes parte] Scribe ex coniectura nostra, quæ & postea confirmata est veterum aliquot editionum

tionum auctoritate: *rorantes arte* — vt in epigrammate in eandem *ἀν. δουμείων*:

ὃ βίαν ἐτὸ τῶσε διέθελεν ἰδατε ἀφῆ &c.

Sub truce] Ouidius: *Inq; oculis facinus barbara mater habet.* Vterque intellexit de Timomachi tabella.

Nunc tristes] Parrhasius pinxit.

Velatusq; pater] Attribuunt industriae Pictoris.

Et in eam partem interpretati sunt posteri. Ego vero puto Pictorem Euripidem secutum hoc fecisse. Cuius verba de Agamemnone sacrificio filia adstante hæc sunt.

— *ἰμπαρην σπείρας κάρα*

ὁ κῆρα ἀφῆ τῆ δούματος ἀφῆεις πέπλοι.

Vina minoris] Myronis. Et non omisit Antuerpensis editio.

Turbæq; morantem] Hoc non est vnus assis. Veteres editiones: — *turbæq; minaces.* Lego: — *turbæq; minæq;.* *Minæ,* sunt *ἰπλάξιδ.* auctor Seruius in illud — *Minæq; Minorum ingentes.*

Sirius ardens] ardet. Et tamen hæc mihi suspecta sunt.

Quamquam fors] Editiones veteres: *quam fors &c.* Lego:

Nec minus ille pius, quam forsset noluit ignis.

forsset. Vide doctissimos D. Lambini in Horatiū commentarios.

Nam quando] Hic luculentissimis versibus orditur historiā fratrum Cataneorum: qui ex incendio Ætnæ vtrunque parentem eduxerunt. Eorū de nominibus varia apud scriptores opinio, aliis Philonomum, & Calliam vocantibus: alius Anapiam, & Amphinomum: quibusdam etiam

Æmanthiam, & Critonem. Cuius historiæ plurimi meminerunt, Strabo, Pausanias Phocicis, Val. Maximus, Solinus, Ælianus, Martialis, alij. Sed omnium maxime Claudianus: qui eos egregio carmine celebravit. cuius initium:

Aspice sudantes uenerando pondere fratres,

Diuino meritos semper honore coli.

Iusta quibus rapida cecidit reuerentia flammæ:

Et mirata uagas reppulit Aetna faces:

Complexi manibus fultos ceruice parentes

Attollant uultus, accelerentq; gradus.

Meminit & Aufonius in Catina de clar. urbib. Locus, in quo eorum erant statuae, in quas id carmen scripsit Claudianus, vocabatur ab indigenis ευσσεβέων κωπος. Porro locum hunc ita lege:

Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis,

Et, uelut euersis penitus fornacibus, ingens

Euecta in longum rapidis feruoribus unda.

Dixit undam, ut Pindarus ποταμὸν πυρός.

Cælum caligine torquet] Melius, *torpet*. Aliter dicebant, *Cælum stat caligine*. Ab ea metaphora frontem caligare dicebāt Veteres: ut Sophocles σω-
ρεθεε τωροσωπρον. Pacuius Atalanta: *Quis istic uultus*

caligans? quæ tristitas? Ita locus ille Pacuij apud Nonium legendus est. Imitatione Græcorum dixit vultum caligantem.

Et mollia culta] Non reiicio veterem editionem, *millia culta*.

Vixdum castra] *Castra mouere, & signa mouere ad conferendas scilicet manus*. Virgilius:

Signa mouet, præcepitq; aduersum fertur in hostem.

Nam

Nam hostem igne vocauit, qui improuisos aggressus sit. supra, *atq; aperit se hosti*. igni scilicet. *Portas euaserat*] imo *inuaserat*. & ita reponito.

rapina] Vetus editio — *uiresq; rapina*. quantum raptum possunt. Si legis *rapina*, erit, raptum conuulsare, ut loquitur Terentius: Græci *κατασφαισαι*. Hic *uelox nimium*] Repone *minimo*, auctore Aurato nostro.

Et premia captis] Nihil potuit argutius dici. Prædones, & latrones captis inclamant premia. Tibullus:

Sæuaq; de raptis premia ueste petat.

Vulgo dicimus *Mettre a rançon*. hoc est imponere premium pro redemptione. Ergo *ἀλλοτρητικῶς* dixit ignem eos ante expectatum opprimere more prædonis. Quædam editiones habebant *concrepat*. ex qua lectione Auratus noster legebat *concremat*. Vtrū malis, tibi liberum esto eligere. *Amphion*] Lege, *Amphinomus*. Et quædam editiones ita correxerunt.

matremq; senemq;] Lege:

Adspiciunt pigrumq; patrem, matremq; senecta

Heu heu defessos posuisse in limine membra.

Senecta membra.

Parcite auara] *Parcite auara manus dites attollere prædas*.

Ipsa dante fidem] Tanquam ipse ignis daret, qui pro se fideiuberent.

Felix illa dies] Eadem acclamatio in Ciri.

Felix illa dies, felix & dicitur annus &c.

Dextra sæua] Ex opinione eiusdem maximi Aurati lege:

Dextra saua tenus, leuaq; incendia feruent.

Dextra saua tenus. Ego vero ita defendebam, *Dextra saua tenent.* τὰ δεῦρα ἐκ δεξιῶν. Simile prouer-
bium Horatio:

Hac canis, hac lupus.

Illasos posuit.] Lege: *illos seposuit* claro sub nomine *Ditis*. *Ditis* recto casu. Petronius:

Has inter sedes Ditis pater extulit ora.

In veteri Glossario. *Ditis pater*, πλάτων.

Sed iure.] Auratus pure. alij vere. Atque hæc quidem hæctenus in Ætnam. quo neque post tempora Tiberij Cæsaris cultius poema, neque mēdosius vllū ad nos peruenit. Sed oro, obtestor que omnes, qui post spicilegium nostrum aliquod spicum, vt ille ait, a nobis relictum inuenit: ne id potius mihi vitio, quod reliquerim, quam sibi ipsi gloriæ, quod inuenit, verti velit. Quod enim hæc tumultuaria opera conscripsimus, sciunt illi satis, qui non ignorant, quantis temporis angustiis hæc conscripsimus: & quod vnus mēsis, in quo hæc omnia opuscula recensuimus, omnes errores nostros excusare poterit. Id quod inuiti scripsimus. Dicendum tamen fuit, vt a quorundam fastidio laborem hunc nostrum, quantus quantus est, vindicarem.

IN MORETVM INCER-

TIAVCTORIS.

MOreti nomine omne intritū intelligitur. Sic in optimo veteri Glossario *Moretum* μίμου exponitur. Etymī ratio a Græca lingua. In ea enim *μυσωτόν*, & Attice *μυτωτόν*. Inde *Mosetum*,

Mosetum, v, in o: vt *σούλων*, folium: *μολη*, mola. Deinde pro *Moseto*, *Moretum*: vt *Papifius*, *Papirius*: *Valesius*, *Valerius*. *Mosetum* potius, quam *Mosotum* dixerunt, vsitato scilicet e, in e mutandi more: vt *Elera*, *Apello*, *hemo*. Græci igitur *μυσωτῆ* nomine nihil aliud, quam alliatum intritum intelligunt vt & Latini quoque. Vnde *moretarium alliatū* Donato, quo *Vascones* fere semper pro condimento vtuntur. Idem Donatus in Prouerbio, *Tute hoc miristi, tibi omne exedundū est*: ait de *Moreto* intelligendum *Mihi* quoq; videtur & *Callimachus* eodē alluisse, ex quo citant Grammatici — ἢ ἐπι μυσωτόν. vt splendendum plane mihi videatur:

Τὰς γὰρ ἰσχυροτάτας, ἢ ἐπι μυσωτόν, μυσωτόν.

Ad verbum:

Exedere hos decuit, sibi quod triuere, moretum.

Dixit autem ἢ *μυσωτῆς*, non τὸ *μυσωτόν*, vt annotant Grammatici. Græci Critici volunt *μυσωτόν* ἢ τὸ *μυσωτῆς* dictum. Quo nomine fortasse ad etymon alluserit Poeta noster. — *Imo damnat sua prædia uultu*. hoc est *μυσωτῆς*. Vt igitur *moretarium* alliatum vocabant: ita etiam *pilam*, hoc est *ἀλετριβαν*, vbi tūderetur, eodem nomine *moretarium*, mox extrita litera *mortarium* dixerunt. Item quod subigitur ex calce, aut arena, aut marmorato: præterea & locus ipse, in quo teteretur, aut pinferetur, *mortarium* Architectonibus dictum fuit. Atque hæc quidem de ratione etymī. De auctore vero huius elegantissimi Catalecti, non cōstat. Neque enim *Virgilij* esse, satis norunt, qui *Virgiliū* magis, quam Gram-

maticos nostros triuerunt. Valde enim confutat eorum iudicium stilus tam diuersus a Virgiliano. Quid dicam de homine erudito, summoque amico nostro, a quo extorquere nunquam potui, ne hoc opusculum Virgilio adscriberet? Profecto ita est: nisi valde ingenium in hac exercitatione subegeris, necesse est perperam de his rebus sæpe iudicare. Quod si mihi quoque coniectandi locus detur in re tam incerta, ego libentius Aulo Septimio Sereno, poetæ Falisco (non Afro, ut nugatur more suo Crinitus) qui opuscula pleraque rustica composuit luculentissimis versibus, attribuerim. Sed ista *θεῶν ὄν γένεσι κείται*. Sane eruditū admodum, & politū poematum: & non nisi talis poetæ, qui, quum eius nomen adhuc lateat, meruerit propter præstantiam suam Virgilio subdititiis esse. Id nos olim toridē versibus Græcis reddidimus: in quo stilum aptum, & conuenientem materiæ tenuimus. Scripserat & Moretum ante hūc Succius Poeta vetus, ex quo versus aliquot producit Macrobius. Stilus ipse planus, & cādīdus. Nihil tumidū: nihil insolens: omnia æquabilia. Præterea non multū librariorum incuria deformatū est. Quo minus in eo nobis laborandum erit.

Prædixerat ales] In vna veteri membrana legabatur, *Præuenerat ales*.

Cultor quum rusticus horti] Vetus mēbrana habebat, *cultor quum rusticus agri*. Quæ vera est lectio. Nam olitorem tātum fuisse frustra somniarunt Correctores ducta ex eius hortulo, qui hic describitur, cōiectura: sed colonum pauperē fuisse
indicio

indicio esto vltimus versiculus. — *Et terra condit aratrum.*

Remanebat stipite fumus] Non damno hanc lectionem. Puto tamen auctorem scripsisse, — *remanebat stipite fomes*. Nam vitiose, ut puto, scriptum fuerat *fumus*. vnde *fumus* manauit. *fomes*, est igniculus, *ἔναυσμα*. *ἔναυσμα*.

Et producit acū] In acū producit stupas. *Acus* nomine, vel, ut apud Cor. Celsum legitur, & in veteri Glossario, *acis* nomine intelligitur quicquid ex lino, aut lana, aut stupa, similibusve carpebatur, ut linamenta, *καὶ μσταρα, καὶ τήτα* Chirurgorum. Noster ergo rusticus stupam produxerat in acū ad lucubrum. Vocabant enim *lucubrum*, quicquid ex materia arida erat, ad excipiendum ignem: ut sunt sulfurata, & arborum fungi putres ad ignē arefacti, vel insolati. Quod vero hic facit Simulus, quū stupa accēdit ignē, id *Canaptura* dicebatur Veteribus. In veteri Glossario inuenio: *Canaptura*, *καὶ καπτα*. videlicet, quod ex cannabis stupa accenderetur ignis. Quod tamen perperam a librario scriptum putarem, pro *Carptura*. Nam ex carptis linamētis, aut stupis lucubrum fiebat.

Tandem concepto] Optima sane sentētia: sed vereor, ut vera sit, propter diuersam membranæ optimæ scripturam. Ea autem sic habet:

Tandem concepto sed lux fulgore recedit.

Putarim legendum esse:

Tandem concepto se lux fulgore recepit.

Ut dicitur, *recipere se*. Et sane bona metaphora ab illis, qui ex longo deliquio recipiūt se, cū diu

a circumstantibus excitati fuerint. Et vix aliter mihi persuadere possum, quin ea sit vera lectio. Et referat clausa] Clauem clausam vocat, ut puto, quæ intus aperiebat, aut forinsecus claudebat. Quales erant Laconicæ. Nam, ut ait Theon, ἔχως τῶν, ὁκτὸς ἢ ἑναι κλειδῆς, ἀλλ' ἐνδὸν ἐπιλαβὸν παρ' αἰγυπτιῶν, καὶ λίκωσι. Quæ ideo κρυπταὶ κλειδῆς dicuntur Aristophani θεομοφορμαῖς αἰς.

— ὅτι γὰρ αἰδρες ἢ κλειδία
 Φορῶσι κρυπταὶ, κακοθεῖσά τε, λακωνικῆ. Sed λακωνικῆ videtur esse glossema, ita versus ratione postulante. Videntur ita vocatæ, quod impactæ claustris vix apparerent. Quo spectans Apuleius lib. 1 x. Nocturnas, inquit, tenebras caussabatur sibi obistere, quin clauem curiose absconditam reperiret. Quin & Festus Auienus difficilem locum Arati interpretans, quum hebetem lucem Calsiopeæ denotare vellet, ait non magis eam apparere, quam clauem Cariam foribus impactam.

Lux hebes est mari, uix qualem Caria quondam Nouerit intrantem per claustra clauem.
 Ergo clausa clauis, & κρυπταὶ & abscondita, fuerit ea, quæ intus aperiebat. Nam contraria ei est ἀπὸ κλειδῆς. ut in illo senario versu apud Athenæum.
 κλειδῆς μὲν ἀπὸ τῶν, καὶ παρεσκευασμένας.

Alioqui apud Homerum κλειδῆς est vectis: ut & apud Plautum Casina:

Vbi intro hanc nouam deduxi, uia recta clauem
 Obduxi. — Quæ & fera dicitur Ouidio: Excute poste feram. In membrana optimi & doctissimi Pithœi legebatur:

Et referat clauem, quæ peruidet ostia clauis.

Forfan

Forfan legi posset: Et referat cale. Nam cale, μέγας, vectis. Lucillius:

Sic vide, puer, calam, ut caleas. — In veteri Glossario: Cala, ἐπιλαβὸν, ἐπιλαβὸν. Intelligit ἐπιλαβὸν coquorum, inde Calones. Sed hæc incerta sunt. Quare cum alia longe melior membrana habuerit:

Et referat clausæ, quæ peruidet ostia, clauis. Puto inuersum esse clausæ pro casula. Ostia clauis vocat, πύλη ὅτιν, vbi inferitur clauis. Sic infra bis casula meminit. Tres veteres membrana, quas mihi videre contigit, habebant, quæ peruidet. Et significat, peruium lumen ostij, & percusum fuisse. percé à iour. Sed ego nã abutor orio meo. Et versiculum, qui ita conceptus est in membrana, sic interpretor. Et referat clausæ, quæ peruidet, ostia clauis. Ostia clausæ clauis, πύλη ὅτιν ἢ κλειδῆς μὲν κλειδῆς. Nam, ut dixi, κλειδῆς, seu μέγας vocat clauem, ut Plautus.

Quantum mensura petebat] Non est mutanda hæc lectio. Sed non contemnenda altera, quantum mensura petebat, ὅτιν ἢ ὄρες.

Quæ bis in octonas] Ne hæc quidem loco mouenda. Sed indicanda scripta lectio.

Quæ bisido octonas ex p. l. Lego:

Quæ bisido octonis excurrat pondere libræ.

Vt duplex pondus intelligat vnum quodque octo librarum. Nam octonus, & similia sunt nomina distributiva.

Tegmine capræ] Legit vetus scriptura, tergore capræ. Quod puto verius esse. Natus error ex illorum ignorantia, qui inter tergum, & tergus non

distinguebant.

Peruerit cauda] cauda, peniculo. Ad excutiendum puluerē nos utimur magis vulpinis caudis: Veteres, ut alicubi me legere memini, etiā bubulis. Quin & peniculos ad extergendas mēsas bubulos fuisse puto. Nā fuerūt & pictorij. Afranius:

Lares ludentes peni pinxit bubulo. Plautus:

Quis iste est peniculus? qui extergentur baxae?

Ab eo peniculamentū pro cauda. Arnobius lib. v. *Peniculantem decurtamenta canteriorum: innoctentem laquos mobiles.* Vbi legendum, peniculamenta decurtantem. Nā paulo superius dixerat ex setis fuisse illud vinculum: hoc est, ex peniculis cāteriorū. quod ipse vocat peniculamentū. Ennius quoq; per peniculamentū lacinias tractas vestiū intelligit.

Pendent peniculamenta unum ad quodq; pedule.

Non solum ad peniculorum, sed & ad muscariorum quoque usum caudis bubulis utebātur. *Ælianus, βρώων ἡ γέννη δρυς, δρεμικέσ τε, καὶ ἄλλας ἀγρίας δεινῶς. ὅν τε τῶν γε τ' βρώων καὶ τὰς μυσοθάσ ποιῶνται.* Quemadmodū Plautus Parasito, quod mēsas extergeret, nomen indidit Peniculo: ita etiā Theopompus Comicus anū, quæ lances ligendo detergebat ἀπὸ γλῶσσης λεκάνης, καὶ πῆρον λεπασῆς vocavit. Nam & spongiis quoque mēsas detergebant. *Admouet mae manus*] Vetus scriptura, itemq; veteres editiones:

Admouet inde manus. Quod quare mutandum sit, non video.

Partitus utraq;] Lege ex manu scriptis: — *partitus utriq;*. scilicet opus, & munus suū. Nam barbarismus erat, partiri manus.

Hæc rotat assiduis] Concinnius manu scripta lectio,

ctio, assiduum.

Trita Ceres.] *Tusa* Ceres habet scripta lectio. Et ita reponere. *Tusa Ceres* olim in versione nostra expressissimus *μωλιφαῖς ἀκρίς*. Nam nihil præterea memini.

Decurrit ab ictu] ictu ergo erit, *τρίψει*, vel *θλίψει*. Sed, ni fallor, legendum *actu*. hoc est, ut poëta dicunt, *ἔγχε*. ut — *περὶ δὲ τὸν ἀγῶνα*. Petronius:

— *Quæ facili uilis rota finxerat actu.* Idem intelligit per gyros.

Interea clamat] Ego malo ex veteri scriptura, itemque ex antiquitus excusis: *Interdum clamat*. Nam iam ea repetitio venustatis causa affectata est.

Cybalen] *Sybalen* habet semper vetus scriptura. *κύβαλα* te *κυβαλα* ridicule formatum nomen.

tota patriam] *tota figura*, ut pedibus, cruribus, aluo, mammis, & aliis. singillatim enim totam figuram describit. Ego vero per figuram intelligo tantum vultum, aut colorem vultus. Iccirco legendum putem — *totâ patriam* &c. *totâ figura*. Sunt enim colore viso Afri. Quam, inquit, facile ex ipso colore Afram agnosceres. Nam sane quæ sequuntur singulorum membrorum descriptiones, non Afrorum, sed ipsius Scybales sunt. Idem, vel potius similis error in Martiali in Epigrammate ad Traianum:

Dignus es, ut totum possis seruare clientem.

Legendum enim *tortum*. Nam de torquendis ex accusatione liberorum, aut seruorum dominis intelligit, quod quum liceret tempore Domitiani, Nerua Imperator sustulit. Et ita Epigramma obscurum

obscurum luce clarius erit.

Postquam impleuit] Melius membranæ:

Postquam impleuit opus iusto uersatile fine.

Similis scilicet uersatilis, περιαντός.

Transfert inde manu] Lege ex veteri membrana:

Transfert illa manu. — Et ita sane legendum est. Nam aliter nescio quid ἐπιβεβηκαίρον relinquebatur. Sequitur:

Fusas per cribra farinas Et quatit] Lego, Decutit. Ita nihil clarius hac lectione. Decutere farinam. supra ex Persio — Cribro populi decussa farina.

Componit tabula] Supra tabella erat πέτευρον.

— paruaq; tabella Lumina fida locat — hic vero πλαθάνη, ut olim vertebamus: aut νόπανος, ubi scilicet subigebantur placentæ, aut formabātur.

Ita τρισκοπανίης ὄστρος in Batrachomyomachia, ter subactus panis. hoc est multum subactus.

Quod tamen perperam Grammatici hæcenus ἐτυμολογοῦσι.

Liquidoq; coactio] Corruerunt hunc locum. Neque hoc contenti destiterunt. Nam & cum sequentibus coniunxerunt. Ego lego:

Contrahit admistos nunc fontes, atq; farinas

Transuersa durata manu, liquidoq; coacta.

Vbi & pro tranjuersat, quod in omnibus vulgatis legitur, transuersa corteximus. Fontes atq; farinas durata transuersa manu. Videor mihi videre pistorem farinas inspergentem, & manu subigentem.

Ea est huius descriptionis luculenta ὑπερβολή.

Format opus] Repone ex veteri membranarum scriptura:

Leuat opus. — hoc est, ut ipse interpretatur, dilatat

dilatat palmis in suum orbem.

Et notat impressis] Quod panis in quadras dissectus esset, & hinc pater, & Horatius innuit illo versu:

Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Martialis:

Secta plurima quadra de placentæ.

Quare & Romani eos panes vocabant Quadratos. Athenæus: ἑλωμλίαις τὴν ἄρτους ἀνομάζειται λέγει τὸς ἑνωίτας ἐπὶ μίαι, ὅς ῥωμαίων κουσσοβάτας λέγουσι. Idem voluit Hesiodus:

ἄρτον διεντιλάει τετραγυρον, ἐπιτάβουλον.

Dabant autem quadram unicuique, ut ex loco Horatii iam citato colligitur: & ex Iuuenale alludente: — aliena uiuere quadra. In veteri Glossario perperam legitur, Quadra, τόπος. legendum τόμος. Quare & Horatius dixit findere quadram, & Martialis scindere.

Vnguentum, fateor, bonum dedisti

Coniuis here: sed nihil scidisti.

Quam sententiam Epigrammatis, ut id quoque exponamus Lucianus ita expressit: τὸ γὰρ λιμὸν πωλοῦσι, καὶ ἢ διαδιδοῦντα μύρον ποιεῖται, καὶ ἐξ αὐτῶν πλεῖον κεφαλῆν, ἡρέμα καὶ γλυκίον. ut ab hac mente potius manasse prouerbium crediderim, ἐπὶ τῷ φηκῆ μύρον. Alludit & illud: τὸ σίτατον ἐλῶν, αὐτὸς δὲ διψῆ δὲ ποδῶν.

Cybale] Repone semper Scybale, ex veteri membrana.

testisq; tegens] Iucundior prisca lectio, testisq; tegit. est enim ἐπιβεβῆν non inuenustum.

trunciq; uacabant] Quid faciat hic loci, aut quam sententiam obtinere possit hoc verbum, nō video:

deo: quanquam olim in versione nostra quomodocunque id sequuti sumus. Veteres editiones habent, — *trunciq; rigebant.* Nam quæ sale durata sunt, vere ea rigent. & arida sunt, & inflexibilia. Significat ergo ne per facultates quidem ei licuisse vel falsamentum suillum, aut offam possidere: sed in eorum locum caseum tantum habuisse.

Durati sale] Tamen hoc loquendi genus reprehendit in Claro Oratore Quintilianus. Nec video, inquit, quare Clarus Orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, quàm ipsum id, quod vitabat. Sane, ut ego puto, Quintilianus ambitionem hominis carpit, qui, quum falsamenta, hoc est τὰ παρίχη, vno verbo dicere posset, περιφραστικῶς maluerit duratos muria pisces. Sic infra — *sale durus adeso Caseus* —

Munibat] Atqui vimineta, & arundineta munientis hortis, aut sepibus obtendendis vsum præstare non solent. Deinde *munire*, quanuis excusari potest, tamen minus proprie dictum puto. Quare malim, *minuebat*: ut ostendat bonam hortuli partem arundineto, & vimineto occupatam esse, & ut Horatius loquitur, denormatam.

Et calamo redimita] Quid est, obsecro vos, *arundo calamo redimita*? nihil sane aliud, quam μάκτρα κάρδοπος apud Aristophan. Sed optime vetus scriptura, itemq; antiquitus excusi, *rediuua*. hoc est παλιμβλαστῆς. Intelligit septum hortuli ex arundine innata esse, hoc est ex ea, quæ esset αὐτοφυής, & quotannis caderetur in vsum pergularum.

quæ

quæ quia restibilis esset, vocauit eam rediuuam. Tamen, ne quid dissimulè, sunt veteres editiones, quæ pro rediuua habebant recidiua. Quod nihil aliud est, quam vestigium corruptum prisca lectionis.

Hic cicer] Malo, quod in veteri scriptura reperi: *Hic sifer*: & sane sifer inter πορρα, nō cicer ponitur. Neque dubium, quin sifer vera sit lectio.

debentia cape] Scio recte dici cape capitatum. Sed tamen quodnam cape est, quod non capitatum dici possit: frustra ergo inter species capæ capitatum posueris, quum omne cape sit capitatum. Sed bene habet scripta lectio — *Et nomen capiti debentia porra.* Nā ἀράσιον κεφαλαίον porri speciem esse quis ignorat?

Hic etiam nocuum] Hic versus in manu scripto desideratur. Non tamen mihi damnandus esse videtur.

Grataq; nobilium] In manu scripto post hunc versum sequebatur iste:

Plurima surgit ibi, crescitq; in acumina radix.

Itaque sifer, porrum, & radix, hoc est ῥαφανές, sunt omnia ex iis, quæ κατὰ ῥίζαν vocat Theophrastus. hoc est, ut verbis huius versiculi utar, crescentia in radicem, vel quæ sunt singulari radice. Porro lactuca requies ciborum dicitur, quod eo tempore adhuc lactucis claudebant cœnas suas. Martial.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,

Dic mihi cur nostras inchoet illa dapēs?

Athenæus: οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πάντες ἀπὸ τῆς δειπνεῖν
& ἀπερὲρον ἔτε μίτρας, ἔτε θρίδακας, ἔτε ἄλλο
τι τῆ

τι τῶν τοιέτων, ὡς περ νῦν γίνεται.

Certisq; diebus] Membrana optimi Pithoei nostri, itemque alia præ se ferunt, aut *notis*, aut *nonis*. & sane *nonis*, est vera lectio. Intellige *Nundinas*, quibus ad mercatum proficiscebantur rustici.

Sed populi proventus erat] Malo, quod vetus membrana habet, *profectus*. ὡφέλεια. Le peuple s'en resentoit.

Venales olerum] Restitue ex scripta lectione, *Venales humero fasces*. Innuit ne a sellum quidem habuisse, quo ad olerum, & aliarum rerum vecturam vteretur. Sic & infra manifesto significat illum eas res gestare solitum, cum ait, *Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat*.

Vix unquam urbani.] Vetus scriptura:

Vix unquam urbani uacua mercede macelli. Id est, vix percipiens ex suo olerum fasciculo, vnde de macello aliquid emeret.

— *tellure refossa*] Vetus scriptura: — *tellure refusa*. *Fundere terram* esset implere scrobem. contra *refundere* erit exhaurire. Sed potest videri error librarij, *refusa* pro *refossa*. Nam ita peccatum est sæpe in veteribus libris, vt apud Paterculum: *Collisa* inter se duo Reipub. capita, effusumque alterum Rom. imperij lumen. perperam pro, *effossum*: vt dicat alterum oculum Reip. Põpeium.

rutamq; uirentem] Inuenio in veteri scriptura: — *rutamq; rigentem*. hoc est, ἀφροδιαν.

numerofo cortice] Vetus scriptura, *nodoso corpore*. *spoliat coriis.*] Intelligit summum corticem caparum. Nam interiores tunicas, vnde tunicatum

cape

cape Horatio, *Tallas* vocabant, vt est apud Sex. Pompeium, & veterem Glossarium manu scriptum. Itaque apud Lucillum:

— *lacrimosaq; ordine talpæ*: legendum, *Talle*.

Aliud vero est *Thallus* capæ Columellæ: hoc est scapus, seu colis caparum viridiū, & porrorum. *fale durus adeso*] atqui potius illa, quæ fale aspersa sunt, dicuntur adesa. sed & corpora dicuntur vesca, & ipsum sal quoque vescum. *dicat conuicia sumo*] vocat τῶν δειψιῶν. & fumū, vt nos vulgo.

species nomenq; moreti] Falluntur, qui putant, atque adeo in Cõmentarios suos, & annotationes retulerunt, *Moretum* constare ex pane, & herbis. Quo ex pane amabo? an quia hic quoque coquitur panis? Sed sciant isti confectionem tantum *Moreti* incipere ab illo, Hortus erat iunctus casulæ &c. constareque ex alliis, apio, ruta, coriandro, bulbo, & caseo, oleo, & aceto, neque requiri in illo, vt coquatur: panem vero illum non esse de ista confectione, sed ad illum *Moretum*, tanquam obsonium, adhiberi.

Quem lotis recipit] legit vetus membrana: *Quem letus recipit*. neque ausim illud mutare, quum deterius non sit eo, quod habent vulgati libri.

IN DIRAS VAL. CATONIS.

HVius poemati auctor est Val. Cato Grammaticus. Quod deprehenditur ex iis, quæ de eo scripsit Suetonius Tranquillus: nempe patrimonium suum amisisse bello Sullano: tū *amasiam* quandam Lydiam celebrasse carminibus

E c

fuis. Vtrunque in hac Ecloga apparet. Nam & Lydiae eius sepe meminit, & amissa bona sua deplorat. Quae fuit vnica caussa, quare hoc eidylliō Virgilio attribueretur, quod & ipse quoque bello ciuili agros suos prope Mantuam amisisset. Sed quis sanus vnquam hoc poema attribuat Virgilio, etiam si non constaret de nomine auctoris? Hoc dico, non quod malus fuerit poëta Val. Cato ~~et~~ sed quod dissimilis Virgilio. Bonum enim poëtam fuisse qui mihi non credit, audiat de eo elogium tale Furij Bibaculi:

Cato Grammaticus, Latina Siren,

Qui solus facit, ac legit poëtas.

Etiam Catullus eum amice appellat eo Hendecasyllabo:

Ride quicquid amas Cato Catullum.

Scriserat & alium librum cōtinentem similem conquestionem de agris amissis, cui titulus erat *Indignatio*, vt inquit idem Suetonius. Itaque in hoc, quem posterius scripsit, manifeste innuit de illo altero, quum ait:

— repetamus carmine uoces.

Ostendit enim etiam antea se de eadem re scripsisse. Diuiditur autem hoc opusculum in duas partes. Prima continet deuotum carmen, plenu imprecationum, & vere quas vocat Horatius Thyesteas preces. Secunda tota ad amasiæ Lydiae amissionem spectat. Quae quidem quauis egregia sint, & luculenta, tamen eorum nitore maxime efficiunt menda, quae in illis iniuria temporum inoleuerunt. Nam quid eis vetustas non nocuit, quum & auctorem quoque abstu-

lerit?

lerit? Sed & nos huic poemario parum prodesse possumus, ope bonorum codicum destituti. *Battare*] Videtur Battarus nomen fluij, non, vt voluit Domitius, arboris. Satis enim differre inter se puto *Battarum*, & *βατταρον*. Alloquitur autem eum tanquam numen. Nam fluij Deorum appellatione inuocabantur. Hoc, qui diligenter totum opus perlegerit, facile colligere poterit cum ex aliis, tum ex illo:

Battare fluminibus tu nostros trade dolores.

Cum enim, ne Neptuni vindice inundatione indignum quid protulerit, veretur, mandat Battaro fluiuo, vt saltem vicem Neptuni ipse agros suos diluuiio operiat.

Cyaneas] Qui omnem prorsus salutis spem abiecerunt, dicuntur prouerbialiter τὸ κύνηλον ἀδέν. *Julianus* ὁ Ἐφέσιος. ἐν ταύτῃ τὴν ἀδέν ἐξ ἡν ἀνδρα τῷ Πλάτωνος, καὶ ἀεισοτέλης ζήλωτι δόγματων, ἀρα ἀειροῦν ἀνδράτους ἀθλίους τὰς κλέπταις ἐκδιδόμενος, ἢ καὶ δύνανται αὐτοῖς ἀμύνειν σίμα ὡς ἦν τὸ κύνηλον ἐξ ἀδέν δὲ τὸ θεμιστὸς ἐργασίαν τῷ ταύτῃ. Est ergo desperantum, τὸ κύνηλον ἀδέν. Sed in *Juliano* plus est ἐξ ἀδέν, vt *Decantare* apud *Ciceronem*, & *Depraliari* apud *Horatium*. An, quum dicat *Suetonius* bello *Sullano* patrimonium amisisse, eius agri in *Corfica* insula fuerunt, quum in eam *Haleriam* *Coloniā* deduxerit *Sulla*, ibique agros veteranis suis assignauerit, propterea dicemus legendum esse *Cyaneas*, nō *Cyaneas*? Sane & ipse infra agros suos mari allui indicat illis:

Vnde, quae nostris pulsatis litora limfis. Et Hale-

E c 2

riæ nomen satis demonstrat, maritimum locum fuisse, cum id nominis non nisi maritimis ciuitatibus imponeretur, vt annotat Festus. Quid quod Guattarus adhuc fluuiolus est in Corsica insula inter oppidulum Coassinum, & Haleriam? vt sane Battarus esse videatur, qui hic appellatur a poeta. quod si verum est, omnia conueniunt, cum & Haleria possit esse ea Colonia, de qua innuit poeta, & certum sit deductam a Sulla, vt & certissimum est agros huius poetæ assignatos fuisse Sullanis militibus.

Diuisas] Subinde intercalatur τὸ *Repetamus*: vt innuat se olim in Indignatione hæc iam dixisse. *Sedes diuisas*: vel quod veteranis Sullæ assignati fuerunt eius agri: vel *diuisas* intelligit deuotas. Sic Propertius:

— an me Deus obruit? an quæ

Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Diuidere ergo maledictis, & differre veteres dicebant, vt Græci εἰδατέαδα. Sophocles Trachiniis: καὶ πλείστα τὸν εἰδατέμυθος γάμον. & Catullus similiter:

Non si me infestis discerpant sidera dictis.

Montibus] Imprecatur καὶ δένδρων καὶ ἀμπέλων ἐκκοπήν ab exemplo Lycurgi Thracis, qui furore correptus securi omnes arbores vitibus maritatas cædebat. Vnde *securiger* dictus Senecæ in Oedipode. Idque etiam persequitur, quum ait — *Trinacriæ sterilescant gaudia uobis. uobis enim, non nobis legendum est.* Neque, inquit, πυροφορεῖτω. Ne ferat ager frumeta, qualia in Trinacria. *Nec fecunda sentis*] Lego:

Nec

Nec fecunda, sinus nostri — Nam sinum, nisi fallor, dixit, quod, vt iam monuimus, maritimi fuerunt eius agri. Id quod ex multis aliis huius poematij locis constat. O sinus nostri felicia rura ne segetes ferant semina fecunda. Ita enim distinguendum, vt fecunda referantur ad *semina*, nõ ad *rura*. Idque melius pateret, si ita legeretur:

Nec fecunda, sinus nostri o felicia rura, semina &c. Non *arbusa nouas fruges*] Etiam Cicero in libro de senectute vitem in frugibus ponit.

Effetas Cereris] *effetas auenas*, quæ defrugant segetem, vt in Moreto *adesum sal*, quod ipse scilicet efficiat, non patiat. id est, quod efficiat adesa corpora, quibus inspersum est.

Ludimus] Prodigiola lectio: quam ita expiandam puto:

Tu nemus, & multum nostris cantata libellis

Optima siluarum —

Tondemus] Lego, Non demum uirides umbras, nec leta comantes

Iactabis molles ramos instantibus auris. Illud autem molles Græci per ῥαδινόν explicant. vt Virgilius:

Belgica uel molli melius feret effeda collo. molli,

ῥαδινόν: vt ῥαδινός ἐπεμύξατο χίπος Homero.

Succedet dextera] *succedere ferro*, vt *succedere oneri*. Malim tamen *succidet*.

Ipsa cades] Lego:

Ipsa cades: iterum domini felix alumna

Nec quicquam, nostris potius deuota libellis

Ignibus ætheris flagrabit —

Nam ex veteribus editionibus iterum, & potius, in quorum vacuum uenerant *ueteris*, & *tor*

ties, reposuimus? iterum alumnam suam filuam vocat, quod, ut verisimile est, iterum fata sit ab illo, & instituta. Sed id frustra, & necquicquam, inquit, cum ea potius deuota nostris libellis ardeat oportet. Ego non dubito, quin propius a veritate absit hæc coniectura nostra.

Iuppiter hanc aluit] Lege, *Iuppiter hanc alito*. Insultans in desperatione hoc dicit. Eadem figura: *Inferre nunc Melibœe piros*.

Cum tua Cyaneo] *Cyaneo*, cæruleo, ut in Ciri cæruleas umbras. Tamen hic quoque *Cyrneo* legi posset, ut supra *Cyrneas uoces*.

Non iterum dicens] Ita habent omnes antiquitus excusi, quod in recentioribus impudenti audacia in nescio quod monstrum sententiæ mutatum fuit. Ego vero *dicent*, non *dicens* lego, ut non opus sit tot verba interpolare. Cum amplius, inquit, nemo dicet *tua filua*. Nam crebro *Lydia* dixit *tua filua*. Auget inuidiam a memoria rei amissæ, ut *fuimus Troes*. & *Campos, ubi Troia fuit*.

Coniungat & arbor] Lege — *contingat & ardor aristas*.

Pertica quæ] *Pertica qua*. Et ita nonnullæ editiones. *Pertica*, Propertius: *Abstulerat miseras pertica tristis opes*. In Italia, ut & pueri sciunt, perticis antiquitus metabantur agros: Barbari vero funibus: ut est in sacris literis, & apud Herodotum. vnde *χοῖνίω μετ' ἰσάι*. Postea huc funem etiã Romanis *arupendium* nominatum inuenio. In veteri Glossario exponitur, *χοῖνός γεωμετρικός*. Quare quum in Gallia diceretur *Arpennium* pro iugero: non puto magis Gallicã vocem esse, quam Latinam

nam Gallis receptam, quasi *arupennium*. Sic Plauto *dispenere*, pro *dispendere*. In Gallia Belgica, & Celtica etiam hodieque iugerum *Arpen* vocat. Quin & in eodem peroptimo Glossario integra vox legitur, *Arpendia*, τὰ ἄρπεν, non *Arpennia*.

Quæ Volcanus] locus corruptissimus. Lego:

Quo Volcanus agro pastus Iouis ignibus ardet.

Quo agro Volcanus Iouis ignibus, id est ignibus fulminis accensus agrum meum populatur, in eo, inquã, agro fulgurito existat Syrtis similis ei, quæ est in Libya.

Nigro multa] dixit portenta monstra, ut Cicero *tibicini modi, ancile scutum, rete iaculum* &c.

Atrium conuertens] Lego, *conuerrens*, συλλετισύρατ.

Atrium astum, ut *μύλαμα φρίξ* poetis.

Si minus heu] Lego:

Si minus hæc, Neptune, tuis infundimus irks.

Si minus hæc euomimus digna tuis iris. Si non satis digna sunt vindicibus vndis tuis, quæ imprecamur: tu, o Battare flumen ades, & trade diluio fluminũ nostros dolores, hoc est agros nostros: quorum amissione dolemus: ut amores nostros, quem amamus.

Et aduersi rursus] veteres editiones, *cursum*. Lego igitur:

— *Et auersi cursum diffundite campis. auersi cursum*

παλίσποφαι. Ouidius:

— *auersis solq; recurret equis*.

Diffundere campos, κατὰ ἀνδύσειν. infra:

— *Diffusos gurgite campos*.

Nec nostros] In priscis editionibus nõ legitur *seruire*, sed *exire*. quod est verbum alienationum:

exire in ius, exire in potestatem. Lego autem *erroribus*, non *erroribus*. Veteranos intelligit, quibus eius agri erant assignati. est enim conuicium in militem infrequentē, sicut & *Emansor*. Tibullus:

Vre, Puer, quæso, tua qui ferus ocia liquit.

Atq; iterum errorum sub tua signa uoca.

Vt cunque igitur erit tolerabilis lectio. Sed ea, quam modo reponā, longe mihi verior videtur:

Nec nostro exire sinant erroribus agro.

Optat amnes per totum agrū diffundi, vt omne exeundi iter obseſis militibus intercludatur.

Quibus displicebat hiatus ille, *Nec nostro exire*, immutarunt lectionem.

Quis dominis] *Qui dominis.*

Vnde relapsa] veteres editiones: *Vnde elapsa.* Malim ergo legere:

Vnde elapsa meos agros peruenerit unda;

Dicetur nostris in finibus aduena arator?

Aduena, civili qui semper crimine creuit?

Nam non *Piscetur*, vt in recentioribus, sed *Discetur* legitur in illis antiquis. Vnde, inquit, ego deduxi fluuios, & irrigaui agros meos, in illis finibus, vel intra illos fines, quos ego colui, dicitur esse aduena dominus? Simile est Virgilianū:

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

Barbarus hæc segetes?

Pratorum crimina] Lego *raptorum*. vt malæ fidei possessores, & alieni infessores denotet.

Tuq; inimica tui] Et Virgilius: — *en quo discordia ciues*

Perduxit miseros —

Hinc ibo in siluas] Interrogatiue seu ἐρωτηματικῶς hæc

hæc omnia legēda sunt. Nec mihi, inquit, adire licebit campos, tanquam colles mihi obstant, aut montes?

— *Et felix nomen agelli*] Græcanice enunciatur, nomen agelli, hoc est, agellus. *Æschynes*, οὐδὲ τὸ μὲν θηβαίων ὄνομα, καὶ τὸ τ' δυσυχισατῆς συμμαχίας ἐνοχλεῖς ἀεὶ λέγων &c. *Albinouanus* in *Epicedio Drusi*:

Fluminaq; & fontes, & nomina magna locorum.

Cæcilius Comicus:

Nomen uirginis, nisi mirum est, deintegravit.

Tuq; resiste] Corruptissimus locus, & alieno loco positus. Puto primum eum post hunc versum reponendum:

Siue eris, & si non, mecum morieris, utrunq;

Tuq; eris isti par, & prima nouissima nobis.

Deinde ita interpretor: Siue eris, & si non, Græcismus: ἀμφοτέρω, ἢ ἕτε, ἢ μὴ ἕτε. vt illud:

Ἀμφοτέρω, ἢ τῆρά τ' ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῆρά τε ἔργων.

Tuq; eris isti par. Eris semper compar mihi. idem iugum trahemus, vt iam dixit, *mecum morieris*. *Isti*, id est, isti homini Comice dictum pro mihi, *δεικτικῶς*. Exempla occurrūt apud Terentium, & Plautum. Vt, *isti homini debentur uiginti minæ*. id est, mihi. Ergo, vt interpretatus sum, ita lego.

Tuq; eris isti par — pro, Tuq; resiste pater.

Et prima nouissima] Nam mecum uiues, mecum morieris. *Propertius*: *Cynthia prima fuit: Cynthia finis erit.*

Rura ualete] *Salue*, & *Vale* dicebant iis, quos nunquam visuri erant. Iccirco ita & mortuos alloquebantur. *Plautus*, *Virgilius*.

Sive eris & si non] esse, hic sumitur, vt apud Plutarchū, & Appianum: *ἢ δὲ καρχιδόνα ἐστὶν*. Cetera iam supra exposui. Fuisse, est mori. Plaut. Truc. Pene tibi fuit phronesium. hoc est: pene mortua est. parum abfuit, quin moreretur.

Quantis ignis eris] Prouerbialiter dixit ex illo:

— ἀλλ' ὑμεῖς μὴ ὕδωρ, καὶ γὰρ γίνοιθε.

Eadem sententia cum superioribus: sive eris, & si non &c.

Tacite uestrum suspirat] veteres excusi: tacite vestri. Malim igitur — *tacite vestri suspirat amore.*

Mihi quæ cantabat in aurem] ὁαρισμοί:

Tardabunt riui] Lego:

Tardabunt riui labenti currere limfa.

Noua pabula fastidire] Tædulos, & fastidiosos veteres vocabant, quibus palatum nouis cibis reficiendū erat. Nā fastidiosi stomachi vt conuersis cibis grauātur, ita nouorum gustu leuantur. Ergo eleganter dixerit in eum sensum, *fastidire noua pabula*. Ita Plautus: *Omnes homines ad suum quæstum callent, & fastidiūt.* hoc est, quod vulgo dicimus, *delicati sunt*. Putaui & aliquādo legi posse: — *noua pabula sat sit adire.* vt dictum sit, *sat tibi est adire*, vt in comparatiuo, *satius est tibi adire*. Sed vulgatam lectionem coniecturæ meæ præfero.

Cur non & nobis] Ita hunc versum ego lego:

Cur non & nobis facilis natura? fuisset:

Cur ego crudelem &c. vt,

Verum anceps fuerat belli fortuna. fuisset:

Quem metui moritura? —

Inq; uicem excurrunt] Hæc valde deprauata sunt. Nam τὸ Phœbe cōflatum ex Ephebus, quod erat in

in fine versus. Itaque sic lego:

Sidera per uiridem redeunt quum pallida mundum,

Inq; uicem excurrunt: atque aureus orbis Ephebus

Luna tui tecum est. quur non est & mea mecum?

τὸ ΑΤ Q V E eandem habet significationem, quam & apud Virgilium:

Atque illum prono præceps agit alueus amni.

ἰσχυρὸν γὰρ. Hoc vult dicere: Statim ac surgunt sidera, tunc ephebus tuus tecum est. quur similiter & mea non est mecum? Ephebum intellige τὸ ἀριστοτελεῖς μαζαινοῦσθαι ἐν κοιλίᾳ σελήνης. De quo Ageſianarum poeta apud Plutarchum loquens de luna:

Πᾶσα μὲν καὶ περὶ πύρι λάμπει. ἐν δ' ἄρα μέσην γλαυρότερον κούρην φαίνεται, ὅτε κῆρος ὄμμα, καὶ ὕψος μεταπέ. ἐστὶ ἐρεῦθει ἀντὶ ἰαίαν.

Luna dolor] ita lego:

Luna, dolor nosti quid sit. miserere dolentis.

Phœbe, geres in te laurus: celebrabis amorem.

Et quem pompa Deum, non suis fama sequuta est,

Omnia, uos testes, secum sua gaudia gestat.

De Luna primum: historia Endymionis. Deinde: o Phœbe quotiescunque lauream gestabis, celebrabis amorem tuum in Daphnen. Qui amor tuus, quum in pompa Deorum celebretur, neque tantum in siluis fama notus sit (nam nō solum siluæ lauri extant, quæ sunt monumenta amoris Phœbi in Daphnen: sed etiam Deorum quoque pōpæ, & victoriæ, & agones hac arbore insigniuntur) Ille, inquam, amor pro amissa potiundi spe hoc magno solatio fruitur, quum vbiq; locorum insperſa videt lauri nemora, & lucos.

lucos. Melius in præsentia comminisci non potui, qui huic obscurissimo loco lucem adferre. Interea eruditiorum quisque pro sua copia symbolam in illum conferat.

Conditio similis] Doleo hæc a recentioribus editoribus interpolata fuisse, cum bene habeant veteres excusi:

Conditio similis fuerat mortalibus illis

Hæc quoque, præterea notum Mimoidis æstrum.

quæ durior esset] qui durior esset.

uitam tentare] Lego, uittam. pudorem intelligit. noxæ soluere] nexæ. Nexam clientam vocat. Ausus ego meæ clientæ soluere fata, hoc est attentare pudorem, antequam fata sinant: prius quam liceat.

Istius atq; utinam] Atque utinam primus hoc malum exemplum posteris reliquisset, ut diceret auctor occulti amoris. ut apud Horatium:

— culpa potare magistra. Sic infra:

Auctor ut occulti noster foret error amoris. Auctore errore meo alij auderent furari dulce fructum amoris. Auctor error, & magistra culpa, id est, semper mendacia furti] veteres editiones, semper mendacia factus. Lego: — semper mendacia fastus. Primum semper mendacia ὑφ' ἐν legendum est, ut apud Terentium semper lenitas, ἀειπαράτης. & Lucretius — semper florentis Homeri — ἀειζώντες ἰμήρη — ἀειθάλλοντες ὀμήρη. Deinde semper mendacia fastus significat serio dissimulasse amorem suum in sororem, & fastu, ut integumento frontis semper illum celasse, cum tamē furtim aliud agerēt. Et huc allusit elegans vetus Epigramma:

Et

Et cum deprensa quis, nisi frater erat?

Frater erat, nihil est, fecit quod Iuppiter, illud

Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

Gaudia libavit] ἄρ' ἀφροδισίων ἀπὸ ἡρῆα. allusum ad Homeri locum, ἰδιδός ζ.

είον ὅτε φρατίσειν ἰμισυτέλω φιλότητι

εἰς ἑνὴν φαιτάντες, φίλος λήθοιτε τεκνίας.

Et mecum tenera] Lege, & secum. scilicet Iuno.

ludere in herba] Lege: — gauisa est lidere in herba

Purpureos flores — ut supra,

Membra reclinarit, teneramq; illiserit herbam.

Purpureos flores] In eadem historia, eadem descriptione utitur Petronius:

Idæo quales fudit de uertice flores

Terra parens, quum se confesso uinxit amori

Iuppiter, & toto concepit pectore flammæ:

Emicuerunt rosæ, uiolæq; & molle Cyperum.

Atq; de uiridi riserunt lilia prato. &c.

Tum credo fuerat] Hæc omnia εἰρωνικῶς. Contra enim sentit. Iam puto, inquit, eo aureo seculo Martem districtum fuisse bellis: Vulcanum autem ensibus, & telis fabricandis. Quasi dicat: Non. Non enim armis opus erat eo tempore in quo voluptati tantū, & otio studebāt homines. Tristi turpabatq;] In hoc versiculo plus est fuliginis, quam in barba Vulcani: quæ ira abstergenda est — & illi

Tristi turpabat malas fuligine barba. & hæc omnia, ut iam monui, εἰρωνικῶς. Cōtra enim sentit.

nunquid minus aurea] Nunquid minus digne de illo aureo seculo loquor?

Tanta mee uitæ cordis] Lego:

Tanta

Tanta meae uitae cum Diis fecere rapinam.

Sic Graeci semper οὐν θεοῖς. Ennius — uolentibus cum magnis Dis. Sed hic in mala partem, ut Graeci non raro. Τατα, Graecismus est, τῶσα, haec omnia. Est ὀπιφώνημα. Cordis, pro cum: dis. ut apud Varro- nem Cordo, pro condo &c. Neque, ut puto, alia melior lectio. Putavi tamen aliquando, posse legi: *Tanta meae uitae excordis.* Graeci in eum sensum ἀκίηρος. ut ὄνειρος ἀκίηρος Apollonio Rhodio: hoc est ἀρδυνός. Cognatum illi ex Prometheo Attij:

Sic me ipse uiduus noctes excipio anxias.

Me uiduus, ἐγὼ κείανδρος, puto fuisse in Graeco: quod inueni in commentariis Grammaticorum. Et in Tragœdia quod scriptum fuit: *Ita me desti- tuit nudum,* est eiusdem sententiæ, alludens nimi- rum ad illud Homericum: ὄφρα με γυμνώβεντα κακὸν, καὶ ἀνήνορα θεῖος. & Hesiodus: — ὅτ' ἀνὴρ ἀνήνορα ποιεῖ. Nam *Me uiduus*, κείανδρος, ἀνήνορ, idem. Sed in Tragico illo κακὸν φαῖν commisit ille, qui dicit se destitutum nudum a Virgine: ut pote quod in obscœnum sensum detorqueri possit. Itaque sic illustramus locum ex Tragœ- dia, in erudita Ciceronis epistola ad Pætum. Sed ut ad rem redeamus, non censeo mutandam lectionem in *excordis*, sed, ut dixi, in, *cum dis*. Atq; hæc in Diras satis. quas qui ex correctione no- stra legerit, tantū abest, ut ex illis aliquid boni expiscari possit, ut secundū illum Terentianum, incertior multo discedat, quā prius. Nihil enim aliud præstare potui. Quod tamen æquos lecto- res, quidquid laboris est, boni consulant, etiam, atque etiam oro.

IN

~~Hic ego] Hec quoque Ithyphallicum. 57
est paret doctis hominibus, cum propter sili
affinitatem, tum quod eum ali carmine Ithysse
in Priapea dicitur. Marcus Terentianus Ithy-
phallicum quoque metrum a magistro Ithya-
pœum vocari eodem potestissimus, & eruditissi-
mus Grammaticus docet nos quem admodum
& οὐκ ἀπὸ τῆς λέξεως ἰθυφάλλου ἀλλ' ἀπὸ τῆς
ἰθυφάλλου λέξεως. Nam differunt ab Ithyphal-
licis. Priapea quoque carabatur. Scholasticus
Aristophanis: ἀπὸ τῆς λέξεως ἰθυφάλλου καὶ τῆς
φάλλου λέξεως. ἰθυφάλλου καὶ τῆς φάλλου λέξεως.
καὶ τῆς φάλλου λέξεως. ἰθυφάλλου καὶ τῆς φάλλου λέξεως.
Nunciat. Hæc non sunt naucci. Logo, Nunc
tuor m. g. Deinde sequentem uertum p. ita
explendum.~~

Pauperis tuguri pater, filiusq; coloni.

IN CATALECTA PVB.

VIRGILII MARONIS.

Hic potius incipiunt Catalecta Maronis: quum tria superiora Epigrammata, inter Priapea, ut dixi, censenda sint. Quæ qui colle- git, καταλέκτω vocauit, quæ putauit cirra con- trouerfiam Virgilij esse, a delectu scilicet. Nam est vox castrensis καταλέκτω, & καταλέκτω. Sic & opusculum panegyricum Lucani ad Pisonem, in veteri codice manu scripto, Catalecton Lu- cani inscribitur.

De qua Tucca] Corruptissimum Epigramma, quod ita nobis legendum videtur:

Delia sepe tibi uenit, sed, Tucca, uidere

H h 2

Non licet: occultitur limine clausa uiri.
 Delia sepe tibi uenit, neq; adhuc mihi: namq;
 Si occultitur, longe est tangere, quod nequeas.
 Venerit aut iam iam tibi: sed mihi nuncius iste
 Quid prodest? illi dicito, quæ reuertit.

Salsissimum, & argutissimum epigrammatium. Nam quam non videbat, utpote quæ dura mariti custodia asseruaretur, frustra eam venisse dicebat, tanquam rem factam haberet, & iam a complexibus eius fruiturus esset. Venit quidem, quantum tu dicis: sed non ego credulus, nam longe est, quod tangere non potes. Esto: uenerit, credo. At quid mihi prodest hæc scire? ipsi potius Delia gratulare præsentis ob reditum. Hic est totum sal Epigrammatis. Nam si exagitat eum, quod, quam redisse gaudebat, eam videre non poterat, quomodo remittit ad eam, quam non videbat? Quasi dicat insultans: I nunc, alloquere eam, importune sane, quæ diligenter a marito asseruaretur.

Corinthiorum] Non solum Virgilij esse hoc Epigramma, sed & in Tullium Cimbrum Rhetorem factum esse, auctor Fab. Quintilianus. Iste Cimber fratrem veneno sustulit. unde falsus iocus Ciceronis: Cimber Germanum occidit. De que ea nece hic intelligitur in hoc Epigrammate multis mendis deformato. Quod non prius assequeris, quam ab iisdem mendis purgatum fuerit. Primum tam in antiquis excusis Catalectis, quam in omnibus Quintiliani exemplaribus illud *Corinthiorum* non habetur. Sed in Catalectis quidem *Hormetiorum* legitur, in Quintiliani

liani vero libris, *Etbormetiorum*. Ex quibus deprauatissimis verbis duas lectiones eruimus, quarum primæ non confido. secundam, quam apponam suo loco, puto veram esse. Prima igitur:

Rhetor metrorum amator iste uerborum,

Iste iste Rhetor. — Iste, inquit, est Rhetor ille, qui poetica verba in suis Declamationibus tam auide consecratur. Nam eo citasse hoc Epigramma Quintilianum, facile locum legenti patere potest, ubi ait non affectanda esse ea verba, quæ magis poetica sunt, quam forésia. Quæ quia affectabat Cimber iste, eo nomine a Virgilio deridetur. *Metra uerba*, ut *pallium peristroma* Vlpiano, *aruis ager*, *laniena taberna* Varroni apud Nonium, *ancile scutum*, *rete iaculum*, *lapidem silicem*, *tibicini modi* apud Ciceronem, *pœna multa* apud eundem, *fidicimæ fides* apud Plautum, *uentus turbo* apud eundem, *manubia machæra* eidem Truculento:

Nisi si te mea manubia machæra, & hunc uis emori. Ita enim legendum in Plauto. *manubia machæra* vel ex manubiis comparata. vel potius fulminatrix, a manubiis Iouis. Altera coniectura propius a vero abesse mihi videtur. ea hæc est.

Rhetor metrorum amator iste uerborum. *metrorum*, est *μετέπων*. *μετέπων* uerba uocat decurtata. *al, tau, min.* pro *allio, tauro, minio*. Quod ex sequentibus patebit. Primam in *μετέπων* corripuit etiã Maurus Terentianus. ut in *chiragra* fecerunt *Perfius*, & *Martialis*: & in *Phidia* *Ausonius*, *φιδίας*. & in *Solœcismo*. dixit enim *Solœcismum*, non

Solœcismum. Dic rectum casum, iam Solœcismus eris. *σολοκισμὸς* in quā, non *σολοκισμός*.

Thucydides tyrannus] In Quintiliano legitur: Thucydides Britannus. Ergo Britannum, aut Gallum eū fuisse necesse est. Poterat & legi *Thucydidis tyrannus*. ut vocet eum ita, quod dū ineptus Thucydidis imitator est, ipsum totum *σπρέλαυν*, & membratim discindere videtur. Eadem figura *Atticæ febris* vocat, quod *ψυχρὸς ἀττικισῆς* esset. Sed melius *Thucydides Britannus*. Nam totus *Thucydides*, est totus in Thucydidis imitatione.

Atticæ febris] Quod, ut iam monuimus, frigidus *ἀττικισῆς* esset. Ita Theognin quendam poetam frigidum, *χιόνε* cognominabant vulgo Athenienses. In cuius frigiditatem ita ludit Aristophan. *ἀχαρνεῦσι*.

*εἰ μὴ κατένιψε χιόνι πλὴν θράκῃ οὐδὲν,
καὶ τοὺς ποταμούς ἐπιζῆ' ὑπὲρ αὐτὸν τὸν χιόνιν,
ὅτ' ἐνθαδὶ Θεογνίς ἠγωνίζετο.*

Cui consentaneum & illud Horatij in Furium & ipsum etiam frigidum poetam.

Furius hibernas cana niue conspuit Alpes. Quod *παρωδιαστικῶς* ex ipso Furio. *Iuppiter hibernas* &c. Nam leuissima mutatione mos est *παρωδιαστικῶς*. *Tau Gallicum*] In veteribus excusis ita conceptus est hic versiculus etiā in Fabij codicibus:

Tau Gallicum minæ ipsemet male illisit.
Sequemur apices illius corruptæ editionis, & a vestigiis minimum discedemus:

Tau Gallicum, min ipsum, & al ei illisit.
Quod Aufonio duce inuestigauimus. qui ita Grammaticū interrogat in Monosyllabis suis,
ingenio

ingeniosissimo opusculo.

Dic quid significant *Catalecta Maronis in bis, al,*

Et quod *Celtarum posuit non lucidus tau,*

Et quod *Germ. uio mistum male letiferum min:*

Ita enim & legendus ex correctione nostra, & supplendus ex veteri libro Aufonius nostras, poeta post tempora Domitiani omnium eruditissimus, & in cuius lectione nemo operā suā luserit. Vides, ut Aufonius disertim in animo hūc locum habuerit, ut quasi manu ad ipsum fontē nos ducat: Sed quod ipse ignorat, aut, quod verius puto, sciscitabundus quærit tāquam ænigma proponens, non tanquam ænigmatis ignarus, illud nos explicemus. Quatenus, inquit, ille magnus Rhetoricorum verborum volutator, verba, quæ more gentis suæ decurtata pronunciat, quasi illidit Rhetoricæ, quemadmodū & in Gallia vulgo ludimus in sermone communi de eo qui solœcismos committit, eum nempe rhapsimate, & alapa ferire Priscianum: quatenus, inquam, illis truncis verbis tanquam talitro quodam ferit Atticā, hoc est Græcos Rhetoras: quod inepte & more gentis suæ, ut dixi, declamans verba ipsa decurtaret, ut pro allio, *al:* pro tauro, *tau:* pro minio, *min* efferat: quia in argumentis Scholasticorū de veneno trito sæpe tractatur: illa, inquam, omnia venena, quæ in illis Laudabilibus quotidie iactat, miscuit fratri, & eum porione sustulit. *Tau Gallicum* dixit, quia Gallus dimidiatas tantum vocolas proferebat (quanuis non Gallus, sed Britannus, ut supra dixi, fuerit, sed propter vtriusque gentis vicinitatem.

tem ita vocat, vt Persam pro Medo, & contra.) Sic hodieque omnes, qui veterem linguam Gallicam matricem, aut eius dialectorum propagine loquuntur, Britanni, Germani, & Flandri ita verba solent decurtare, vt Germani quidem, & Britanni multa non solum suæ linguæ monosyllaba habeant, sed & quæ a Latinis acceperunt, & aliis linguis, monosyllaba faciant, quanuis nõ omnia: & quæ sæpe in vocalem terminant scribendo, sine ea proferant. Britanni vero ridiculi, quos, quum Latina pronunciant, non Latina, sed Britannica loqui putes, *aqs*, *pups*: pro *aquas*, & *puppis*. Quum igitur Cimber iste in scholis declamaret de morte Themistoclis, qui epoto taurino sanguine extinctus est, pro tauro dicebat *tau*. Quum tractaret argumentum de illo, qui, quum patri in mortario alliatum tereret, a nouerca minium iniectum imprudens triuit, vt veneficij mox accusaretur a nouerca, aut nescio quid tale: pro allio, *al*: pro minio, *min* dicebat. Minium enim, vt & Asclepiadæ sciunt, præsentaneum venenum. Sane non mediocriter gaudeo me tam eleganti Epigrammati lucem tulisse, pulsus iis, quas librariorum incuria offuderat, tenebris.

Tuq; nunc] Lege:

Tuone nunc puella talk, heu tuo

Stupore pressa rus abibit? hei mihi,

Vt ille uersus usquequaq; conuenit.

Stuporem vocat Noctuinum, vt & Catullus ipse.

Talk hic meus stupor. nil uidet, nihil audit.

Sic stolonem pro stolido dixit Ausonius. Vnde

stolidus

stolidus & stoltus, qui postea *stoltus*, *stultus*.

Rus abibit] Quia ære alieno obruti. Idcirco illud Catullianum subiunxit.

Gener, socerq; perdidistis omnia.

Significat Noctuinum inquilinum cogi emigrare rus ex ædibus cõductitiis, quod, vnde pro pensione solueret, non haberet, quæ migratio fiebat Cal. Quintilib. quia is erat conductionũ dies. Martialis.

O Iuliarum dedecus Calendarum.

Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, uidi.

Quis non retentas pensione pro bima

Portabat uxor —

Gener, socerq;] Notissimus versiculus Catullianus:

*Eone nomine Vrbs **

Gener, socerq; perdidistis omnia ?

Nam quod Correctorũ audacia, qui illam lacunam explere conati sunt, succenturiatum est — *Vrbs opulentissime*: id neque modulo versuum horum, qui omnes constât ex Iambis puris, neq; sententiæ, quæ, si ita legatur, nulla est, conuenire potest. Quid ergo? Ego puto aliquod conuiciũ hic deesse, vt, — *Vrbs o hirudines*: aut, — *Vrbs o uoragines*. Cicero in Pisonem: *Tunc etiam, atq; adeo uos geminæ uoragines, scopuliq; Reip. nos meam fortunam deprimitis?* Omnino quid tale desiderari putem.

Hirneam] Non solũ hic, sed & in multis aliorum auctorum manu scriptis exemplaribus ita exaratum perperam pro hernia uidi. Lasciua quadam *hernie* nomen *ἑρνεῖα τὰ ἐπὶ τοῦ* formarunt, vt &

H h 5

Ramicis. Vtrunque enim, quod cum intestinum incipit in scrotum decidere, videtur ramum facere. Dicitur autem in hoc lambo duas habere filias Atillius: nempe filiam, sponsam Noctuini, & herniam. Ergo vterque alendus Noctuino, focer herniosus, & filia, vxor ipsius Noctuini. Et videtur tritum in communi sermonis lasciua fuisse. Nam & Atellana Póponij inscripta fuit, *Hernia sponsa Pappi.* Si retines *Hirneam*, vt vulgo excusum est, intellige de ebriosa filia Atillij: que vt est simile in Epigrammate Græco, nunquam a se amphorā semouebat, adeo vt ipsam sororem suam vocaret. Ergo duæ filiæ, ipsa, & eius soror, *Hirnea*. *Hirnea*, vel potius *Irnea*, vt apud Plautum *Amphitruone*, est genus vasis vinarij. Antiquus *Erneum*, vnde & ita genus libi ei simile, aut ad eius formam fictum, vocabatur: ὄρνις τὸ ἔρνεον. quod auis figuram haberet, vt quod Musculi formā, μυόβαρβον. vnde *Myobarbū* Ausonij. Nam *σκαρπέος*, vasis genus. Sic quod scarabæi, καύθα, οἰ, & similia. *Erneum* potius, quam *Orneum* dixisse non mirabitur, qui meminerit & *Apellinem*, *Elcra*, *hemonem* quoque vsurpasse.

Iacere me] In Lucium quendam cinædum scribitur hoc poematum, maledicentiæ, & probrorum plenissimū. Quod non ausim Virgilio attribuire licet elegans, & eruditum. Videtur enim secundum ætatem Augusti scriptū fuisse. *Iacere* eadem mente, qua & in Epigrammatio Petronij.

Rebus in aduersis quæ iacere, iuuant.

Et nescio quis dixit *iacentem* gustum. Et Gellius:
Oppido

Oppido quam iacere, ac sordere incipiunt, quæ Latina sunt. Est, quod Græci, ἀτῶν.

Et lingua qua] *Lego*, & *lingua, qua sat sum tibi.* hoc est, qua tibi sufficiam, qua tibi super sum.

Et belluato] Allusum ad Hesiodium — δὲν δ' οὐκ ἔστιν ἄλλο πῦρ.

Et infcio repente] Vt de liberto impuro impuri Neronis, quem in fœminæ naturā mutare volebat herus: & ei Epithalamiū accini iussit. For- san ille verius Anacreontis apud Ammoniū de talibus nuptiis accipiendus est. καὶ θαλασσίος, ἐν ᾧ κείνος καὶ ἔγαμεν, ἀλλ' ἔγχετο. Nisi sensit Anacreon de vxorio homine. Nam qui sub vxoris imperio viuebant, eos nubere dicebāt Pompon. Atellan.

Herus meus nupsit quoidam uctule uaricose Afræ.

Thalassio. hic bis repetitum est, vt in quodam Epigrammate Iambico ter repetisse Virgilium auctor Marius Victorinus: Thalassio, Thalassio, Thalassio.

Puella per Cotytia] Corintho Romam inuecta hæc. Eisque solæ fœminæ intererant, adeo vt conqueratur Canidia Horatium ea in vulgus extulisse.

Inultus ut tu riseris Cotytia

Vulgata, sacrum liberi Cupidinis.

Eorum præles erat *Cotyto* Dea impudiciæ. Cuius & non absimilis alia nomine *Cicinnia*, quæ in veteri Glossario exponitur *καὶ κινναίω*. ab eo puto, quia cinædi cincinnati. Vnde pro- uerbiū: δόεις κιννάτης, ὅς τις ἐπὶ κιννίᾳ ἐταί. Apud Horatium tamē vetus interpres Porphyrio legit *Cocytis*, accipitque pro internis sacris, quæ sole-
bant

bant facere maleficæ mulieres ad amorem conciliandum. Quæ nos in Ciri Stygialia dici annotamus.

Ad feriatos] Etiã verustioribus tēporibus Romæ Mutuno Titinio inequitabant scœminæ. Vide Festum, Arnobitum, Augustinum: quorum sane me pudet, pigetque.

Nec deim mouere] Transposita, & corrupta. Puto ita:

Mouere lumbos nec deim, crocotulæ

Prensis uidebo alaribus.

alaria uestis exemplo Græcorum, περιγυι: quæ & alæ dicuntur. Sane qui talarem vestem haberet, in saltando ei subducenda erat, vt expeditius moueret corpus. Notat eum θηλυδρίαν, καὶ καταπύγωνα, qui veste muliebri, hoc est, crocota saltaret. Et satis morbum notauit, cum ait: *Quid palluisti scœmina?* —

Flauum prope] Desperatus locus, cui opem ferre non possum. an potest: *Flauumq; ripæ Tibrim olentis nauticum Vocare.* — *Tibrim flauū ripæ olentis nauticum:* quæ olet nauticum: vt litora portuum, & ostia fluuiorum, quæ olent picem, sentinam, & nauteã: vel, vt ludit Aristophanes, ἢ τις ὄζου ἀσπευῆς νεώ. Nec uidebo te vocare me ad Tibrim flauum ripæ olentis, ad festum Fortis Fortunæ, aut ad diem Annæ Perannæ: vbi pleraque licentia ἀνέδλω vagabatur. Vide Ouid. in Fastis, An vero?

Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam

Vocare? — *Turbulenti:* explicat Iuuenalis de eadem re.

— CUM

— *Cum tibi lumbos*

Incitat, & cornu pariter uinog; seruitur

Attonitæ, crimemq; rotant ululante Priapo.

Non amplius te uidebo hæc & hæc facere: neq; vocaris amplius ad Phallum, hoc est ad feriatos fascinos Priapi? Hæc mihi inter scribendū exciderunt. Nam melius comminisci non potui.

Neq; in culinam] Quem in sensum accipienda sit culina hoc loco, docet Sex. Pompeius. *Culina,* inquit, *uocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur.*

Aggenus Urbicus de agrorum controuersis: *Culina uocantur in suburbis loca inopū funeribus destinata. unde inquilini. cæ,* nisi fallor, sunt, quas ἑσπρæ

Aristophanes ἰππεύσαι uocat. Puto & καυστήρια ab Artemidoro dici: γυναιξὶ ἡ ἑταίραις ταῖς ἐπὶ καυστήριαις ἑσπρῆαις μίγνυσθαι, μικρὰν ἀιχύνων, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει. Nimirum sentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in sepulcretis, aut in vstrinis ipso rapere e rogo cœnam. Nihil autem intelligitur per culinam, quam ἑσπρæ. Erant & in ædiculis Herculis culinæ, ad quas peregre profecturi sacrificabant, vt patet hac inscriptione:

HERCVLI SAXANO SACRVM SER.
SVLPITIVS TROPHINVS AEDEM,
ZOTHECAM, CVLINAM PECV-
NIA SVA A SOLO RESTITVIT.
IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM.
L. TVRPILIO DEXTRO M. MAE-
CIO RVFO COSS. EVTVCHIVS
SER. PEREGRINANTIB. CVRAVIT.

Certum est enim peregre profecturos Herculi
sacrifi

sacrificare solitos: quod dicebant propter uiam sacrificare: hoc est, quod Græcis Historicis subinde dicitur, τὰ ἑπιθήγια θύειν. Et inde iocus Catonis apud Macrobiū de eo, qui, postquam bonā comederat, domum suam incenderat. Nam in culinīs Herculis quicquid ex pollucta dape reliquum erat, igne absumebatur.

Et uncta compitalia] In Cōpitalibus enim culinā illæ erant, ad quas epulum Laribus ponebatur, quod a pauperibus diripiebatur. Talis ἐκείνη θύειν apud Græcos.

Quibus repletus] Dimeter, qui sequitur, alieno loco irrepsit. sequenti enim subiiciendus. ut sequens huic, ita:

Quibus repletus ut saliuosis aquis

Os usq; lambis sauijs. Saliuosas aquas dicit, ut Saliuatum apud Columellam, quicquid ἄνυς ἢ οἰμῶν, hoc est, quicquid gustū reficit. Saluā mouere dixit Seneca, hoc est gustū facere. Vnde etiā Persius — turdorum nosse saliuam. Facete os usq; lambis sauijs, tanquam si aliqua adiciali cæna acceptus esses, os lambis sauijs, hoc est, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiamnum lambis. Hoc enim canes facere, cū sapidum aliquid gustarunt, uideamus. Sauiā enim sunt labra, ut Plauto — ualgi ductant sauijs. Valga sauiā, labra distorta. Ita enim labris conformatis ridebant militem. Nam ibi sauiā, labra, ne, si oscula interpretaris, sit, quod Græci σπεπλὸν φίλημα vocant. Hesych. σπεπλὸν, φίλημα τι ποτὶν σκοδιόν.

Et æstuantēs] Iam admonuimus præcedentē Dimetrū huic Trimetro subiiciendū: sed & Trime-

ter

ter ipse mendis nō caret, quæ ita tolli possunt:

Et æstuantēs nocte solui pantes

Obesam ad uxorem redit.

Et redis ad obesam vxorē solui æstuantēs pantes: ut soluas pantes. figura Horatio familiaris. Pantes sunt, quod vulgo uocamus farcin, corrupte a farcimine. Nam ita uocat Vegetius. Plautus Pseudolo:

— improbe uino modo cupide est.

Et uos, uostrosq; pantes madesactis. Et Martialis:

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi

Etrubro pulmone uetus — Vbi pulmonū est

hominem laborantem intelligere, nihil uetat. Sed ego puto pulmonem ibi, & pantes idem esse, quemadmodum & pulmiculum apud Vegetium de re Veterinaria. quod pantes pulmonum ruborem referant. Itaque sic locus Plauti in Epidico accipiendus est: — pedibus pulmoneis

Qui perhibetur, prius uenisset, quā tu aduenisti mihi.

Ut pedes pulmoneos intelligat, qui panticibus ulcerosi sunt. nisi referatur ad prouerbiū πλεοναμία, de stupido. uel potius dixerit pedes pulmoneos, tumidos. sicuti Plinius pulmonea quædam poma uocata ait, id est, ut ipse interpretatur, stolidæ rumentia. In ueteri Glossario Pantes ἐλκυστὸν ὄπι τραχιλίου τῆς κτ. ἐλκυστὸν exponuntur.

Nunc lade] Manifesto hæc ostendunt superiora per insultationem dicta esse, quasi ab exprobrante, & per interrogationē efferenda esse ita:

Non me uocabis pulchra per Cotytia

Ad seriatos fascinos?

Mouere lumbos nec deim, crocotula

Prensus

Prensis uidebo alaribus?

Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam

Vocare, ubi adpulsa rates

Stant in uadis ceno retentæ sordido,

Macraq; luctantes aqua?

Neq; in culmam, & uncta compitalia

Dapesq; ducis sordidas?

*Et nomen adscribo] Legendum sine vlla contro-
uerfia:*

*Et nomen adserito tuum, improbe enim appella-
uit, cum cinædum dixit.*

*Fameq; genuini] vt famelicis canibus crepare so-
lent. Plautus Milite:*

Venter creat omnes has ærumnas: auribus

Peraudienda sunt, ne dentes dentiant.

*Græci id dicunt μυλιαν. vt Hesiodus: δένον μυ-
λίωοντες. In eadem significatione Dentire Var-
roni ἕως ποτὲ πρὸ ὠρών, vt & Plauto:*

Teges ruina, ne iacentem sub Deo

Ambesset algus dentientem frigore.

Hipponax, βαμβακίζω.

δὲς χλαῖναν ἰπ πῶνακτι κάρτα γδ ῥιγῶ,

καὶ βαμβακίζω — Ad quos versus Hippona-

ctis allusit Aristophanes ὄρνισι.

οὗτος, σὺ μὲν τοι σπολάδα, καὶ χιτῶν ἔχεις.

ἀπόδυσθι, καὶ δὲς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.

ἔχε τὴν σπολάδα πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκίς.

Quod tamen Scholiastes assequutus non est.

Scissumq; uentrem] Scindere uentrem ἐπ' ἀιχρῶς di-

ctum est. Laberius: Puerο nostro hillas cedit.

Idem intellexit Plautus Casina:

Effodere hic uolt, credo, uesticam uillico. Sic ac-

cipien

cipiendus iocus Martialis:

*Aluum dixit habere se solutam. In quem enim
sensum Martialis dixit aluum solutam, in eundem
noster poeta scissum uentrem.*

*hirneost] repone herniosst. Idem error, qui supra.
Pedes inedia] Hoc fit, quia humores deorsum
descendunt, quum in cerebro sisti non possunt.
Hesiodus fragmento μεγάλων ἰσίων περ γουωπα-
χῆν idem ἀνιγματικῶς intelligit:*

πάρ δ' ἀχλὺς ἐστὶν κεί ὑπισμυγερή τε, καὶ ἀνὴ,

χλωρὴ, αὐσαλέη, λιμὸν καὶ τὰ τεπέπνῆ,

γουωπαχίς. — eodem anigmate:

*— λεπτήν ἢ παλὺν πόδα χεῖρὶ πιέζεις. Hoc
est, ne fame pereas. Sed τὸ γουωπαχίς in Fame
elegantè Ouidius describit:*

— genuumq; tumebat

Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

*Si mihi susceptum] Votum Maronis pro suscepto
Æneidis opere suspensum pro templo Veneris
Surrentinæ.*

*Et maxima taurus] Idem ἀπρωτέλευτιον inuenitur
& in Georgicis:*

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus

*Victima. — Vides doctissimū poetam, uicti-
mam de magnis disisse, certus veteribus illis, qui
pure loquebantur, ita obseruatū fuisse. Quod
verum esse, manifesto Plautus docet in Pseudo-
lo, ex verbis lenonis:*

Nolo uictimas: minimis med extis placari uolo.

*Nam minima exta opposuit uictimis. Sed iustè Co-
mice in vocē minimis, respiciens ad minas viginti,
quibus sibi litari volebat. Adolēscens uero*

iocum non percipiens, iubet arcesse agnos. quia
eae sunt minima hostia, & quae vere victimae di-
ci non possunt, quum ait:

*Propera: quid stas? arcesse agnos, audim' quid ait Iup-
piter?*

Itaque apud Plautum male hodie legitur *agninis
extis*. quum plerumque calamo exarata membra-
nae habeant, *minimis extis*. vbi sane vere Plauti-
nus latet iocus. At non ita in vulgata lectione.

Tinget honore] Scio *instaurare artis honores* dictum
a Virgilio, sed *πληθωτικῶς*. Itaque hic lego, *tan-*
get odore. Graeci *δέουσι τῆ κνίαν*. *Tanget*, vt Varro,
tangere tectorio.

Marmoreusq;] *Lego:*

Marmorcusq; tibi *diuersicoloribus alis &c.*

Alas Amori attribuere recetiores poetae, vt aiunt
Graeci, quum vetustissimi nihil tale de eo pro-
diderint. At fuit, quum non solum alatum, sed
etiam barbatum pinxerunt: quod minus vulga-
re est. Ita enim eum de se loquentem inducit
Theocritus: aut quisquis is poeta fuit, qui scri-
psit *πτερύγιον*.

*μὴ δὲ τρέσις, αἰ τυσοὺς ὦν δάσνια βέβριθα λάχνα
γένεα*. Ita enim legendum in Theocrito. vbi τυ-
σοὺς Dorice pro τυτθός. Sed malo legere hic in
nostro Epigramate:

Marmoreusq; tibi, *Diua, ignicoloribus alis &c.*

Ite hinc inanes] *Transposita sunt:*

Ite hinc inanes Rhetorum manipuli, ite hinc.

Scripsit hoc Epigramma, quum Athenas profi-
cisceretur, vt Philosophiae Epicuri operam da-
ret. Quod alibi notamus.

Inflata

Inflata] *lege: Inflata rore non Achaico turba*. Sic
enim olim adolescentes emendabamus. Signi-
ficat loquaces, quales sunt cicadae, quae rore vi-
sitant. Prouerbum, *τέτλιγος λαλίστερος*. Etiam
rore visitare dicebatur in macilentos. Calli-
machus:

*ὦ κενεῶ κενεαὶ πρῶτ' ἀρῶνες ἔραζε πεισοῖσαι
ἐνδυκέως αἰεὶ πρῆκτον εἶδαρ' ἔδων.*

Ita correximus. Elegantissimum distichum.

Et uos] potest legi.

Et uos Stilo Aeli, Tarquitiq; *Varroq;*

Sed aliter excusatus est antiquitus versiculus iste:

Et uos seliquit, arquitiq; *an,*

Et uos Seli, Curi, Arquitiq; *Varroq;* *an potius?*

Et uos Seli, Irri, Tarquitiq; *&c.* *Tarquitius* est ille
qui scripsit *Ostentarium* librum, hoc est, *κρατ-
ηρικόν*. vt nuper docuit eruditissimus P. Pi-
thoeus noster. valde placet prior coniectura,
Stilo Aeli, de quo Grammatico vide Suetonium.
Madens pingui] *Madens* hic, non tinctus, sed pe-
nitus imbutus. *Martialis:*

Iure madens, uarioq; *toga limatus in usu.*

δευσοποιός. Graeci item dicunt purpuram bene
imbutam, *περιαλυργόν*. Metaphorice dixit Ari-
stophanes *περιαλυργός κακός*, vt hic dicitur *ma-*
dens pingui. Sic Cicero poetas Cordubenses *ατα-*
tis suae pingue nescio quid redolere dixit.

Cymbalum] Videtur prouerbialiter tritum. Nam
& Tiberius Caesar *Cymbalum mundi* vocauit
Appionem Grammaticum, qui & propter con-
tentiosum ingenium *πλειστονείκης* vulgo cogno-
minatus est. nisi malis *πλειστονείκης*, quod multas

in certamine historico adeptus esset palmas. Certe quicquid est, apud Gellium ubi bis Appion polyhistor appellatur, in manu scripta membrana Appion plistonices exaratum est. Nos ad beatos] Vel portus dixit simpliciter Athenas ipsas, quas petebat Philosophiæ Epicuræ discendæ studio: vel potius ἀλληγορικῶς e fluctibus vitæ, & Reipublicæ, & religionis se ad id studium, tanquam ad portum recipi, ubi ab omnibus vitæ tempestatibus æterna quies est. propterea subiicit, ἐπεὶ ἐζηνηματικῶς, uitamq; ab omni vindicauimus cura. Nihil enim, nisi ἀμεριμνον βίον, ἢ ἰδύσασθαι promittit Epicurus.

Ite hinc Camœnæ] olim legebamus:

Ite hinc Camœnæ uos quoq; ite lasciuæ.

Neque eius me coniecturæ pœnitet. Sed propius ad vestigia accedit:

Ite hinc Camœnæ uos quoq; ite Misenæ

Dulces Camœnæ — Vt Misenas Camœnas intelligat, propter secessum Neapolitanum, & Surrentinum.

Dulces Camœnæ] In veteribus editionibus excusum fuit:

Dulces Camœnæ. animum fatebimur uerum.

Lego sane:

Dulces Camœnæ, (an infitebimur uerum?

Dulces fuistis) —

Sabinus ille] Parodia est, ex Phaselo Catulli, quæ nos olim adolescentes totidem Iambis puris Græce vertimus. Veterum ludicra exercitatio fuit παρωδία, ut Arcestrati versus ex Homero, & innominati auctoris ex Bucolicis Virgilij:

Tityre,

Tityre, si toga calida tibi est, quo tegmine fagi? item:

Dic mihi Damœta, cuium peiusanne Latinum?

Non: uerum Argonis. nostri sic rure loquuntur.

Quod quia ex uita Virgilij desumptum est, & nihil nocet de tanto auctore scire, imo necesse est scire: corrigā locum insigniter deprauatum ex deprauata tamen manu scripta lectione, sed quæ propius absit a ueritate. Igitur ita lego: Obtretractatores Virgilio nunquam deseruit. Nec mirum. Nam nec Homero quidem. Proclatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modo Eclogas, sed infulsissime παρωδίας. quarum prioris initium est:

Tityre si toga calida tibi est, quo tegmine fagi? sequentis:

Dic mihi Damœta &c.

In quibus nullum uulgatæ lectionis uestigium agnoscas. adeo omnia perturbata sunt. Ut etiam Paro quidam pro poeta (si diis placet) acceptus sit. Conferat ergo nostram ex ueteri manu scripta correctam cum uulgata lectione: ac quantum intersit, videbunt. Scripta est hæc festiuissima parodia in Ventidium Bassum: qui ex mulione post præclara militiæ facinora Prætor, mox Consul factus est, ut hæc in illum famosa ostendunt:

Concurrite omnes Augures, Aruspices.

Portentum inusitatum conflatum est recens.

Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Et contumeliose dixit Plancus ad Ciceronem: Ventidij mulionis castra prospicio. Sed amplius de eo Gellius, Val. Maximus, & Plinius.

Neq; hoc negat] Lege: Et hoc negat, ut in Catullo.

insulam Cærule] An per Cærulū intelligit Bena-
cum, qui assurgit fluctu marino? per insulam
vero, Sirmionem eius lacus peninsulā venustis-
simam, quondam Catulli poetæ, & aliquando
etiam, dum fata manebant, SCALIGER O-
RVM PRINCIPVM amœnissimum seces-
sum? An vero est id, quod narrat Strabo lib. v?
Fuisse quendam Tryphonem cognomine *δι-
δοῦν*, qui Apameā nobilē Seleuciæ Syriæ urbem
occupavit, seseque regem totius Pieriæ declara-
vit. Qui postea cum duabus legionibus Roma-
nis a Basso quodam obsessus, tandem in dedi-
tionem venire coactus est. Hæc omnia conue-
niunt Basso nostro, qui & ad illas partes Syriæ,
& ad Parthos, & Euphraten sæpius missus fuit
ab Antonio. Ac insulæ formam habuisse Apa-
meam urbem, auctor idē Strabo. De Tryphone
vero ex præcedentibus satis conuenit. Sed non
potest esse. Nam quid faciemus illa voce *Cærule*?
Deinde istum Bassum non *ἐντιδίου*, sed *κερίλιον*
vocat Strabo. An *insula Cærule* erit Britannia
magna? Nam seu mare interius, siue Oceanus
Cæruleum κατ' ἐξοχήν vocatur. Varro Marci pore:

Propontis unda, quam liquante Cærule

Aqua natantem nempe perfundat, cape.

Ad insulam vero Britanniam secutus est Cæsa-
rem Bassus. Nam & Gellius ait ad ultimas vsq;
Gallias cum Cæsare venisse eum etiam tum,
quum mulio esset. *Domus ergo Tryphonis* erit, do-
mus Mamurræ. Mamurra enim habuit prædium
nobilissimum in agro Firmano, vt ait Catullus.
Bassus vero fuit ex eo agro, hoc est Picentinus.

auctor

auctor Gellius. Quare in eo verisimile est mu-
lioniam exercuisse Bassum. Fuit enim illi natale
solum. Iam *Tryphonis* nomen meruisse Mamur-
ram, quem hic noluit nominare Virgilius, quod
Cato Cæsari amicus fuerit, nō mirabitur, quis-
quis eius luxum cognoscet ex Catullo. Sic Pro-
lemæus vnus ex Regibus Ægypti propter luxū
τρυφῶν vulgo cognominatus. auctor Ælianus.
Quare hic intelligeretur Ventidium & in Gal-
liis, & in natalibus Picentinis exercuisse mulio-
niam. An superiora illa omnia falsa sunt: illud
vero, quod sequetur, certissimum? Tryphonem
pro nomine mulionis accipiendū: quem recirco
æmulum Ventidij dicit, hoc est, eiuldē quæstus
exercitorem. sicut & *Cæruleum* nomen proprium
esse, Latinum quidem illud, sed non Romanarū
gentium. Est enim nomen serui insulari, hoc est
custodis insulæ cuiuspiam in vrbe. Ergo *insulam
cærule*, cuius Cæruleus custos fuit. *Insularium* vo-
cat Vlpianus seruum insulæ custodem. Salse er-
go hominem notat: vtpote quem dicat notum
fuisse Tryphoni mulioni, & Cæruleo insulario:
ac cum eis quæstum de mulionia fecisse. Hæc
sine vilo dubio firmissima est coniectura.

Quinctio] Mulas Quinctij mulionis ait toton-
disse: cuius Bassus fuerit submulio: aut cuius
perpetuarium mulum conduxerit. Itaque pro-
pterea vocauit eum Cicero *Subfarrancum mulio-
nem*, vt est apud Plinium. Nam Quinctius, vt &
alij serui, ab hero far, & demensum suum acci-
piebat a quo rursus & Bassus acciperet, tāquam
eius submulio. vt omnino Quinctius fuerit or-

dinarius mulio : Ventidius vicarius. Sic in Factionibus *succonditor* appellabatur, qui Conditori parebat. Siquidem *Conditor* ἀλείπτης ἵππων optimus Glossarius exponit. De quo & ita in veteribus inscriptionibus. M. VIPSANIO QUARTIN. SYCCONDITIONI. Quāquam ego puto conditores factionum esse eos, qui factionem ederent, & missus suppeditarēt. ut Factionum dicerentur Conditores, quemadmodū munerum, hoc est gladiatorum editores in vita D. Antonini Pij. legendumque in optimo Glossario, *Conditor* ἀλείπτης ἵππων, vel, ἀλείπτης, οὐράων, qui pice illinit cados, quos postea condat, & infodiat terrę. Horatius,

— *Græca quod ego ipse testa* *Conditum leui* —
Sed ad Ventidium, hoc est ad rem. Fuit igitur subfarraneus, & submulio Quintij : & forsan quartarius: quod trientem caperet de toto asse quaestus, & dodrantem redderet Quintio, a quo mulas conducebat.

Bidente dicit] Claudicat versus. Fortasse legendum: *Bidente dicit attodisse forcipe.* ut sit attodisse, ut attigo, pago. Nisi sit, *Ait bidente tonstasse forcipe.*

Comata colla, iubata. Recutita colla mulæ contra Martiali, τὰ διακεκομμένα.

Vulnus ederet] Hoc nos *Pantice* vocari inuenimus in illo optimo Glossario toties a nobis laudato, ut supra admonuimus. In eo enim ita scriptum fuit: *Pantex, ἑλκος ὑπὸ τῆς ἀχίλλης κτελεῖν.*

in uoragine] Et Catullus : *Ferreā ut soleam tenaci in uoragine mula.* *Vorago* igitur τὸ τέναχος.

Deposuisse

Deposuisse sarcinas] ἀρχαῖως legendū, *deposuisse. integrum deposuisse.* Catullus : *Quam mater prope Deliam Deposuit oliuam.*

Strigere mulas] Hęc non sunt vnus asis. *Lego: Strigare mula. leua, dextera mula,* ut in quadrigis, *leuis dexter equus.* *Strigare* dicuntur equi quoties interquiescunt. Dictum a *Striga*, quod erat μετρίχμιον, & spatium turmarū, in quo equi stringebantur. a quo nomen habet, ut docet Charisius. Hinc factum, ut, quoties interquiescunt equi, & iumenta, dicantur *Strigare.* Sicut in vulgari sermone Thusco, & Germanico *stallare* equos dicunt perorigæ, quum ad vrinam emittendam quiescunt. Quia quum recenter veniūt in stabulum, quod nunc *stallam* vocant, tunc fere vrinā solent emittere. Ergo *strigare* a *striga*: quod est castrense vocabulum. Nam etiam Rustici *Strigam* vocant in arando sulcum, qui vno ductu prorsus peragitur in longitudinem, ut *scammum* in latitudinem. Atque ut strigare equi dicuntur in actu intermittendo: sic cum continuant actū, hoc dicitur *protelo ducere.* Lucillius:

Quem neq; Lucanis oriundi montibu' tauri

Ducere protelo ualidis cervicibu' possent.

Protelum enim est continuatio, & tenor. Lucret.

Vniq; protelo telorum continuato. In vetere illo Glossario: *Protelum, ἐκλαμωρον.* *Lego, ζεύγλαμωρον,* vel *ἑξαμωρον,* hoc est, ζεύγλης ἀμωρευμο. *Cohum* vocari ait Festus. Et quod Lucilius dicit *protelo ducere,* est *ἑξαμωρεύειν* Aristophani Lystrata. Sed omittendum non est, eodem modo *strigosum* dictū a Lucillio non ἰσχνόν,

vt vulgo accipimus, sed in hanc significatio-
nem, hoc est, morabundum, & tergiuersatorem.
postea vero iumenta macilenta ita dicta: quasi
strigare cogantur præ macie, & quia male cura-
ta. Eius verba sunt:

Hic strigosus bouinatorque, ore improbi duro.

Bouinator enim ibi est tergiuersator, vt interpre-
tatur ille apud Gellium: nimirum a bubus, qui
in medio actu strigare solent, neq; vno protelo
continuant. Atque hæc de verbo Strigare. Porro
& Striga in veteri Glossario exponitur ἡ κρημνία,
hoc est creta. ab eo, puto, quod stringuntur ea
vestimenta apud Fullonem. In eodem Glossario
Striga, λαισφυγών, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Etiam hodie
in multis locis Italiæ Striglam vocant veneficam
mulierem, a Strigibus auibus. quas Plinius ait
in diris, & imprecationibus Græcorum esse: in-
telligens, puto, versus, quibus eas deuouebant.

* ἀπό πορ-
πορ

στρίγγ' * ἀπεπέμπειν νυκτιόραν, τὰν στρίγγ' ἀγελίαν
ὄρνιν ἀνώυμον ἐνθέρδι' ὠκυπόρης ὄπι νῆας. Et ita
verba Hesychij deprauata restitue: στρίγγος, ἢ
νυκτιόρακος, νυκτιφοίτης. καλεῖται ἢ καὶ νυκτιόραδι ἢ
καὶ νυκτιόρακα. Quod Strigas νυκτιφοίτης vocari
solitas ait, propterea etiam Latini volaticas vo-
cabant: quod ex parietinis, & ruderibus Festi
cognoscimus. In Glossis Isidori: Harpyiæ, vir-
gines volaticæ. quod non intelligit, quia eis es-
sent alæ, sed ab ea significatione.

Semitalibus Deis.] ἐνοδία, καὶ ἐνοδία. hoc est, ἑρμῆς,
καὶ ἑκάτη. Iulianus ὁ παραβάτης in Epistolis: ἀξί-
διέ σε ὁ δημόσιος δρόμος ὀχηματι γλώσσων ἐνι, καὶ
παρίππω. εἰ δὲ γῆ τι καὶ ἐπεύξαται πλὴ ἐνοδίαν
ἑρμῆν

ἑρμῆν (εἰ, καὶ τ' ἐνοδίων παρακεκλήκαυθι. Sed & alij
Dij peculiare semitales: quos Lares Viales vocat
Plautus. Est & Biuia Dea Arnobio. Nam in am-
biuiis, & triuiis olim carri, & cisia conduceban-
tur. Varro Marcipore: Hic in ambiuio nauim con-
scendimus palustrem: quam nautici equifones per uiam
quam ducerent, loco. Hinc igitur Semitales Dij. Sed
& Dij vij possunt intelligi: ad quos decumæ lu-
cri omnes deferebantur, vt patet ex Epigram-
mate Fortunæ Prænestinæ: vbi de mercatore de-
cumas Fortunæ persolvente, hæc, & de Deo Vio
habentur:

Omnibus hic annis uotorum more suorum

Centenas adicit numero crescente coronas,

Fortunæ simulacra colens, & Apollinis aras,

Arcanumq; Vij. — Seruius commento v i i.

Æneidos, de Præneste loquens: Ibi, inquit, erant
Pontifices, & Di indigetes, sicut etiam Romæ. Lege,
Dij Vij. Apud Solinum quoque perperam legi-
tur fratrum Digitiorum. Lege, Fratrum Indigetum Vio-
rum. In duobus tamen Solini calamo exaratis
codicibus, qui sunt penes Pithocum nostrum,
eandem scripturam corruptam vidi.

Paterna lora] Λοῖα τὰ ἑυληρα, quæ vocat Home-
rus. Paterna, vt ostendat Bassum πατρῶθεν, καὶ ἀνέ-
καθεν a mulionibus genus ducere. Subintelli-
gendum autem, dedicat: vt in illo, Aeneas hæc de
Danais uictoribus arma. Semper enim fere in eum
sensum reticetur verbum. In quo creberrimi
sunt poëtæ Græci. Adponā etiam Epigramma,
quod Romæ aliquando in peruerusto, ac pene
corroso marmore vix me legere posse memini:

φ. α. β. γ.

φλαβιαγῶ ἠρώι πατήρ Δῶρος τόδε σῆμα
 ἔξ ὅτι τοῖς δεκ' ἔτη μῆνα βιωσάμενος
 μήτρα γ' Ἀργολίδος πατρὸς ἀπένευθε Μυρίνης
 θαψέ τις ἢ μοιρῶν εὖνν ἔθι, κἀρετής.

Reticetur enim verbum ἐκτίσεν, aut ἀιέθετ. & in hoc genere, vt dixi, frequentissimi Græci.

Proximumq; pectinem] Quid pectine mulioni opus, cuius mularum colla recutita, vt est apud Martialē: manni vero detōsi, vt apud Propert.

Huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis. Puto *pectinem* hic non κτεῖνα, sed πλω μάστιγα esse. Cui simile plectrum Citharædorum. vt — *Ἔ pectine pulsat eburno.* In veteri Glossario, *Pecten*, πλῆκτρον. *Lucanus — eburno uerbere — & Pectere uerberibus* Plauto. Possēt & legi *ploximum*, non *proximum*. Nam *Ploximum*, ait Festus, quo vsus Catullus, Capsum in Cisis. hoc est vulgo, *Tumberellum*. Estque transpadanū vocabulum. Iste vero *Bassus* & *Cisia* duxit, & a transpadano poëta incessitur. *Cisium* vero proprium fuit Gallix Cisalpinæ: vt *petoritum* Oschorum. quod ita dictum, quod quatuor rotas haberet. Nam τρέτρα pro τρέτρα Tarentini dicebant. *Pilentum* vero Thyscorum. Apud Nonium Dictione *Carrum*, ita legito: *Varro ἀεὶ λιβύη: Gallica petorita, carros, aacerras, Tusca pilenta.* Gallorum etiam fuit *Reda*: sicut Britannorum *Cominus*. vetus Glossarius: *Cominus*, κάρμιον κἀβερῶτον. Belgarū vero *Benna*, qua etiamdum hodie vtuntur. quin & apud eos hodie genus Carri, itemque apud Heluetios *em benne* vocatur. Festus ait, qui vna in eo curru veherētur, *Combennones* dictos. Etiam in eodem

Lexico

Lexico Latinogræco scriptum fuit: *Conuenit, συμβαταζει. perperam, pro Combennit.* In eodē: *Bennarius, σκλωάρης.*

Nunc eburnea] Nam Prætor, & postea Cōsul fuit.

Perdidit iste potus] Ait se amore incensum pueri, quem nequiuscule volebat appellare, sed legibus carminis prohiberi. Nam ad nequitiam intererat *potum*, non *puerum* appellare. Siquidem *potus*, seu *putus* τροκόςρισμα nutricum. In veteri Glossario: *Putus*, μικρός. *Puti*, μικροί. Etiam *puerum* hodie ita vocant in Italia. & Galli *pusillum* vocant, *petitum*, detorta voce a *putito*. *Lasciuia* inest, vt in vsu vocis, ita & in etymo. *Put* enim πρῶτον. Argumēto *præputium*, quasi προπόδιον, nō a *præputando*. Nam & syllabę modulus refragatur, & prius ei parti id nomen imposuerunt Romani, quam scirent a Iudæis eam præsecari solitam. Sed sigma inde extritum est, vt a πύσος, *putus* prima correpta: *aurum putum*. πεύθεν enim seu πεύθεσθαι est aurum explorare: — χρυσόν πεύθονται ἀμοιβοί. Theocrit. Ergo πρῶτον πύσος *præputium*, vt πύσος *putus*. *putum aurum*. Ergo *lasciuia* in Græcis nutricibus πύσος πύσος πύσος πύσος *pueros πύσοντας* vocare, eadem & in Romanis a *puta putos*, seu *potos*. vnde & hodie pars in muliere, quæ honeste nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. Sic τροκόςρισμα nutricum imitatus est Catullus, cum *Caluum salaputium* vocarit. plus est enim, quam si *pusillum*, aut *puerum*. erat enim brevis stature. Cum igitur omnia tam Catulli antiquitatis, quæ etiam Senecę excusa exemplaria fideliter retineant

neant

neant *salaputium*, multum negotij exhibuit primæ huius temporis notæ Grammaticis. Sed Seneca ipse manifesto demonstrat nihil quam in eius staturam exiguam allusum fuisse: non autem, quod Cippum ascendisset. Sicut & Augustus, ut ait Suetonius, Horatium inter alia blandimenta *purissimum penem* vocat, hoc est, ut ipsemet interpretatur, *homuncionem lepidissimum*. quod Græce nihil aliud esset, quam *πρόδων*. ergo similiter Catullus Caluū *salaputium*, hoc est *πρόδων*, ficto a *puta*, hoc est *πρόδῆ*, & salacitate nomine. Apud Plautum quoque Asinaria blandimenta mulierum sunt. — *dic me tuam*

Hirundinem, monedulam, passerculum, putillum. *Putillus* *πρόδάριον*, *πρόδων*. non *pusillum*, ut perperam immutarunt. Apud Horatium vetus lectio asserenda est:

Putam, & putillam appellet. — Nam *puta*, & *putilla*, *ἑποκόρισμα* in puellas. a parte scilicet, qua puellæ foeminæ sunt: quæ, ut dixi, ab Italis ita hodieque vocatur. *Putillam* Græcæ nutrices dicebant *χοῖριον*. Nam *χοῖρος* ea pars in puellis, de qua iam dixi, & annotauerat M. Varro. Aristophanes:

ἐγὼ σ' ἐπιδὸν οὐμὸς ὑὸς ἀπολάνη
λυσάμηνος ἔξω παλλακῆ, ὡ χοῖροι. χοῖριον *putilla*. Non igitur mirum, si Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum *salaputij* nomine insigniat, more nutricum, false nimis, & nequiter: quasi nondum *αἰδρὸς*, sed *πρόδάριον* esset. Non enim (pace doctissimorum virorum dixerim) *salicippium*, neque *καλαβῶπιον*, sed *salaputium*, ut habent

habent vetera exemplaria, legendum. quâquam *salicippium* esset, ut *Crucifalus* Plauto Bacchidibus. Sed quia multis eruditis viris extorqueri non potest, quin Catullus alluserit in cippum, quem ascenderat Caluus, non in breuem eius modulum corporis: audi verba Senecæ: *Erat paruulus statura: propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis uocat eum salaputium disertum*. Vides nullam allusionem ad cippum. Sed melius Catulli verba fidem facient:

Di magni salaputium disertum.

Othonis caput oppido pusillum.

Etruria rustica semiplota crura.

Subtile, & leue pedatum Libonis.

Nam eum Othonis cuiusdam insigniter exigui caput habere dixit: crura vero breuia, sed obesiufcula (hoc enim est *semiplota*) Etrij cuiusdam tū ob surarum crassitiem vulgo notissimi: vocem vero similem ei sono, quæ edebat a postica parte Libo, qui eo vitio facile laborabat. Quare *salaputium*, quæ germana est lectio, iterum in sedes suas vindicandum est. Quod, ut dixi, more nutricum lusum est, a *salaputa*, quæ caudam salacē (honor sit auribus) significat. Aliud vero est *salapitta* in veteri Glossario: *salapitta*, *ῥαπίσμα*. Quam vocem ego in Arnobio offendi, sed valde dissimulatam eius hæc verba ex lib. vij. cum loquitur de Mimis: *Delectantur (Dij) ut res est, stupidorum capitibus rasis: salpicetarum sonitu, atq; plausu: factis, & dictis turpibus: fascinorum ingentium rubore*. Non enim ibi *σαλπικτῶν* intelligendum est, sed *salapittarum*. hoc est, *ῥαπίσματων*. Nam ad excitandum

citandum risum Histriones sibi os percidi, & barui alapis patiebantur. Martialis:

Os tibi percisum est, quanto non ipse Latinus

Vilia Panniculi percutit ora sono.

Idem.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini.

Te successurum credo ego Panniculo.

Terrullianus libro de spectaculis: *Insuper contumeliis alaparū sic os obiicit, quasi de præcepto Domini ludat.* Cyprianus itē de spectaculis idem innuit: *Itibus infelix facies locatur.* Inde fluxit prouerbialis loquendi mos, os præbere alicui: hoc est morigerū esse, Terentio, & Liuius. Hoc igitur ἐν ἀπέργω monuimus, ne salaputa & salapitta idem crederes. Quod vocabulum utrunque nos nunc primum e tenebris eruimus.

Villula] Puto hoc Epigramma scripsisse, quum ex agro Mantuano propter assignationē agrorum secederet Romam. Non dubitandum autem eundem Scironem esse, cuius mentio aliquando fit apud Ciceronem.

Pauca mihi] Scribit hoc elegans poematum ad Val. Messalam, virum toga, & sago clarissimum. Eum celebrat ob res gestas. Præterea & quædam de eius siue amasia, siue sperata. Hoc enim nescimus. Quod Virgilij sit hæc elegia, facile probatur istis:

Mœris pastores, & Melibœus erant. Item:

Qualia Trinacriæ doctus amat iuuentis.

Nam Theocritū studiose imitatus est. Præterea:

Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudes:
est effectum ex illo:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Victor

Victor adest] Innuit, ut puto, de triūpho Gallico Messalæ De quo hæc extat vetus inscriptio:

M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. APR.

De eodem Tibullus:

Hunc cecinere diem Parca fatalia nentes

Stamina non ulli dissoluenda Deo:

Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes:

Quem tremere sortis milite uictus Atax.

Euenerent. nouos pubes Romana triumphos

Vidit, & euinctos brachia capta Duces.

At te uictrices Laurus, Messala, gerentem

Portabit nitidis currus eburnus equis.

Non sine me est tibi partus honos. Tarbella Pyrene

Testis, & Oceani litora Sanctonici.

Testis Arar, Rodanusq; celer, magnusq; Garumna,

Carnui & flau cerula limfa Liger.

In quibus versibus correximus *Tarbella Pyrene*, pro, *tua bella Pyrene*. Ait Tibullus non sine se partum honorem Messalæ, ut qui eo bello Aquitanico militauerit, & donatus sit a Messala militaribus donis: ut in eius vita manu scripta me legere memini.

Horrida barbarica] *Barbaricos* vocat Cantabros, de quibus ipse triūfauit. Poterat & legi, *Horrida Cantabrica*. Ac fortasse non inanis est ea coniectura.

Magnus ut Aeneides] *Lege, Oeneides. Diomedes.*

Non enim ἐκ τῆς αἰείας fit αἰείδης, sed αἰείδης.

Maximus] *Maximi* enim in gēte Valeria. Primus

Maximus vocatus fuit in ea gēte L. Val. Potitus,

K k

qui de Volscis triūfauit. Ex eadem videtur fuisse Val. Maximus historicus, ineptus affectator sententiarum, quanquam non inutilis propter exempla.

Carmina cum lingua] *Carmina sale* Cecropio dixit, ut
— *domus sanie, dapibusq; cruentis.*

Molliter hic uiridi] Ergo & Bucolica scripsit Messala.

Qualia Trinacriæ] ἀμικιβαις enim delectatur Theocritus: — *amant alterna Camœnæ.* Iuuenem eum vocat Virgilius, at Stadius senem: — *quantumque pios ditavit agrestes*

Ascræus, Siculusq; senex — Sed de his non est putanda ratio cum poetis.

Heroidæ] Amasiā Messalæ. Cuius tamen nomen ad nos non peruenit: nisi, quod facile credo, fuerit Sulpitia Serui filia. eam enim deperit Messala. id quod ex appendix Tibulli colligitur. Vbi illa ita amantem Messalam alloquitur:

Iam nimium Messala mei studiose quiescas

Non tempestiue sæpe propinque uiæ.

Hic animum sensusq; meos abducta relinquo,

Arbitrio quamuis non suis esse meo.

De ea poemata scripsisse Messalam innuit eo versu: *Fœlicem ante alias tanto scriptore puellam.*

Alter non] Lego: *Alter non fama, dixerit ipse, prior.* Ut præcedens versus Melibœo dictus sit, huic autem ἀμικιβαις succinerit Mœris. Ipse Mœris dixerit: Non vlla alia famæ celebritate, aut nomine prior est. Quin ita loquitur Propertius:

Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti

Crudelis Minyis dixerit Ascanius.

Ita

Ita enim legimus, non: *dux erit.* quod est ineptissimum. Ascanius crudelis Minyis testis esse poterit huius sententiæ. quænam illa est? *Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti.* vel, sæpe Fortuna crudelis occurrit amanti, ut testis Minyis esse potest Ascanius.

Immitti expectant] Lege:

Immitti expertæ fulmine & imbre Iouem. hoc est, ὄμβρω, & ἐροντῆν ἢ διαδεξάμεναι.

Denauit præmia] Veteres excusi, *denauit mater.* hoc est Roma. & ita reponendum.

Tam procul hoc nato] Lego, *natos.* hoc, scilicet sclo. Quanquam & legi posset, *Tam procul hinc,* fortasse melius.

nunc frigora] Repone ex veteribus: *iam sidera, iam que calores.*

Non nostrum est] Tibullus idem ad eundem Messalam:

Non ego sim satis ad tantæ præconia laudis.

Si laudes aspirem] Desperavi omnino me huic loco remedium afferre posse. Quin & omné profus spem sanandi tollit monstrosa lectio antiquitus excusa.

Si laudem aspirem humilis sed adire strenas.

Fortasse:

Si laudem Ascræ humilis, si doridas eroimas.

Optima sane sententia. Nam qui non aufit gesta heroica tractare, vnum optat, posse imitari Hesiodum Ascræum, & eius poema, Doridas Heroinas, hoc est μενδάρας ἡοίας. cuius hodie fragmentum extat argumento Clipei Herculis. & hoc opus sibi proponit, ut, quemadmodum He-

K k 2

siodus exemplis omnibus præstantissimarum Græciæ Heroidum vndique historiarum conquisitis Dominam suam celebrauit: ita etiã Virgilius desideret eius operis imitatione dominã Mellalæ ornare. & sane *μεγάλαις ἠοίαις* imitatur cum ait. Non illa, Hesperidum &c. non edita Tyn-
daris &c. Non supero fulgens &c. Non defensa diu &c. Regia non Semele &c. Hesiodus vero semper exēpla sua incipiebat, ἢ οἴν. vt & noster Auratus docuit. vnde *ἠοίαι* vocatur illud poema. Quod vero præcedit, Nos ea &c. subintelligitur, tantum conabimur. Tantum ea, quæ tu in Heroida tuam lusisti, conabimur.

Asspice, quem ualido] An de Pompeio dictum? de quo & Petronius:

Ille tremor Ponti: sæui quoq; terror Hidaspis,
Et piratarum scopulus. modo quem ter ouantem
Iuppiter horruerat. quem fracto gurgite Pontus,
Et ueneratus erat submissa Bosphorus unda,
Pro pudor, imperij deserto nomine fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoq; terga uideret.

Item & Peto Albinouanus rerum Romanarum lib. j.

Ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte Deum patuere: cui freta nulla repostos
Abscondere finis: non tutæ mœnibus urbes.

An hæc non conueniunt Pompeio, quum ipse Romam seruitio opprimere nunquã voluerit, & potius de Mithridate hæc accipienda? Sane nõ video, cui magis hæc accommodem.

Tale Deæ numen] & Ennius viij. Annali:

— multa dies in bello conficit unus,

Et

Et rursus multæ fortunæ forte procumbunt.

Haudquaquam quenquam semper Fortuna secuta est.

Quin & mortalem summum Fortuna repente

Reddidit, e summo ut regno famul optumus essit.

Est autem essit, pro sit. vt in lege xij. Tab. Si morbus, auitasve vitium essit.

Quocunq; ire] Ad Antonium Musam medicum Augusti scribit hoc epistolium. Fuisse autem elegantissimi, & politissimi ingenij tum his versibus ostenditur:

Cui Venus ante alias, Diui, Diuumq; sorores

Cuncta neq; indigno, Musa, dedere bona.

Tum etiam cognomen ipsum Musa: quod ob elegantiam ingenij patronus ei imposuisse videtur. Hoc enim nomen quibusdam libertis impositum fuisse fidem facit illa inscriptio Romæ ante portam Latinam.

MUSA HOSPITIS LICINIA-

NI, VIX. ANN. XXXV.

Ita etiam Palamedem vocauit Euripides ob solers, & politum ingenium: vt in hac monodia chorus ex Nauplio Tragœdia canit.

ικάνει? ικάνετε

τὰν πάνσοφον, ᾧ δαναοί,

τὰν εἶδεν ἀλγύνησαν

ἀνδρῶν μῦσαν.

Meminere Antonij Musæ Horat. Plin. Dio.

Cuncta quibus] Concinnius puto sic:

Cuncta quibus gaudet Phœbi chorus, ipseq; Phœbus.

O quis te in terris loquitur] Propterea & Musam, non tantum ob solers ingenium, vocatum putem. Nam & Xenophon, ἀττικὴ μῦσα.

K k 3

Quis Deus, Octavi,] Inuersum est hoc Epigramma: & ita, ni fallor, ordini suo restituendum:

Quis Deus, Octavi, te nobis abstulit? an que

Dicunt, ah nimio pocula dura mero?

Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te

Raptum, & Romanam flebimus historiam.

Sed tu nullus eris: peruersi dicite Manes,

Nunc superesse patri quod fuit inuidia

Vobis: si culpa est bilis, sua quenq; sequantur

Fata. quid immeriti crimen habent ciathi?

Age peruersi Manes, si inuidistis Octauio superesse patri suo, & ita amicū vobis fuit, vt bile inter pocula illi spiritus interceptus fuerit: sane quenque sequantur sua fata: hoc est, esto, non querimur mortuum esse: sed hoc tantum immeritis ciathis adscribi. Nam quid illi, qui in vsum lætitiæ nati sunt, meruere, vt tanto crimine male audiant? Apparet hunc Octauium inter pocula subito excanduisse: vnde expirauerit. Hoc nonnulli in deterius interpretati sunt, & non bile, sed nimio vini haustu perisse iactabant. Quare non iniuria hic poëta querit, vel potius dubitat, merone, an bile extinctus fuerit. ¶

Q V O D vsum supra in Cirin explicauimus pag. 51.

Sed tu nullus eris] Persius — iam fies fabula, Manes.

Et nullus est, mortuus est. Plautus:

Anima est amica amanti: si abest, nullus est. Et illa tritissima in Comœdiis, Nullus sum.

LN

NE hoc quidem opusculum ausim ad Virgilium auctorem referre, quanquam Priscianus eius auctore laudat Virgilium. Sed quid ad nos Grammatici in hoc præsertim negotio, in quo tam nulla sunt eorum iudicia, vt verendum sit, ne parum fidei illi generi hominum, qui se Criticos profitetur, habeatur, ob hoc vnum, quod Grammaticorum numero ceseantur. Sed non hoc nunc agimus. Copæ autem nomen videtur Calderinus ἐκ τῆς κοπιᾶδος λίμνης explicari. Sed ignoscant mihi amabo manes iuuenis eruditi: cuius etiam nunc memoriam propter VERONAM nostram amo. Non enim hic de Bœotiis anguillis agimus. Minus ferendus stupor eius, qui nuper in noua editione sua ausus est admonere, Copam proprium nomen esse libertæ Mæcenatis. Quid illum mouit, vt etiam crederet hoc poema ad Mæcenatem potius, quàm ad alium quenuis scriptum esse? Nos in nostris in Varronem Coniectaneis monuimus Copam esse κοπιλίδα. siue a Græco dictum est, vt ibi disputabamus, siue a copibus rebus. Illi veteres, vt cludam, claudam: sic & copam, caupam, & cupam dicebant. Sic in Pisoniana quod est, Panis; & uinum de propola, & de cupa: ibi cupam admonuimus esse πῶν κοπιλίδα, vt & propolam, & μεταβολέα. Neque recte sentiunt, qui pro cuppa ingenti vase vinario accipiunt. Est enim omnino hoc ex eorum animis euellendum. Porro, vt illud admoneam, Syrisca potius, quam, quomodo multi codices habent, Syrisa, mihi legitur

K k 4

dum videtur. Sic Aufonio Syrisus. Sic Iulio Capitolino, Threciscus: θρηκίσκος.
Grata redimita] Per hoc significat anum esse. Nam propria vetularum erat mitra. Antipater Sidonius:

τὰν μὲν αἰὲν πολύμυθον ἀειλάλος, ὡς ξένη, κίσα
 φάσσι. τὰν δὲ μέθης σύντροφον ἀδὲ κύλιξ.
 τὰν κρήσαν δὲ τὰ τύζα, τὰ δ' εἰρία τὰν φιλόεργον
 ἀνδρῶν δ' αὖ μίτρας τὰν πολιορκότατον.

Propertius in anum:

*Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
 Vincula, & immundo pallida mitra situ.*

Ouidius:

— *Simularat anum, mitraq; capillos* Presserat.

Alibi:

*Illam modo mitra canos incincta capillos
 Fingebat tremula rustica liba manu.*

Crispum sub crotalo] Crotalum quid sit, discite ex Apuleio. Nam pauci animaduertere: Nam *dextra*, inquit, *secrebat aneum crepitaculum: cuius per angustam laminam in modum balthei recuruatam traiecta mediæ paucae uirgule, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum.* Sed & ex arundine scissa fiebat: ut, quum quateretur digitis, sonus ederetur. Itaque legitur in Commentariis Græcorum: κρόταλον κυρίως ὁ χιζόμενος κάλαμος, ὁ κατὰ σκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὡς εἰ ἦχεν, εἰ τις αὐτὸν διανοίῃ ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον δροστελῶν. Sed non de hoc nunc accipiendum. Testulæ quoque, & olesicula usum crotali præstabant, quæ vocabantur *Crumata*. Martialis:

Edere lasciuos ad Bætica crumata gestus,

Et

Et Gaditanis ludere docta modis. Quod
 & apud ipsos Gaditanos, & Cantabros hodie in usu est. Meminit & Iuuenalis:

— *audiat ille*

*Testarum crepitus cum uerbis, nudum olido stans
 Fornice mancipium quibus abstinet —*

Aristophanes βατράχαι:

— πούστιν ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆ κροτῆ; Neque aliud intellexit Arnobius per *scabillorum crepitus*. Quam uocem hodie Hispani & Aquitani retinent pro similibus crepitaculis. Dicunt enim paulo deprauatiore inflexu, *cascabillos*.
Ad cubitum raucos] Intelligit utrem inflare. *Vtricularij* erant ἀσκῶνται. Qui igitur inflat utrem, & retinet manu calamos, per quorum foramina moduli distinguuntur, ille pressum utrem, & instigatum exanimat, quatiens cubito, ita ut calami vibrentur ex vexatione assidua. Vide quæ ad ἀσκῶνται, & πικῶνται in Ætnam annotamus. Non enim iniucunda, neque inutilia esse spero. Porro Copa nostra, quæ Syra sit, id quod nomen Syriacæ satis conuincit, non male *Ambubaia* dici potest. Nam Syriacæ *ambubaia*, ἢ ἀνλατῆς. ne interea doctissimo viro credamus, qui putat a Baiis dictam. At ego nolo illi credi, linguæ Syriacæ ignaro: sed illis, qui eius peritissimi sunt. Nam quod illi persuadere non potui, quum id in Commentarios meos in Varronem retulisset, nō tam me mouet quam quod adeo illi mirum videretur, nos ex vltima usque Syria id nomen petere. Non enim illis, qui Syriacæ sciunt, mirum videri debet: quod ille eius lin-

Kk 5

guæ nescius, adeo eludere voluit.

Quid iuuat] *Campestrē exercitationē intelligit, & assum Solem, ut vocat Cicero: qui nihil aliud est, quam illē torridus Solis feruor in meridie: ad quem exercebant in campo. Assare, est σαθεύειν & assus σαθερός. Ut igitur assus Sol Ciceroni, ita etiam σαθερός Platoni in Phædone, si bene memini, ελ ὄρατ, inquit, ὡς σχεδὸν ἢ μισμερία ἴσαται ἢ καλυμένη σαθερά; Sed & assum quoque Solem potuit vocare in campestribus exercitationibus pro eo, quod dixit idem Plato ἰδρώτας ξηρῆς in Phædro, quum ait πόνων ἀνδρείων καὶ ἰδρώτων ξηρῶν ἀπειρον. In Dialogo Epicteti, & Adriani imp. id, est *assa perferentaria*. Quid igitur, inquit Copā, vos iuuat potius fessos ad Solem exercere, quam huic diuersorio succedere? Ita etiam loquuntur temulenti iuuenes in oratione C. Titij apud Macrobiū. *Eunti in consilium hæc est oratio: Quid mihi negotij est cum istis nugatoribus; quam potius potamus mulsū mistum uino Græco?**

Quam potius] *Quam potius veteres Latini dicebant pro potius quam: ut in exemplo C. Titij paulo ante a nobis citato. item & Propert.*

Illum sæpe suis decedens fouit in ulnis,

Quam prius abiunctos sedula lauit equos.

Atticum est,

ἢ ὄριν, pro ὄρινῆ; Aristophanes:

ἢ ὄριν γε τὸν μυστικὸν ὑμῖν ἐγχείαι;

Et sane apud Plautū Trinummo malim legere quam prius, non, quin prius, ut vulgo legitur.

— lacrimas hæc mihi, quum uideo,

Elicunt:

Elicunt: quia ego ad hoc genus hominum duravi, quam prius Me ad plures penetraui. — Tolerabilis quidem vulgata lectio, quin prius: non tamen, ut verā putem.

Bibulo] *Bibulum torum vocat, in quo plurimum biberetur. At contra Aristophanes πότελυλύχρον, qui multum oliui consumeret.*

Sunt cupæ] *Cuppæ quidem vasa vinaria: sed quæ mustum e torculari excipiunt, non quibus ad bibendum utimur: quanquam hodie in vulgari sermone nomen cupparū in generibus cyathorum usurpamus. Quo factum, ut iam olim hanc lectionem suspectam semper habuerim, donec incidi in quasdam schedas, quarum eopiā nobis fecit P. Pithoeus noster: In illis exaratum fuit:*

*Sunt topi, calibes. — In alia scheda, quam nobis videre contigit: Sunt topia, & calibes. Quæ sane ego amplector, & lubēter probo. Nam topia, vel topos vocat, nisi fallor, non topiarium opus, sed Syrorum tympana. quæ ita eorum lingua vocantur. Tup enim vocant. Vnde Græcum τύπανον. & verbum τύπω. Non mirum est mulierem Syriffam patrium tympanum pulsare. Quo ne verum quidem ipsum verius est, ne cui videatur mirum, ut de Ambubaia. Certissimum est vestium, eduliorum, instrumentorum musicorum genera simul cum ipso nomine in alias nationes inuecta esse. Sic Hispani tympanum crotalisticum, quod ab Arabibus, vel Mauris acceperint, Mauritana voce *Atabal* vocant. Sic & ab Arabibus magnū item tympanū *Altambor* simul cum ipsa Arabica appellatione accipe*

acceperunt. Chalibes sunt æra ad crotala, & crepiracula: quorum quam fuerint studiosi orientales illi populi, satis nouit, qui in veterum lectione diligenter versatus sit. Ea sunt, quæ Hebræi, nisi fallor, vocant *zilzalim* זִלְזָלִים: hoc est, vt ego interpretor, σείπρα, quæ & πλατῶνας vocabāt. Sine tibicine autem, & crotalis nunquam fere tabernæ erant: vt apud Propertium in taberna Niletus tibicen erat, crotalistris Phyllis. Et *trichila*] Trichilæ nomine intelligit pergulas, quæ & umbellæ, & umbracula vocabantur. σκιάδες Theocrito Syracusis. *Columella*:

At qui sub *trichila* manantem reperit ad undam.

Apud Cæsarem I I I. de bello Ciuili idem vocabulum inueniri in vetustis exemplaribus indicauit mihi Obertus Gifanius, vir eruditissimus, mihi que ob raras excellentissimi ingenij dotes carissimus. Vbi enim hodie legitur, *trichinia mensis instrata*, quæ absurdissimam sententiã efficiunt, ibi liquido, & disertim manu scripta lectio exaratum habet: *trichilæ mensis instrata*. Quin & Cælius Rhodiginus eãdem lectionem agnoscit: sed perperam stragulum subtilissimũ interpretatur, Egnatius vero Thericleum poculum. Est ergo *trichila*, vitium, aut cucurbitarum iugamentum, aut cucumerum cõpluuiata pergula. Quam vocem nos, quãquam aliquantum detorta pronunciatione, hodie in Gallia retinemus. *Trillas* enim dicimus. Apud eundem *Columellam* quod vulgo legitur:

Tum modo dependens *trichili*, modo more *chelydri*
Intortus *cucumis* — nõ intelligitur de *trichila*.

Sed

Sed legendum *trichili*. Ita enim vocatur torulus in apophysibus columnarum. Itaque longum, & teretem cucumerem dixit similem torulo columnarũ, & colubro serpenti. *Trichilam* autem Græcam esse vocem si nihil aliud, certe *ch* aspiratum demonstrat. dictum a densitate foliorum, quasi *trichina*, n in l. vt *nympha linfa*. τριχίλιον Tarentini dicebant pro spisso, a pilis. Varro, Quod *trichinus* quæstus erat, nunc etiam uberrimus. *Trichinum* quæstum vocat spissum. spissum enim veteribus erat tardum. Vnde spissigradissimi senes, & spisse uenire, hoc est, βραδείως Plauto. & multa præterea talia. Significat iis Varro quæstum tardũ, & sero venisse. Ergo τριχίλιος spissus. & *Trichina*, postea *Trichila*, ἡ διασούφουλλος. Non est dubium, quin ea sit τυμολογία.

Est & *vappa*] *Vappa* non solum αἶνος ἐξεσπικῶς, sed & quoduis εὐτελες vinum dicebatur. siquidem hic ita accipiendum. Apud Suidam, δξύτης, κικίς. Corrige, δξύτης, κικίς. δξύτης est *vappa*, κικίς, *Galla atramentaria*. Nam *Galla* etiam pro atro, & aspero vino. Lucill.

Quæ Gallam bibere, ac rugas conducere uentri
Farre aceroso, oleo decumano, pane coegit

Cumano. — Ergo vinum asperum, quod *Gallæ*, ex qua fit atramentum, similitudinem referat, *Gallam* vocauit Lucillius. Talia hodie in Longobardia, & Hetruria bibuntur. quæ vere sunt, quæ *Crucia* vocauit idem Lucillius. *Vappa* igitur αἶνος ἐξεσπικῶς. At læguidum, καὶ ἐκλελυμένον vinum *sublestum* vocabant. *sublesta* πιδύρα, est tantum primis lineamenti deformata, ac nullis colo

colo

coloribus adumbrata. Eaque Græce dicitur *μονόχραμμος*. *Lista* est *χαρμη*, teste illo vetere Glossario. Sic & hodie lineam vulgo vocamus. *Dicta lista*, a *λίση*, *ρ*, in *t*: ut *σάδιον*, *σάδιον*, *spatium*. *σπιδή*, *studium*. hinc *ὕπλοισσι* picturæ primum, hoc est ad verbū, *sublestæ*. Inde ad alia translātū sumitur pro euanido, tenui, languido. Ut vinū, de quo iam satis diximus, *sublestum*. Erat & *καπνίας οἶνος*, *improbū uinum*. Vnde, puto, *Martialis* pessima uina *Masiliae*, *sumos Masilitanos* vocauit. nisi intellexerit de uinis, quæ, ut vitium exuerent, ebibere instituebantur fumū in loco, quem vocat *Nebulariū Columella*. At non sane nostratia, quæ nascūtur in *Biturigibus* *vibiscis*, alium fumum ebibunt, quam temperatissimam illius cæli cocturam. Ex qua potius ipsa fumum bonum emittunt, quam malum desiderant. Inuenio & Græcis infimæ uetustatis fugiens uinum *ἐμφαντίδω* dictum. hoc est, *ἐξίτηλοι*, & *euanidum*. Tale igitur uocarunt *vappam* Latini, *Æolica* uoce. Nam ut *Æoles* pro *ἄμμα* dicebāt, *ἔππα*: sic, ut ego puto, pro *βάρμα*, *βάρμα*. quod ita uocarent, quicquid non merum, sed dilutum esset. Vnde uinum spurcū & fugiens eo nomine Latinis dicitur. Quod autem *vappam* fœminino genere dixerunt, est eadem ratio, qua & *schemam* eodem genere declinarunt. *Plautus* — *Cum seruili schema*. Sic *syrma* fœminino genere apud *Turpiliū*. *Schema* uero, ut *Plautus* usurpat, est penulæ seruilis genus. Id & in *Syracusana* lingua inuenitur. *Theocritus*:

τὸς αὐλῶς μὲν ἔχοιτ' αἰεὶ ἢ γάδοι, ἢ τὴν γὰρ μάλον.
χαρμη

χαρμη δ' ἐγὼ, καὶ καὶνὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.
diffusa] *Lego defusa*. *Vinum defusum pateris*. Sed & tibi de hac re satisfaciet doctis. *Lambinus* noster in commentariis suis in *Horatium*. *Huc Alibida*] Ita uocat *Silenus*. In prologo *triuiali*, & *inepro*, sed ἔτε παρῶν, ἔτε χθις facto, quod præpositum est *Bacchidibus* *Plauti*, ita *Silenus* de se ait:

Asbidam me Ionij uocitant greges. *Greges* autem *Ionij*, sunt *histriones*. ut alterutrum sit legendum, *Asbidam*, an *Alibidam*, plane ignorarem, nisi subiunxisset:

Quod Asino uehar senex ueturio. Legendum enim *Asuida*. Prius enim dictus *Asiuehida*, forma patronymica. qualia multa componit *Plautus* iocans, ut *Rapacida*, *Plagipatida*. Hoc ex imitatione *Æolū*, qui fere epitheta patronymicis formant, ut *σπιδάρχιδης*. *Asiuehida* autem ratio etymi postulabat. Sed consultum est euphonix, ut *σαλόγος*, pro *σαλολόγος*. *ἀμφιλόγος*, pro *ἀμφι-βολόγος*. *Veturium* in illo prologo est τὸ κτῆνος, quasi *uehiterium*, ut *Asuida*, pro *Asiuehida*. Inde *ueterinaria animalia*. Ergo *Asuida* *Silenus*, *ὄνοβας*. In eodē prologo tolerabilis erat lectio, *Asibida*, quod illi imperiti librarij inter *b*, & digamma nullum discrimen faciebant.

Vestrum delictum] *vetus membrana, nostri delictum.*

Nunc uere in gelida] *vetus membrana,*

Nunc uero in gelida sede locusta sedet.

Nunc proluce] *Correximus — te proluce.* hoc etiā confirmat scripta lectio. item illud — *toio se proluit auro.*

Formo

Formosus] Legit manu scripta membrana,
Formosum tenere decerpens ora puellæ.

Anne coronato] Lapidis inscriptos, qui tumulis
 imponebantur, item & cippos coronis hono-
 rari adeo notum est, vt exemplis opus non sit.

IN ELEGIAM DE OBITU

MÆCENATIS.

HOc opus Epicedium scripsit idem, qui &
 de morte Drusi ad Liuiam, hoc est C. Albi
 nouanus Pedito. Nam sane nimium sinistre qui-
 dem iudicarunt, qui id non ab vno illius feli-
 cissimi seculi poeta, sed ab alio potius, qui mul-
 to posterior ætate fuerit, exercitationis gratia
 scriptum esse contendunt. Extiterunt &, qui
 Lactantio propter stili, si Diis placet, affinitatem
 attribuerent. Primum ego neque Lactantij esse
 dicebam: neque verum esse, quod ipsi adstruunt,
 stilum similem esse Lactantiano. Aliter enim,
 vt ille ait, catuli longe olent, aliter sues. Deinde
 scriptam esse bono illo seculo non obstare hu-
 milem, *καταλιω λείπει*. Non enim propterea non
 pure Latinam esse consequens est. Deinde in
 hac elegia multa sunt cognita digna, quæ illis
 Scholasticis poetis in mentem venire non po-
 tuissent, certo scio. Præterea de præsentis re lo-
 quitur, tanquam testis. Nam de Lollio, qui fuit
 amicus Horatij, mentionem facit, vt & propter
 sermones, quos de Mæcenate cum Pedone Al-
 binouano ille faciebat, propterea excitatum se
 ad hanc elegiam scribendam testetur, cum alio-
 qui

qui Mæcenati ipsi de facie notus non fuisset. Sic
 enim ait:

Nec mihi, Mæcenas, tecum fuit usus amici.

Lollius hoc ergo conciliauit opus.

Fidus erat vobis nam propter Cæsaris arma,

Cæsaris & similem propter in arma fidem.

Quid quod huiusmodi tam exacte *εν μελέταις*
 fingi non possunt? Quare eo seculo scriptam es-
 se dubitare nullo modo possumus.

Desferam iuuenis] Epicedium suum de morte Dru-
 si nõ intelligit, qui iuuenis in Germania periit,
 vt ibi annotamus. Non enim potest esse, cum
 post Agrippam mortuus sit. puto Marcelli Octa-
 uia filij.

Vt iuuenis] Lege ex manu scripta membrana:

Vt iuuenis deslendus enim tam candidus, & iam

Longius annofo uiuere dignus auo.

Nam Mæcenas non minus, inquit, deslendus,
 quam quiuis acerba morte iuuenis præuentus:
 vtpote qui quouis sene dignior erat longius vi-
 uere.

Non oblita] Vetus membrana:

Non oblita tamen sed repetitq; senes. putarem:

Non oblita tamen subripit atq; senes. Nam subrepet
 scriptum fuisse facile mihi persuadeo, quæ fuit
 illorum librariorum oscitantia.

Lollius hoc] *Maximus Lollius.* Horatius:

Troiani belli scriptorem Maxime Lolli.

Ouidius in libris de Ponto sæpe scribit ad Ma-
 ximum, qui, vt puto, iste est. Eum ex Ouidio, &
 Horatio oratorem celeberrimum fuisse colligi-
 mus. In verustioribus excusis non *Lollius*, sed

ilius legitur. Posset, Ailius. Nam Ailius, & Aimilius scribebant pro Aelius, Aemilius. Hic & amicus Horatij fuit, estque Aelius Lamia.

Aeli uetusto nobilitas ab Lamo.

Sed vetus codex calamo exaratus retinet Lollius. Quare nihil mutandum.

Fidus eras] Lege ex veteri manu scripto:

Fidus erat uobis nam propter Caesaris arma.

Nam vobis amicissimus fuit Lollius, tibi, & Cesari. quo magis illi de te narranti fides haberi potuit.

Regis eras] Reponendum ex veteri membrana:

Regis eras, Etrusce genus tu Caesaris almi

Dextera. — tu Etrusce, genus regium, eras Caesaris dextera, hoc est, primus secundum Imperatorem. Statius:

— uidi omni te pridem in flore iuuentæ

Te magnæ propius, propiusq; accedere dextræ.

Habebat enim gradus quosdam amicorum illi summates viri, ut & vina primæ, aut secundæ notæ. Seneca lib. v. de Beneficiis:

Habuerunt itaq; isti amicos primos, habuerunt et secundos nunquam ueros. sed sine dubio significat asfiduum comitem Caesaris. Martialis de cane Lydia: Lydia dicebar domino fidissima dextra. Regium genus Mæcenati fuisse qui nescit, Horatium non legit. filius enim Menodori fuit, qui Cesari contra Pompeium affuit. Illi vero Menippus patet, filius Cæcinnæ Regis Etruscorum. Horatius: Mæcenat atauis edite Regibus. Nam Cæcinnæ Rex Etruriæ, atauus Mæcenatis.

Vincit uulgares] Occurrit hic duabus obiectionibus

bus, quæ in Mæcenatis cum studium lapillorum, tum luxum, & delicias iactabantur. Nam de studio lapillorum respondet hoc versiculo:

Vincit uulgares, vincit Beryllus arenas.

de luxu & animi mollitie, illo: *Quod discinctus eras* &c. Ac quum lapillorum studiosissimus fuerat Mæcenat, videtur habuisse in delitiis beryllos. Ergo ita diluit obiectionem poera. eum gestasse beryllum non immerito, quum scilicet illa gemma omnibus præcellat. Quare enim obiiciant illi quod rem preciosissimam, nec vulgatam in precio habuerit? Nam sane studium suum in lapillos ipsemet hoc Epigrammatio de morte Horatij Flacci ita profiteretur:

Lugent, o mea uita, te smaragdus,

Beryllus quoq;: nec nitentes

Nuper, candida margarita, quæro,

Nec quos Thynica lima perpoliuit

Anillo, nec Iaspios lapillos.

Quod discinctus] In alteram obiectionem. Iam diluebat, quod illi obiiciebatur luxus in vestitu, & lapillis. Nunc, quod & animo quoque, nedum corporis cultu discinctus dicebatur, defendit ab eius simplicitate. Seneca, postquam produxit in medium Mæcenatis versiculum: mox, *alte cinctum*, inquit, *putes dixisse*. Neque solum cultum eius mollem, & dissolutum, sed & orationem quoque *τενεωδον* u fuisse annotat idem Seneca: ut etiam eius *μυρεβ. εχεται, η, βωσπυζα* orationis cauilletur Augustus. Sed melius ex hominis oratione noueris: ut illa. *Anne, fluisq; ripa comantibus uide ut alueum lintribus arant, uersosq; uado remigant*

hortos. Voluit enim dicere, quod Virgilius:

Viridesq; secant placido æquore silvas.

Sane non minus ambitiose hic de aqua, quam de aere apud Aristophanem ἄριστοι:

ἀλίμενον ἀθέρος αὐλακα τέμνων.

Item, *Fœminæ cirrocrispata labris columbatur: incipitq; suspirans, uti ceruice laxa ferantur.* Tam enim columbatim ferere basta dixit Cn. Martius: & περισερά τιδος εὐλήματος apud Græcos. Item de domo, qua diriperetur: Tyranni irremediabilis factio rumanur epulis, lagoenaq; tentant domos, & sepe mortem exigunt. Nam Tyranni irremediabilis, Græcissat ambitiose, τυράννης ἀννέσου. pro quo optimus Poeta, implacabilis, implacatus. Rimari autem domos lagoena, aut epulis in direptione, quum milites omnia αὐτῶν νεύτω ferunt, aguntque: ut quicquid esculenti, aut potulenti inuenerint, diripiant. Illud vero, mortem exigunt: cum etiam interficiunt, nec, uti alij, pecuniam exigunt. Item tenuitatem familiae quum describit: *Genium festo uix suo testem, tenuisq; Cereris filia, & crepacem molam. Focum mater, aut uxor inuestiunt.* Magna sane hyperbole, ut Genius a tam tenui familia absit in suo festo, sine quo festum esse non potest. & farinam in molendino per fistulam manantem vocauit filia tenuis Cereris, quod tenuis eius ductus, ut filii. Deinde inuestire focum, pro fouere, & calfacere, ambitiose nimis a Vesta vocauit: & melius legeretur, inuestit, quam inuestiunt. Hæc vix intellecta a multis, itemque valde corrupta apud Anneum Senecam, & simul cum ipsius Senecæ verbis conturbata ideo adduxi, & exposui, ut lectori de Mæcenatis oratio

oratione gustum darem: quantum ex eius his pauculis reliquiis, & analectis colligere potui: & ut apud Senecam emendatiora legerentur. Inuide] Verus membrana, *Liude.*

Num tibi non tutas] Verus scriptura, *Num tibi.* Corrigo, *Nuncubi.* Interrogat vero quasi de nocturno infessore, & præmiatore. Pro *Cæsar* hospes, calamo exarata membrana habebat, *Cæsaris obses*, item & antiquitus excusi. Ea verior est lectio. Reliquerat enim Mæcenatem in vrbis Augustus tanquam obsidem, & pignus sui, cum in Orientem profisceretur. Quocirca subiungitur — *Romane tu uigil urbis eras.* Corn. Tacitus lib. v. *Cæterum Augustus bellis ciuilibus Cæsarum Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romanos, atq; Italiam præposuit.*

Spoliavit amantem] *ἠωρῆζοντα* ad amicam.

Quis tetigit] Tangere latus ferro prouerbialiter dixit. & Plautus Bacchidibus:

Perij hercle: lembus ille mihi ledit latus. In latere enim sunt partes *καταλαγ.* A quo dicitur tangere latus alicui, τὸ δὲ ἄνω φερῆν.

Maius erat] Semper enim contentus fuit manere priuatus. Seneca. Item Propertius:

Mæcenat Eques Etrusco de sanguine Regum,

Intra fortunam qui cupis esse tuam.

Pausaq; pomos] Intelligit hortos Mæcenatianos ad Esquillas. Subiungit enim:

Pieridas Phœbumque colens in mollibus hortis.

Marmora Mæonij] Legebam, *Marmorea Aonij* Sed manu scripta lectio aliter docet legendum. Ea habet *Marmora Minæi.* Lego, *Marmora Smyrnæi.*

Nam sane prius scriptum puto *mirnei*. *Marmora monumenta* dictum, vt, *rete iaculum, lapide sſlice &c.* vt in *Catalectis* annotamus.

Illum piscost.] De pugna nauali, quæ commissa est in freto Siculo cum Sex. Pópeio Cn F. Propert. lib. II. Eleg. I. & Appianus.

Ignibus] *Lego, Ignibus hostills tradere ligna ratis.*

Quam tener] Melius vetus membrana:

Iam nunc ille tener, tum grauis hostis erat.

Ille, qui nunc tener, & fluxi animi incessitur. Græcis melius exprimitur, ὁ Σιλυδρίας, ὁ ἠδυστα. Σί. 5.

Actius] *Apollo.* De Actiaca victoria cōstat agere. *Argentata.*] vt aurata. Sed, ne quid dissimulem, malo *amentata*. Amentati calcei veteribus dicebantur, & *Obstrigilli*.

Sandalia talos] Semper suspecta mihi fuit hæc lectio, cum *sandalium* secundam a prima correptam habeat. Sed recte vetus membrana habebat *talaria*. Ita repono.

Mollus es solito] *Vetus membrana, Albus es solito.* *Lego, Balbus es solito.* Balbutientem ex ebrietate intelligit, vt, ἀνὴρ αἰῶν ἢ εἰνον, ὡς ὑδωρ ἵππος, σκυθισί φωνεῖ, μηδὲ καππα γινώσκῃ.

Verba fuere noua] *Insolita, ἄεσσα, καὶ ξένα,* tanquam allucinantis ex crapula. Atque ita Maro in Ciri.

— *Plurimus ergo*

Virginis insolite sermo nouus errat in ore.

Lenisti morsu] Idem voluit Catullus:

Atq; ita decerpens æquabat semper opus dens,

Quæ prius in tenui fuerant extantia filo.

Hoc

Hoc Atticis erat *κροκεδίζειν*. *Philetærus Comicus:* — *κροκεδίζειν αὐτὸ κατιλάειν.* *Pollux* exponit, ἐκλέγειν τὸ τελευτῶν.

Percussit] *Percutere, παθεῖν.* Verbum textorium.

Et *σπαθηταὶ ἐσθῆτες*, densæ, contrarię rallis. vide, quid in Ciri de hoc annotamus.

Premet cum iam impiger] *Vetus membrana, & antiquitus excusi:* — *cum iam premit impiger.* puto legendum — *cum rumperet impiger infans.*

Fudit Aloidas] *Vetus scriptura multum discrepat: Fudit Oenidas.*

Dicitur in nitidum p. bouem] *Inepta lectio. Vetus membrana, & antiquitus excusi: Dicitur in nitidū percubuisse diem. pernox stertuit ad clarum mane.*

Vina referre] *Vina, εἰσπονοθεύει.* Postea inueni in antiqua membrana: *signa referre.* i. signifer Iouis esse. Et malle:

Posses amitturo signifer esse Ioui.

Quod signifer Iouis sit Ganymedes, docet doctissimus Mythologus Fulgentius lib. primo.

Formose sacerdos] *Ganymedes.* ab ea imitatione veterum Latinorum, qui pueros sacrorum ministros *Camillos* vocabant. Sacerdotem igitur & *Camillum*, hoc est ministrum Iouis vocat, vt pote & quem iam signiferum Iouis dixit. *Ganymedes* veteribus Latinis *Catamitus* dicebatur. *Plautus Menæchmis.*

Vbi Aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneū. Nam videtur a *γανυμειδης*, quod idem est cum *γανυμειδης*, detortum esse. *γὰρ δὲ παρ* enim, & *γάνυθαι*, idem. Vt prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic *Laumedo*, pro *Laomedon*. quan-

quam Festus legit *Alumento*, sed mirum ni in corrupta exemplaria Lluij Andronici inciderit. Nam *Laumento*, nō *Alumento* dictus Laomedon videtur. Sic Petronius dixit, *Lauconte* nati, pro *Laocoonte*. Sic in epistolis Cæcilij Plinij *Laudiceni*, pro *Laodiceni*, vt alludatur ad *Laudem*. & *Laotomia*, *Lautumia* Senecæ.

Et presso] Martialis:

Illæsum timidis unguibus hæst onus.

Victor potiatur] Vetus membrana, *patidatur*. *Leggo spatietur*.

Victorem uictus] Vetus tam scriptura, quã editio:

Victor amet, uictusque metat. Quod sanè postulat sententia:

Verberat egelidos] Virgilius:

Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:

Suspikor tamen legendum esse:

Verberat egelido garrula uere lacus.

Vt intelligat lacunaria domorum. Lucill. — *resultantes adesque, lacusque*. Id est, *ædes laqueatas*, ἐν δια δούων.

Indulst merito] Melius, *Indulst: merito:*

Viscera dissecti] Legeram olim:

Viscera dissecti mutauit Aetias agno

Arietis: & succis &c.

Quam quur reiiciam, causæ non est. Tamen alia est in membranis scripturas

Viscera directi mutauerat arietis agni

Aetes factis omne perita suis:

Quæ cū aliquot maculis aspersa sit, ita eluenda mihi videtur:

Viscera dissecti mutauerat arietis agno

Aetis

Aetis fucis omne perita suis. *Aetis*, est αἰτής, & *Euenis*, εὐηνίς Propertio. *Fucis*, φόνους. τὰ φόνουα, sunt φάρμακα. Nam ita vocat Theocritus, qui hic fuci dicuntur. *Omne perita* ὅφ' ἐν legendum. Est enim Græcorum πολυδρις.

Redditur arboribus] Hæc ipsam sententiã Moschus in Epicedio Bionis poëtæ Bucolici extulit:

αἱ αἰ, τὰι μελάχαι μὲ ἐπ' ἄν κ' ἡπτον ὀλωθείς,

ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τὸ, τ' εὐθαλές ἔλον ἀνηθον,

ὕσ' ἔρον αὖ ζῶοντι, καὶ εἰς ἕτος ἄλλο φύοντι.

ἄμμες δ' αὖ μεγάλοι, καὶ καρτεροῖ, οἱ θεοὶ ἄνδρες,

ὅπποτε φράζεσθαι θάνατος, ἀνάκοι ἐν χθονὶ καίλα.

εὐδομίες εὖ μάλα μικρὸν ἀτέρμονα νήχρετον ὕπνον.

Idem & Horatius: *Diffugere niues &c.*

Ergo non homini] τὸ Ergo habet hic eum locum, quem apud Propertium:

Ergo Musarum, & Sileni patris imago &c. Plautus *Casina*: — *nempe tute dixerat*

Tuam arcesituram hinc esse uxorem meam.

s T. Ergo arcesiuisse ait: sed dixisse te

Eam non missurum. — In *Bacchidibus*:

Non hic placet mihi ornatus. P I. *Nemo ergo tibi*

Hæc apparauit. mihi paratu'st, quod placet.

Viueret cornices] Hoc primum dixisse Theophrastum morientem, & ea de re ad naturam conuestum, memoriæ proditum est.

Pascitur aurora] Melius vetus scheda, *Nascitur*, hoc est reficitur, renascitur.

Vt tibi uita foret] Scilicet, perpetua. Malo tamen

Vt tibi uicta foret — nempe senectus.

Et modo puniceo] Restitue ex veteri scriptura:

Et modo pœnicium rore lauante torum.

L I 5

respicentis equi] ad versuram scilicet. Nam per-
acto actu suo, quod veteres vocabant protelum,
equus ad versuram respicit. & hoc est finitum
spatium. Putavi & aliquando legi posse, *respa-*
uantis equi. hoc est, qui finiuit curriculum, &
spatium suum. *Spatiari* proprie est in stadio cur-
rere. Nam τὸ στάδιον, Æoles vocabant ἀσά-
διον, vnde Latini, qui multum Æoles imitan-
tur, fecerunt *Spatium* suum. Statius: iam satis lon-
go *spatiata campo*. Nam perperam vulgo legitur,
satiata.

Quæstueret tōri] Verus scriptura, *Quæstueret chori*.
Nempe stellarum chori. Nam & ita Varro di-
xit, *cæli choreas astricas*. Totum Distichon ita le-
gimus:

*Quæstueret chori iuuenem sic Hesperon olim,
Quem necdum medio soluit in igne Venus.*

Quem, inquit, necdum medio curriculo soluit,
& dimittit Venus. Nā Vesperum citissime cō-
ficere cursum suum, cum vix alia astra apparue-
rint, notissimum est. Iccirco Venus eius amore
capta citissime soluit eum in medio cursu: cum
interim chorus astrorum ipsum, qui princeps
chori est, & primus apparet, desiderent.

Quem nunc] est ἀποστροφὴ ad Mæcenatem cælo
iam receptum. *Quem* tu cælo receptus contra-
rio cursu vides ire alio nomine, nempe Lu-
ciferi.

Nunc ego quid possum?] Scribe:

Nunc ego quod possum, Tellus leuis ossa teneto.

Nihil aliud in præsentia tibi possum, quam vt
precer hoc, Terram tibi leuem esse. Ille erat sem-
per

per εὐφημισμὸς in mortuos. a qua superstitione
Euripides Elena:

— ἢ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ
εὐψυχὸν ἄνδρα πολέμιων θανάθ' ὑπο
κάφη καταμπίχασιν ἐν τύμβῳ χθονί.
κακὸς δ' ἐφ' ἔρμα σφερόν ἐμβάλλασσι γῆς.

Sic est Mæcenat] Sine dubio est alia Elegia a su-
periore diuersa. & inscribenda mihi videtur:
VERBA SUPREMA MAECENATIS. quod
enim eiusdē auctoris sit, & de eadē re, propterea
cum superiore coniuncta.

Primæui turpiter] Non *turpiter*, sed *Iuppiter* habet
membrana. Id quod verum puto, estque δὲ μέ-
σε dictum. Catullus:

Doctis, Iuppiter, & laboriosis. Idem:

Iuppiter, ut tristi lumina sæpe manu.

Et magnum magni] Educauit enim, & sustulit Bru-
tum C. Cæsar, quem etiam in bonis suis hære-
dem scripserat, habuitque filij loco adeo, vt quū
in Senatu trucidaretur ab homine ingrato, ad
eum dixerit — καὶ σὺ τέκνον, Videtur autem ex
Tragœdia quadam, dictum ex persona Clytem-
nestræ ad Orestem, quum ab ipso interficeretur:
aut Eriphylæ ad Alcmaonem.

Discedo uellemq;] Melius vetus tam scriptura,
quam editio: *Dissidio uellemq;* prius est ἀποσιώπησις.
Quare subiūgit, — non omnia dixit. Vtinam, inquit,
prius decessissem, quam illud dissidium gliscere
inciperet. *Vellem mori*, ἐλλεικῶς dixit pro, vtinam
mortuus fuisset. ὡς ὠφελον θανεῖν.

Sed manifestus erat] purus putus Hellenismus.

ἀλλὰ δὲ ἦλος ἦν λειποψυχῶν, λειποθυμῶν.

Quere

Querebat amare] Teretia ei nomen erat. Ea fuit mulier morosissima, & importunis moribus. Cum ea saepe lites habuit, saepe rediit in gratiam Maecenas. Itaque false dixit Seneca, eum milles unam duxisse uxorem. ut ex hac historia interpretanda sit lex LXIII. de don. inter virum & uxorem. *Dum moriorque, satis*] τὸ *satis*, cōclamarum est. Plautus Captivus:

Liber captivos quis feræ consimilis est.

Semel fugiendi si data est occasio,

Satis est: nunquam postilla postis prendere.

Fuisse tibi] Hoc est tuus fuisse. Val. Cato in Diris

Et uobis nunc est, mea quæ fuit ante uoluptas. Item,

— *mea quod formosa puella* *Est uobis* —

Me potuisse uelim.] Verus scriptura — *te potuisse.*

Hoc est, nec ultra aliud a te peto, quam ut per te liceat mihi iacere sub terra æqua. Legendum vero, & sententia, & eadē veteri scriptura, postulante:

Hoc mihi contingat.

Exemplum uixi] Putarem legendum esse:

Exemplum uixi te propter nobile, & ob te

Vnus Maecenas, teque ego propter eram.

Pete sidera sero] Ovidius:

Optavi peteres caelestia sidera tarde. Horatius:

Serus in cælum redeas.

Et tibi succrescant] Tibullus ita loquitur:

At tibi succrescat proles, quæ facta parentis

Augeat, & circum stet ueneranda senem.

Metaphora a stolonibus, seu pullis arborum, earum stipitibus adnascentiū. Hoc enim est subcrescere, & subolescere. unde *Soboles*, τὸ *ἔα* *quod* *des*.

Et tradant porro] Sane si lego, *Et tradant porro.* Ut per

persistat in metaphora subcrescendi. Nam porro trudi dicuntur gemmæ arborum, & stolones, cum incipiunt existere e cortice.

Sic securo tibi] Vetus editio:

Et tibi securo cum primum Liuia coniunx. Puto:

Sit tibi securo supremum Liuia coniunx.

supremum εἰς τέλος.

Iuuenes bis] C. & L. Agrippæ. Hi adoptati fuerunt ab Augusto. Bis Cæsare dignos dicit, primum quod Agrippæ generi Augusti filij: deinde, quod ab ipso Augusto adoptati.

Expleat amissi] Expleat defectū amissi Marcelli Agrippa, cuius filios tu adoptasti. Manifesto ergo intelligit filios Agrippæ, qui adoptati fuerunt ab Augusto, & Cæsares declarati, ut ait Tacitus. Et Ovidius de iisdem intellexit:

Cæsare uicturo, Cæsaribusque precor.

Quare errat bonus Domitius, qui de Tiberio, & Germanico intelligendum putat.

IN ELEGIAM C. PEDONIS

ALBINOVANI DE MORTE CL.

DRUSI GERMANICI AD

LIVIAM AVGVSTAM.

HVius quoque Elegiæ idem auctor, qui & superioris. Quanquã enim superius mollem virum Maecenatem, & discinctum pari, ac ipse vixit, licentia, hoc est molli, ac remisso stilo profecutus est: hic vero principem matronam accuratiore, ac grauiore dicendi genere alloquitur: non tamen in omnibus sui dissimilis est. Quod enim hic legitur:

Nec

*Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi:
quid aliud est, quam id, quod supra dixerat?*

Omnia quum posses tanto tam carus amico:

Te sensit nemo posse nocere tamen.

Item, quod hic de Fortuna:

Illam rapit iuuenes, sustulit illa senes.

Idem extulerat de morte:

Illam rapit iuuenes prima florente iuuenta.

Non oblita tamen & rapit illa senes.

Quamquam hic pro sustulit, quidam veteres codices habent, *sustulit*. Videtur autem Neronum vel potius Drusorum familiae cliens fuisse C. Albinouanus. Nam & is eiusdem Drusi Germanici nauigationem in Oceano carmine conscripsit. Cuius hodieque fragmentum extat. Deinde Tiberij fratris Drusi comes, & scriba fuit, ut ex Horatio odorati sumus. Quod enim Ouidio hanc Elegiam attribuerunt, frustrati sunt. Nihil enim dissimilius. Quamquam versiculum, qui hic legitur,

Altius & uitij exercuisse caput: inuenias in Fastis:

Altius humanis exercuisse caput.

Sed hæc non mirabitur, qui scit & Tibullianum versiculum in Ouidio reperiri:

Cum cecidit fato Consul uterq; pari.

Et multa talia. Quare quum hanc opinionem ex hominum mente sustulerimus, extorquenda & alia quoque iis, qui putant hæc scripta esse de morte Drusi eius, qui in Germania periit, filij. Quum contra sit is Drusus, qui in Germania occidit. Nam quum Liuia conuenit in manum mariti Augusti erepta priori viro Tiberio Neroni,

non

non multo post eum enixa est, iam grauida ex priore viro, ex quo & antea Tiberium Claudium Neronem, qui postea rerum potitus est, primo partu ediderat: postea in domo Augusti hunc Drusum, nulla postea sobole. Est ergo is Drusus frater Tiberij, qui postea, ut dixi, rerum potitus est. Is, quum post partum de Sueuis, ac Sicambriis victoriam Consul absens factus esset, morte præuentus nec triumphum, nec honorem inire potuit. Vide Epitomen Liuij, & Dionem. Sunt quedam pauca admodum hic animaduertenda. In cæteris, diutius nobis immorandum esse non duximus.

Hei mihi quam facile est] Eam sententiam prius extulerat Æschylus Prometheo:

ἐλαφρόν, ὅστις πημάτων ἐξω παθήσει

ἔχει, παραρείν, νεθετεύντε τὸς κακῶς

πράτοντας — Dio historicus: ὁθεν πικρὰν

καλῶς εἰρηται, ὅτι βῶν παρανέσαι ἑτέρας ἐσὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι. Terentius:

Facile, quum ualemus, recta consilia egrotis damus.

Perceptaq; mente] Lego, præceptaq; mente. Virgil.

— Si lac præceperit æstas.

Cæsaris illud opus] Ita vocat institutum, & formatum a Cæsare. IN Mæcenatis Epicedio:

Et magnum magni Cæsaris illud opus.

Ergo se ipse imitatur.

Et incassum tua nomina] Incassum, & frustra Consul inscriberis. infra:

Nunc primum aspiceris Consul, uictorq; parenti?

Sic mihi, sic misera nomina tanta refers?

Nec tu tot uerba bonorum] Lege:

Mulci

Multi in te amissi. Nam cui tot turba bonorum,

Omnis cui uirtus contigit, unus eras.

Congelat interdum] Homerus de lacryma, ὠστὴ
κέραισ' ἀτ.

Et uidi euersos] Vt — Et uersis Arcades annis.

Consuluit fractis] Lege, Consul init fractis &c.

Et dux pro patria] Lege:

Et lux pro patria funere clausa latet.

Cur adeo fratres] Ego lego;

Cur adeo, frater, heu sine fratre tuo es? Sic infra:

Cur sine me, cur sic in comitatus abis?

Nec minor] Lego:

Nec minor & magni coniuge uisa Iouis.

Ecce necem in tantam] Alij, intentam. Lego ergo:

Ecce necem intentam caelo, terraq; fretaq;

Caussarum triplex uaticinatur opus. Opus Lucretij. Ouidius:

Explicat ut caussas rapidi Lucretius ignis,

Caussarumq; triplex uaticinatur opus.

Multa enim alia scripsit Lucretius: ex cuius XXI. lib. citat Varro: Aetheris, & terrae genitabile quaerere tempus.

Vita data est utenda] Sine dubio imitatione Lucretij dixit:

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.

Testis Iturgus] Dicitur & Visurgus pro varietate idiomatū linguæ Germanicae. Nam Saxones, & omnes Oceani accolę r vsurpant: alij duplex β,

θαλαττα, θαλασσα. Sic, Vvasser, Vvater, aqua.

Danubiusq; capax] beur. Sed & rapax legi potest.

Appulus] Valde deprauatus locus. Lego:

Danubiusq; rapax, & Dacius orbe remoto

Angu

Angulus: hinc hosti perbreue pontis iter.

Veteres scribebant *aggulus*. Vnde *appulus* fecerūt. Intelligit Chersonesum Cimbricā. quam Daci incoluerunt, qui nunc Dani. *perbreue pontis iter* vocat angustum isthmum illius Chersonesi: &, nisi fallor, Græci ἰσθμὸν γίφουραν vocabant. Hæc omnia referenda ad nauigationem ipsius Drusi Germanici. de qua huius quoque poetæ luculentos versus habemus.

Et mergi St. nob. numen] Lege, *lumen*. Nam sidus supra vocauit.

Acta senem faciunt] Martialis:

Dum palmas numerat, credidit esse senem.

IN ECLOGAM M. ANNEI

LVCANI D. C. PISONEM.

Hanc Lucani Eclogam esse, fidem fecerit & scheda calamo exarata, in qua ita scriptum iuueni: LVCANI CATALECTON DE LAVDE PISONIS: tum & Piso iste, ad quę scribitur. Qui cum primoribus nobilitatis Romanæ iuuenibus conspiratione in Neronē facta signiferum eius consilij delegit Lucanū, multis iam sibi beneficiis deuinctum. Scripsit & alia Lucanus, vt Orpheum: quod testatur Stadius. Et ex eo poemate citant Grammatici:

— *gaudent a luce relictam*

Eurydicen, iterum sperantes Orphea Manes,

Item Hectoris Lytra. Stadius:

Ac primum teneris adhuc in annis

Ludes Hectora, Thessalosq; currus,

M m

Ac supplex Priami potentis aurum.

Item Catacausmon Iliacum. Ita enim legēdum apud Placiadē, ex quo hęc proferūtur analecta:

*Haud aliter raptum transuerso limite anbeli
Flammatum Phaethonta poli.*

Nam Nero, quum *ἡρώδης ἀλωοῖς* ageretur, Romanam incendit. Ad quod poema allusit Staius:

*Dices culminibus Remi uagantes
Infandos domini potentis ignes.*

Atque de his hæctenus.

Humida] magis placeret *Fumida*. Nam prius torrebantur: deinde saxo frangebantur.

Cum tua mæstos] Cor. Tacitus, de Pisone: Nang; facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos: & ignotis quoq; comi sermone, & cōgressu.

Sic auriga] Hic auriga tantum eques. Nam *Aurea τὰ ἡνία*. In veteri Glossario, *Aurex, solitarius, ἰππασῆς*.

Videtur autem initium huic poematio deesse. Nam ita in manu scripto incipit.

— nihil est, quod texas ordine, longum.

Vnde prius cepti surgat mihi carminis ordo: & sane non dubito hic principiū deesse, quemadmodum diu finis quoque abfuit, quem ego inueni in illo codice, & non omisit Antuerpensis editio. Videtur autē prouerbiale fuisse — nihil est, quod texas ordine, longū. nam in Ciri quoq; reperitur. Solitarium vocat, qui equo singulari uehit: hoc est, *ἡ κέλντα*, qui & *Singulator* in eodem Lexico dicitur.

Turbida prolatis] Apud Ciceronem pro Murena, & Plaut. Captiuus.

Testis

Testis Acidalia] Staius:

Tu ductor populi longe emigrantis Apollo.

Cuius adhuc uolucrum longa ceruice sedentem

Respiciens blande felix Eumetis adorat. Item:

Nostra quoq; & propriis tenuis, nec rara colons

Parthenope, cui mite solum trans equora uectæ

Ipsæ Dionea monstrauit Apollo columba.

Quare ait Pisonis eloquentiæ testem esse Neapolim? Intelligit de quinquēnali ludicro Neapolitano. in quo Poetæ, Oratores, & Musici, alięque certabant. De eo sæpe Staius in siluis.

Et digna suis] Cor. Tacitus: *Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies &c.*

Inuat indulgentia] Cor. Tacitus: *Lenitati, ac magnificentie, aliquando luxu indulgebat.*

Calculus] Calculorum ludus, & lattruncolorum, idem est. Ouidius:

Sive latrocinij sub imagine calculi ibit.

Lucillius lib. xiiij.

Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumq; putare, &

Calces: delectes te, hilo non rectu' uiuas.

Nam calces sunt calculi, ut alicubi notat Festus: Hodie alludunt ad vetus nomen Itali, & Galli. *Scalculum* enim vocant. Puto artis uerbum fuisse *Excalculari* de eo, qui uinceretur: ut *excuriari*, & *excuneari* Varroni. unde & eadem etymologia uidentur dicti *Axeires*, ut Hispani uocant quasi *exquadri*. Nam *squadrones* quadras Phalanges uocant. Calculorum uero ludus, nihil aliud, quam castra, & instructa acies. Sed caue, ne duodecim scriptorum ludum cum lattrunculis confundas. Alius enim est. Cuius inuentorem

tradiderunt Palamedem. Ouidius de arte lib. iij.

Est genus in totidem tenui ratione redactum

Scripula, quot menses lubricus annus habet.

Ita enim legendum, non, vt vulgo, *spicula*. Mox nostrum hunc ita describit:

Parua tabella capit ternos utrinq; lapillos:

E quibus hic labor est, continuare suos.

Qui manifesto lusus hodie a pueris obseruatur.

Nam qui lapillos in linea continuat, is vincit.

Vulgus Aquitanum *Madrellum* vocat: Galli *Ma-*

drellas. a materulis. Materes veteri lingua Gallica,

virgæ, & baculi. Nostrates autem pueri sapius

materum, aut bacillorum capitulis pro lapillis

in eo lusu vtuntur. De materibus Sisenna apud

Nonium. Apud Strabonem lib. i i i i. de Gallo-

rum armis: καὶ μερὶς παλτῆ τὴ εἶδος. Lego: καὶ

ματερὶς. Fuit enim compendium scripturæ, vt

μέρος, pro, μητέρος.

Et fracta prorumpat] *Mandræ* sunt iumenta, aut

carri. Iuuenalis: — *stantis conuicia mandræ*. In lusu

latrunculorum dicuntur Equites. Martialis:

Mandris, & uitreo latrone clufos.

Nisi potius quadrigas eburnas intelligas, qua-

rum & factiones ad imitationem quatuor illa-

rum celebriorum factionum in ludo Cal-

culorum repræsentabantur. Nam

& Neroné quadrigis ebur-

nis lusitasse auctor

Suetonius.

INDEX




INDEX RERVM ET VER-

BORVM NOTABILIVM,

quæ in hisce Commentariis

continentur.

| | | |
|---|---------------------------|----------------------------|
| | A | Aleria, seu Haleria Colon. |
|  | Bantes. 268 | 436 |
| | Acies lapidis, | ἀλῆτες. 474 |
| | ferri. 395 | Alia igne, Græcismus. |
| Acus, & acie nomine quid | | 406 |
| apud Celsum. 423 | Almageste. | 302 |
| Ad fontem ducere. prouerb. | Almanac, unde. | ibid. |
| 454 | ἀλυσίος nomine quid Græc. | |
| Additus alicui. 327 | ci. | 325 |
| Aegreere. 297 | Alumna, ἡ τροφὸς. | 339. |
| Aeoles πατρωνυμικῶς ἐπι | 340 | |
| theta enunciant. 527 | ἀμβίξ. | 302 |
| Aeschyli uersus apud Ari- | Ambubaia Syriacum. | 521 |
| stot. emendantur. 415 | Amentati calcei. | 534 |
| Aggulus. 545 | Annis uix iunctus. | 405 |
| ἀγγεῦεν. 451 | Amor antiquitus non pin- | |
| Agriope Orphei uxor. 286 | gebatur alatus. | 498 |
| Agrippæ filij. 541 | Amor barbatus. | ibidem |
| Al. 487. 488 | ἀμωρεῖμα. | 505 |
| Al, articulus Arabum. 302 | Amycleus Thallus. | 336 |
| Alaria uestis. 492 | Ancile scutum. | 485 |
| Alambic, unde. 302 | ἀνέγγυον. | 350 |
| Alcathous Pelopis filius. 313 | ἀνεξμάκως ἔχειν. | 296 |
| Alciati error. 460 | Anguis pro pudendo. | 478 |
| Alchymista, unde. 302 | Antelogium. | 301 |

-M m 3

I N D E X.

| | | | |
|--------------------------------|-------------|-----------------------------|---------|
| Antistita. | 319 | ἀθέμιστος. | 390 |
| Apamea insulae formam habebat. | 502 | Athenæus emendatur. | 342 |
| Aphæa Britomartis. | 330 | τὸ Atque Virgilio. | 443 |
| ἄπρασμονος Satyrus. | 459 | Attij poetæ locus. | 318.470 |
| Appion Plistonices dictus. | 499 | Auracæ Vasconum. | 470 |
| | 499 | Aucupium ueterum, quale. | 344 |
| Aprici senes. | 456 | Aureæ. | 546 |
| Apuleius emendatur. | 470.450.456 | Aureus flos. | 468 |
| Aquæ sus anser. | 465 | Aurex solitarius. | 546 |
| Argenti semen. | 376 | Auriga pro equite. | 546 |
| Terræ semen. | 396 | Auriplices. | 334 |
| Argutū Virgilio, quid. | 321 | Ausonius corrigitur. | 487 |
| Aristoph. illustratus. | 496 | ἄνθεμα τότῃς nomine, quid. | 461 |
| Aristoph. emendatur. | 424 | Axedres Hispanice. | 547 |
| Aristoph. interpres emendatur. | 483 | ἄξιον Atticis. | 331 |
| Arnobius emendatur. | 426.460.511 | B | |
| Arpendia. | 439 | Βαμβανίζεν Hipponacti. | 496 |
| Arpennium. | 438 | Bassus Ventidius Picētinus. | 502.503 |
| Arripendum. | ibid. | Belli lege. | 340 |
| Aruus ager. | 485 | Bene uixis. | 270 |
| Ascaules. | 480 | Benna. | 509 |
| ἀσωνετραπυός. | 482 | Bidentes tauri. | 343 |
| Astuda. | 527 | Bilbis Africana lingua. | 461 |
| Aissa perferentaria. | 522 | Bilbul Syriace. | ibid. |
| Assus Sol Ciceroni. | ibidem | Biuta Dea. | 507 |
| ἄσπις homo. | 456 | Βλέποντα μαρτύρια. | 358 |
| Asbyanassa meretrix. | 466 | Bonis lucens, Græcismus. | 271 |
| Ater astus. | 439 | | |

Bocch

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------|---------|------------------------------|---------|
| Bocchus herba, quæ, igno- | 299 | Capta Vestalis. | 298 |
| ratur. | 299 | Captus Augur. | 297 |
| Bouinator. | 506 | Capulum. | 454 |
| Brutus educatus a Cæsare. | 539 | Carbones fossiles in Scotia. | 399 |
| Bubuli peniculi. | 426 | καρδία λέει. | 457 |
| C | | Carme quænam fuerit. | 322 |
| Cedere hillas. | 496 | Carptura. | 423 |
| Cælij Rhodigini error. | 524 | Carthaginienſis quid. | 458 |
| Ceruleæ umbra. | 322 | Cascabilli Vascon. & Hiff. | 521 |
| Cerulum pro mari. | 502 | Catacausmos Iliacos poema | 524 |
| Cæsaris locus emendatur. | 524 | Lucani. | 546 |
| Cala. | 425 | Catalecta. | 483.484 |
| Calamitas, quid. | 401 | Catalecton Lucani. | ibid. |
| Calculorum lusus. | 547 | Catamitus unde. | 535 |
| Calendæ Quinctiles migra- | 489 | Catullus emendatur. | 279 |
| tionis dies. | 489 | Catullus illustratur. | 451 |
| Caligans uultus. | 418 | Catulli Priapeum Iambis | |
| Callimachus correctus. | 421.499 | puris a Ios. Scaligero ex | |
| | 499 | pressum Græce. | 481 |
| Camilli. | 535 | καυθήριον. | 493 |
| Campanorū spurcitia. | 472 | κέραιδρον. | 446 |
| Canaptura. | 423 | Ceratus fluuius. | 314 |
| Candens fauilla Virgilio. | 406 | Cessans spatium. | 355.361 |
| Canis, conuicium in mu- | 309 | κηλίς. | 525 |
| lieres. | 309 | κῆπος pro obscœna parte. | 450. |
| Capere, uerbum Augurum. | 277 | Chalcedoniarum mulierum | |
| | 277 | facinus. | 284 |
| Capillus pro pilo. | 460 | χαρδία. | 359 |
| καπνίς οἶνος. | 525 | χερνίπτερον. | 388 |

M m 4

I N D E X.

| | |
|---|-----------------------------------|
| Chersonesus Cimbrica. 545 | apolis. 547 |
| χοῖρος. 510 | Colūbatim serere basta. 532 |
| χοιρίον. ibid. | Columella emendatur. 268 |
| χρόνι πόδα. 269 | Combennit. 509 |
| Chrysanthes. 299 | Combennones. ibid. |
| χυῖοι λίθοι. 409 | Comes aura. 242 |
| Cicero illustratus. 446. | Commentariensis. 140 |
| 519 | Compos mente. 281 |
| Cicinnia Dea. 491 | Concretum. 298 |
| Cilico pro Cilice. 299 | Conditor. 504 |
| Cimber Tullius fratrem ueneno sustulit. 484 | Confessus. 324 |
| Cimiflones. 460 | Conuasare. 419 |
| Cinis foeminino genere. 338 | Conuitium. 382 |
| Circitores uigiles. 453 | Copa. 519 |
| Circunferre. 388 | Copia. 292 |
| Circus auis. 343 | Corneum & cornei homines. 398 |
| Ciris, marina auis. 343 | Cornuti interp. Persij locus. 487 |
| Ciris non est Alauda. ibid. | Corona Graecae originis uox. 325 |
| Ciris est Egretta Gallorum. 344 | Cortina theatri. 383 |
| Cisium. 508 | Corymbus quid. 355 |
| Clauis Laconica. 424 | Cotte Gallica uox, unde. 326 |
| Clauis clausa. 425 | Cotyttia. 291 |
| κλειδες κρυπταί. 424 | Cotyttia Dea. ibid. |
| κλειδες ὀπταί. ibid. | Couinus. 508 |
| κλειτωειδέειν. 452 | κρυός. 467 |
| κλεις Homero. 424 | Crataeis mater Scyllae. 308 |
| Cocytia sacra. 334 | Crateres Aetnae. 400 |
| Colei Cliternimi. 452 | Crebrae uestes. 321 |
| κολέκυμα. 467 | Crebrum |

I N D E X.

| | |
|----------------------------------|--|
| Crebrum. 355 | Deferor hoc crimen. 282 |
| Crepusculum, & Crepum, unde. 453 | Defictiones. 337 |
| Crete, prius κρητήν. 314 | Deflecti lumina. 326 |
| Cridar, unde. 454 | Defrens. 280. 396 |
| Crissare, unde. 453 | Defrensa. 280 |
| Critici, Grammatici. 519 | Demissa latebra. 359 |
| κρησάειν. 535 | Dentire. 496 |
| Crocota. 326 | Deposisse. 505 |
| Crotalum, quid. 520 | Deuoluens. 383 |
| Crucium uinum. 525 | Dextera. 530 |
| Cruentia mora. 458 | διαλωειδέειν. 377 |
| Crumata. 520 | Dicte in Troade. 288 |
| Culina. 493 | Dicteus iudex. 286 |
| Culmina. 280 | Dictynna Britomartis. 330 |
| Culpa magistra. 444 | Dij Vij. 507 |
| Cuncta facere, quid. 280 | Dispenere Plauto. 439 |
| Cunq;. 248 | Ditk recto casu. 420 |
| Cuppa. 519. 523 | Diuidere maledictis. 436 |
| Cura mea, Graecismus. 310 | Domitius Chalderinus natus gatur. 304. 305 |
| Cura securus, Graecismus. 269 | δωριδέειν, quid. 318 |
| | δρύλλος. 467 |
| Curtij lacus. 294 | Drusus Liuiæ filius. 542 |
| Curtus ignis. 399 | Ducere uocem, filium. 267 |
| Curuus aestus. 404 | Durati pisces sale. 430 |
| Cyaneo. 438 | E |
| Cyanea cantio. 435 | Εκάτης θοίνν. 494 |
| Cypselidarum familia. 341 | ἐκλειψις Attica. 324 |
| Cyrene meretrix. 466 | Ecloga quid. 302 |
| Cyrnus. 435 | ἐκφαντίδης οἶνος. 526 |
| | ἐκῆρος λύτρα. 466 |
| D | Εκτοris lustra. ibid. |
| Daci, nunc Dani. 545 | M m s |
| Defectis. 326 | |

I N D E X.

| | | | |
|-----------------------------|----------|---------------------------------|-------|
| Edat pro Edat. | 323 | Poeta. | 449 |
| Editor muneris. | 504 | εὐσεβέων χάρις. | 418 |
| Effigies, τὸ εἶδωλον. | 281 | ἔυστρα. | 493 |
| Effeminati, qui dicantur. | 465 | ἔξαμωρεύειν. | 505 |
| Εἰλαροῦζεν. | 404 | Excalculari. | 547 |
| Elephantis meretrix. | 449. | Excors uita. | 446 |
| 466 | | Exire profluuiū, uitā. | 386 |
| Elogium, quid. | 300. 301 | Exire in potestatem. | 440 |
| Emanfor. | 440 | Extinguendi lumen mos. | |
| ἐμὸν κακόν. | 477 | 332 | |
| ἐνδατεῖσαι. | 436 | Exuere ferrum, plumbum. | |
| ἐνσησάσαι τὸ πρῶγμα. | 395 | | |
| 467. | | F | |
| Ephesus Luna. | 443 | τῆ Facere usus. | 323 |
| Epitogium. | 302 | Fallens Vlysses. | 468 |
| Epops historia ex Aeschylō. | 415 | Fartim. | 363 |
| Erechtheus. | 308 | Fatalia carmina. | 277 |
| τῆ Ergo usus. | 537 | Fauni quomodo pingebantur. | 136 |
| Eripere reditus, Homericum. | 289 | Fauni calui. | 458 |
| ἔρμαιες. | 354 | Fera uitis, fera oliua. | 288 |
| Erneum, uas. | 490 | Feritas, ἠνορέη. | 288 |
| ἔρνας. | ibid. | Feritas, ferarum arborum copia. | ibid. |
| ἔρπην, Syracusane, quid. | 275 | Festus Pomp. correctus. | 390 |
| Errones. | 440 | Fibratum allium. | 463 |
| Eruca Priapo dedicata. | 461 | Fictrix Tertulliano. | 335 |
| Eugium. | 452 | Fidicina fides. | 485 |
| Euphronius Priapeiorum | | Firmanum Mamurrae. | 502 |
| | | Fissiculare. | 457 |
| | | Flagitatus puer. | 465 |
| | | Flam | |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|--------|-------------------------------|----------|
| Flamma lacrumans. | 288. | Grandes fruges. | ibid. |
| 289 | | Gratum mendacium. | 287 |
| Flectere habenas. prouerb. | 386 | Gratum peccatum. | ibid. |
| ad Fōtem ducere. prouerb. | 454 | Grauidi foetus. | 323 |
| Formium calamistrū. | 460 | Grauiditates. | ibid. |
| Formucapes. | ibidem | Gyreæ petræ. | 294 |
| Fossa, obscœne. | 472 | Groma, unde. | 453 |
| Fouere oculis. | 368 | Gromaticus. | ibid. |
| Fratrum Cataneorum historia. | 417 | H | |
| Fraxatores. | 453 | Hacpropter. | 267 |
| Frugifer Priapus. | 481 | Haliæetus est Falco. | 345 |
| Fumi Massilitani. | 526 | Hæctoris ira, Græcismus. | 288 |
| Furia, unde. | 454 | Hæctoris lytra, poema Lucani. | 545. 546 |
| Fustiles lapides. | 409 | Heraclei sententia. | 409. |
| Fustilia igniaria. | 410 | 410 | |
| G | | Heraclei σκοτεινὸς liber. | 409 |
| Galenus emendatur. | 342 | Herbiferi saltus. | 469 |
| Galla Lucillio, quid. | 525 | Hermula, Mercurij stimula. | 355 |
| Gallie mulieres, pro Gallie. | 267 | Hernia, unde. | 489. 490 |
| γάρμος ἀνέγλυος Plutarcho. | 350 | Hesperius dies. | 332 |
| Gelari Martiali, quid. | 94 | Hesychius emendatur. | 337 |
| Gellius emendatur. | 500 | Hircani canes. | 330. 331 |
| Geminæ aures. | 279 | Historie, pro historica. | 267 |
| Genæ. | 280 | Hominiū dixit Sallustius. | 357 |
| Geno, genis. | 398 | Horatij lectio uetus asserta. | 365 |
| γλώσσῃς χάριν. | 287 | | |
| Grandia poma. | 470 | | |
| | | | Horti |

I N D E X.

| | | | |
|--------------------------------|-------|---------------------------------|---------|
| Horti Mæcenatiani. | 533 | Intercutitus. | 469 |
| Hortus Epicuri. | 305 | Internuculus. | ibid. |
| Hortus pro obscena parte. | 449 | Inuestire, seu inuestare fœcum. | 532 |
| Hospites fluij. | 357 | Io. Auratus. | 419 |
| Hospitiū, pro hospitū. ibid. | | Ipsi, pro ipsius. | 468 |
| I | | | |
| Iacens gustus. | 491 | Ipsiplices. | 334 |
| Iactari animo ferarum. | 310 | Irneum. | 490 |
| ἰσπότες ἔργοι. | 522 | Irremediabilis. | 532 |
| Ignariorū inuentor Mercurius. | 390 | Irrigui ignes. | 350 |
| ἰληγριάν κορός τι. | 326 | Irriguus margo. | 5 |
| Illices aues Plauto, quæ. | 346 | Itbyphallici uersus. | 483 |
| Imbalnities. | 355 | Iturgus. | 272 |
| Imminuta uirgo. | 456 | Iuliani Apostatæ Epigramma. | 380 |
| Impudicus, quomodo accipiatur. | 465 | Iura piare. | 318 |
| Impudicatus. | ibid. | L | |
| Incendere locum, quid. | 364 | Labdace. | 471 |
| Incendere annonam. | ibid. | Labdæ. | 472 |
| Ineuctus. | 277 | Lactucæ in fine cænæ. | 431 |
| Indices, pro indiges. | 293 | Lælij poetæ ueteris uersus. | 329-334 |
| Indignus ueterib. quid. | 331 | Lamia, mater Scyllæ. | 308 |
| Induere annos. | 403 | Laminæ pro Anuletis. | 335 |
| Infrendere. | 279 | Lapidem silicem. | 485 |
| Inscijs, λαντάνων. | 331 | Lapis conchites. | 312 |
| Instare merces. | 467 | Lapis uocalis Megaris. ibi. | |
| Institi. | ibid. | Lares Viales. | 507 |
| Institores, unde. | ibid. | Larualis. | 457 |
| Insularius. | 503 | Laternæ corneæ. | 458 |
| | | Latine loqui Martiali quid. | 449 |

Laumen

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|----------|--------------------------------------|----------|
| Laumento. | 536 | Madenites flammæ. | 408 |
| Legitimus Rex. | 294 | Madrellū Aquitanice. | 548 |
| Laudiceni. | 536 | Mæcenas lapillorum studio sus. | 531 |
| λεῖμων pro obscena parte | 449. 450 | Mæcenatis maiores. | 530 |
| Lenta cupressus. | 278 | Mæcenatis luxus. | 531. 532 |
| Lenta membra. | ibid. | Mæcenatis oratio, qualis. | |
| Lentus. | ibid. | | 532 |
| Lentior angue. | 478 | Magis beatior, Græcismus. | |
| λεοβία ἔδν. | 471 | | 273 |
| Lethea cupressus. | 278 | Mala Bacchi. | 470 |
| Libys lectus. | 339 | Mamurra Trypho uocatur. | 502 |
| Limus signifer. | 369 | Manacus circulus. | 302. |
| Lipare Aeolidū princeps. | 398 | | 370 |
| λίαν. | 526 | Mandræ. | 548 |
| Lista. | ibid. | Mantineæ. | 338 |
| Loti metamorphosis. | 276 | Manubia machera. | 485 |
| Lubricum femur. | 477 | Marce in organis. | 380. |
| Lucillij locus emendatus. | 433 | μαρίδα. | 406 |
| Lucretij libri. | 544 | Marina pile. | 317 |
| Lucretius emendatur. | 411 | Marinum mel. | ibid. |
| Lucubrum. | 423 | Marinus passer. | ibid. |
| Luna monstrorum generatrix. | 309 | Martialis illustratur. | 345 |
| Lustrandi mos. | 387 | Martialis emendatur. | 427 |
| Lustrum. | 466. 467 | Materes ueteri lingua Gallica. | 548 |
| λυσίτελες. | 374 | Materis nomine, nutrix, & obstetrix. | 324 |
| λύτρα quomodo reddit Ennius. | 466 | Maximi Messala. | 513 |
| M | | | |
| Madens. | 499 | Maximus Lollius. | 529 |
| | | Meuiduus. | 446 |

μείηρα

I N D E X.

| | | | |
|----------------------------|---------|--------------------------|---------|
| μείρα uerba. | 485 | Mutinum Lucillio. | 469 |
| μενεῖ θεοί. | 296 | μυλιάν. | 496 |
| Merda, unde. | 468 | μυλλεῖν. | 471 |
| Metra uerba. | 385 | Myobarbium Ausonij. | 490 |
| Mm. | 487.488 | μυσωτίο. | 421 |
| Mine. | 482.417 | Myrti metamorphosis. | |
| Mitts. | 404 | 278 | |
| Mitra anuum tantum. | 520 | N | |
| Mola, ordeum. | 468 | ναὶ τὰν φωσφόρον. | 331 |
| Molaris laps, quomodo | | Nana Nympha. | 470 |
| fiat. | 394 | Natura pro pudendo. | 459 |
| Mollire, quid. | 355 | νεκρωδὸν ὄρν. | 364 |
| Mollis. | 437 | Nebularium. | 56 |
| Momen. | 367 | Nec caussa. | 366 |
| Mongibel hodie Aetna, qua | | Nefas, ἀδύνατον. | 390 |
| re. | ibid. | Nerones. | 364 |
| Mora, unde. | 453 | Nerui montis. | ibid. |
| Moretarium alliatum. | 421 | νευρωδὸν ὄρν. | ibid. |
| Moretum, quid, unde. | ibid. | νεύσις. | 342 |
| μορφώσις Circe. | 335 | Nicandri uersus ex Gror- | |
| Mortarium. | 421 | gicis emendati. 299.300 | |
| Moschus scripsit Epicediū | | Nictantia sidera. | 322 |
| Bionis poetæ Bucolici. | | Nisi regnum. | 313 314 |
| 537 | | Nuor edera, Græcismus. | |
| Mulcere ferrum. | 474 | 299 | |
| Mullare. | 471 | Nomen uini. | 408 |
| Mullei calcei. | ibid. | Nomen agelli. | 441 |
| Musa Antonius. | 517 | Nonacrius rosmarinus. | 299 |
| Musa, nomen Libertorum. | | Nota secum, ἀρχαῖοι μὲν. | |
| 517 | | 341 | |
| Muscaria e caudis bubulis. | | Nota uini. | 408 |
| 426 | | Nota numi. | ibid. |
| | | Noti | |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|------------|------------------------------|-------|
| Noti amici. | 326 | ὄρθημα. | 270 |
| Noua uerba. | 534 | ὄρθηκόν. | ibid. |
| Nouacula. | 351 | Ordior Græcæ originis. | |
| Nouare. | ibid. | ibid. | |
| Noxia. | 477 | Ori illudere Suetonio. | 472 |
| Nubere, de uiris, quando. | | ὄρχηπεδῆσαι. | 452 |
| 291 | | Organa hydraulica. | 379 |
| Nubere colum. | 320 | Organa pneustica. | ibid. |
| Nullus dixeris, ἀρχαῖοι μὲν. | | Organarius. | ibid. |
| ibid. | | Oris hiatus. | 361 |
| Nullus eris. | 518 | Orpheus Lucani. | 545 |
| Numerus. | 413 | Os præbere. | 512 |
| Nutantia sidera. | 322 | Ouidij Medea. | 327 |
| Nux Albana. | 462 | Ouidius emendatur. | 548 |
| Calua. | ibid. | ἐλοχύτοι. | 468 |
| Longa. | 139. ibid. | ὄζινος. | 451 |
| | | P | |
| Obstitus. | 369 | Pacuij locus. | 418 |
| Obstrigilli calcei. | 534 | Palephatus. | 311 |
| Oceanus, ὀπιζών. | 313 | Palamedes Musa dictus Eu- | |
| Octavius historicus. | 518 | ripidi. | 517 |
| Oculata dies. | 358 | παλευσία αὐτῆς. | 346 |
| Oculorum ietus. | 387 | Pallor pro carie. | 476 |
| Odorata ara. | 388 | Panis quadratus. | 428 |
| Offendere bucam. | 473 | Pantex. | 495 |
| Oliuæ ramus in sacris. | 336. | Pantices. | ibid. |
| 337 | | Papyrus, liber. | 311 |
| Omnia potius, Græcismus. | | Par. | 459 |
| 311. | | Pares, οἱ δίδουμοι, ἢ ὄρχηες | |
| ὄππα pro ὄμμα, Aeoles. | 452 | | |
| 526 | | Parodia. | 500 |
| ὄρε Aristophani. | 478 | Parthica myrtus. | 278 |
| | | Paß | |

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------|-------|-----------------------------|-------|
| Passi senes. | 456 | Petora. | 508 |
| Patere ictibus. | 281 | Petoritum. | ibid. |
| Pauera frumenta. | 321 | Petronij locus. | 464 |
| Pauerata uestes. | ibid. | Petra pumex. | 457 |
| Pauire, unde. | ibid. | πέυθειν, πεύθειν. | 509 |
| Pauitensis uestis. | ibid. | Phallica carmina. | 483 |
| Peculium. | 464 | Phaselis oppidum. | 348 |
| Pecten, ἡ μάστιξ. | 508 | Philenis. | 466 |
| Pedes turgescere inedia. | | Philippi Macedonis iocum. | |
| 497 | | 449 | |
| πεδίων pro obscœna parte. | | Picea nubes Virgilio. | 365 |
| 450 | | Pictura μονόγραμμος. | 526 |
| Pedites. | 359 | Pila ludebant puella in- | |
| Peniculamentum Ennio. | | nuptæ. | 317 |
| 426 | | Pilas nupturæ suspendebant | |
| Pepto etiam strenuorum | | Veneri. | ibid. |
| Ducum gesta Athenis | | Pilentum. | 508 |
| intexebantur. | 307 | Pinus, χαμαίπιτος. | 300 |
| Peplus liber Aristotelis | | Pinus in Georgicis non est | |
| quare ita uocetur. | 307 | arbor. | ibid. |
| Peplus Mineræ. | ibid. | Piso coniurauit in Nerone. | |
| Peracta præda. | 293 | 545 | |
| Percurrere carmina. | 270 | Pithaulæ. | 380 |
| Peregre profecturos Her- | | Placet? | 474 |
| culi sacrificare. | 493. | Plaudere, uerbum textricij. | |
| 494 | | 321 | |
| Perforare. | 471 | Ploximum. | 508 |
| περιλεργός. | 499 | πλαθυγεία. | 271 |
| περισερά. genus basij. | 532 | Pœna pro Furia. | 282 |
| Perstus expositus. | 399 | Pœna, ποιη, retributio. | |
| Perurgere. | 368 | 310. 466 | |
| Pes Castaliæ. | 269 | Pœna mulctæ. | 485 |

Porro

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------|---------|-----------------------------|----------|
| Porro quirites. | 454 | Pudēda pro Amuletis. | 469 |
| Poscor caussam. αρχαιώς. | | Pudica. | 456 |
| 364 | | Puellitari. | 452 |
| ποσθῆ. | 510 | Pulmo Martiali, quid. | 495 |
| ποσθωνες. | ibidem. | Pulmonea poma. | ibid. |
| Potestas ferri. | 395 | Pulmonei pedes Plauto. | ibid. |
| πότις λύχνος. | 523 | Pulmunculus Vegetio. | ibid. |
| Præberi. | 393 | Pumex, Aetneus. | 396. 397 |
| Præpes. | 384 | Pure habere. | 451 |
| Præpes portus. | ibid. | Purissimus penis. | 510 |
| Præputium unde. | ibid. | Putæ, putæ. | ibid. |
| Premere. | 366 | Putolanus ager, sulfureosus | |
| Priapus, ὀρνεάτης. | 449 | 397 | |
| Prisciani error. | 457 | Putillus. | 509 |
| Prius. | 402 | Putus. | ibid. |
| Producem. | 412 | πύξινοι homines. | 456 |
| Profundus, uenter. | 359 | Pyrites lapis. | 394 |
| Prologium. | 301 | | |
| προπός, προνωπός. | ibid. | Q | |
| Pronus, unde. | ibid. | Quadra aliena uiuere. | 429 |
| Propala, pro propola per- | | Quadratus pants. | ibid. |
| peram scriptum. | ibid. | Quamptius. | 522 |
| Propola. | 301 | Quinquennale ludicrū Nea- | |
| προπόλης, Pararius. | 301 | politannum. | 547 |
| Propter uiam sacrificare. | | τῆ Quod usus. | 337 |
| 494 | | τὸ Quam subauditur. | 402 |
| Profecta. | 468 | 403. 404 | |
| Protelo ducere. | 505 | R | |
| Protelum. | ibid. | ῥαδινός. | 179 |
| Prouerbum Horatio. | 420 | Rallæ uestes. | 321 |
| ψωλός. | 467 | Ramex. | 490 |
| | | Recutita colla. | 504 |

N

I N D E X.

| | | | |
|--------------------------|---------|----------------------------|---------|
| Redd. | 508 | Scabres. | 325.401 |
| Regens. | 414 | σκεῦος, pudendum. | 464 |
| Regnum Minois. | 314 | Schema, sehemæ. | 526 |
| Repere pro ire, Syracus. | 275 | χοῖνον ματρήσαι. | 438 |
| 275 | | Scindere uentrem. | 497 |
| Res pro pudendis. | 464. | σκωπός. | 459 |
| 465 | | Scoria. | 325 |
| Res, unde. | 318 | Scorpiones termini. | 354 |
| Respatiantis equi. | 538 | σκοτεινός liber Heracleti. | 409 |
| Rete iaculum. | 485 | 409 | |
| Rigidi canales. | 460 | Scriptorum xij. lusus. | 548 |
| Rigor. | 460.395 | Syllæum quid, unde. | 308 |
| Robur ferri. | 395 | Secedere sacris. | 400 |
| Rore uicbitare. | 499 | Semen ignis. | 376 |
| Rusticus. | 467 | Semiplauta crura. | 511 |
| Rutrum. | 359 | Semitaies Dij. | 507 |
| | | Sempermendacia. | 444 |
| | | Semperlenitas. | ibid. |
| | | Seneçta membra. | 419 |
| | | Senior natura. | 281 |
| | | Septimius Serenus poeta. | |
| | | 422 | |
| | | Sera Ouidio. | 424 |
| | | Seriphus insula. | 342 |
| | | Seruij hallucinatio. | 321 |
| | | 327.333 | |
| | | Siccus aer. | 385 |
| | | Signata uirgo. | 456 |
| | | Silex Aetneus. | 395 |
| | | Silua, materia. | 398 |
| | | Simulatrices sage. | 333.334 |
| | | Simulatrix Circe. | ibid. |
| | | Singula | |

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------|---------|----------------------------|---------|
| Singulator eques. | 547 | Strabum fieri. | 326 |
| Sinit, pro sinat. | 323 | Strages quid. | 401 |
| Sipho, uel sifo. | 383 | σπερτὸν φιλίμα. | 494 |
| Sirmio Scaligerorum prim- | | Striga. | 505 |
| cipum secessus. | 502 | Striga, creta. | 506 |
| Siti. | 255 | Striga, uenefica. | ibid. |
| Stacites. | ibid. | Strigare. | 505 |
| σπασσάλας, unde. | 467. | Striges aues. | 506 |
| 468 | | Strigosus Lucillio, quid. | |
| Soboles, unde. | 540 | 506 | |
| Solidum carmen. | 274 | Strongile insula. | 397 |
| Solini locus. | 330 | Strophium. | 325 |
| Solimus emendatur. | 507 | Struntus. | 468 |
| Sonere. | 378 | Stupor, pro stupido. | 488 |
| Sophoclis uersus emendan- | | σύεδα. | 479 |
| tur. | 314 | Stygialia sacra. | 333.334 |
| σπαθητὶ ἐδῆτες Sopho- | | Styrax Creticus non proba- | |
| cli. | 321 | tur Plinio. | 319 |
| Spectrum. | 281 | Subconditor. | 504 |
| Spissus pro tardo. | 525 | Subfarraneus mulio. | ibid. |
| Spissus succus. | 393 | Subicitare. | 294.401 |
| Spongiæ mensaria. | 426 | Subicit, & sumicit. | 306 |
| Stallare Tusco, & Germa- | | Subire oneri. | 293 |
| nico sermone, quid. | 505 | Sublestum quid, unde. | 525. |
| Stare, quid. | 352.463 | 526 | |
| Stare metu. | 352 | Sublestum uinum. | ibid. |
| Statij locus emendatus. | 538 | Succernens fluctus. | 404 |
| Stator. | 463 | Succrescere. | 540 |
| σαθερός. | 522 | Suctus lactis. | 326.327 |
| Stilo Aelius. | 499 | Sugere mammam. | ibid. |
| Strabo emendatur. | 548 | Sus Crommyonia. | 341 |

INDEX.

| | | | |
|---------------------------|----------|-----------------------------|-------|
| συγγενεῖς τριωβόλας. | 459 | Theophrasti emēdatio. | 397 |
| Syrma, syrmae. | 526 | Thesproti. | 268 |
| T | | | |
| Tacita uoce. | 302 | θόρος. | 461 |
| Tædæ ceratæ Ouidio. | 388 | Tibicini modi. | 485 |
| Tallæ. | 433 | Tibullus Priapus | |
| Talos Cretensis. | 326 | 473 | |
| Tangere latus. | 532 | Tibullus Priapus | |
| Tangere tectorio. | 498 | Tibullus Priapus | |
| μονοναχι. | 477 | Tibullus Priapus | |
| Tarquitius. | 499 | Tibullus Priapus | |
| Tau Gallicum. | 486.487 | Tibullus Priapus | |
| Tectorium. | 461 | Tibullus Priapus | |
| Tegularia. | 334 | Tibullus emendatur. | 513 |
| Teletbusa. | 453 | τλητόν. | 296 |
| Telum. | 402 | Tolerabilis Terentio, quid. | 295 |
| Tenax Saturni stella. | 370 | Tophi, Topia, tympana Sy- | |
| Terentia uxor Mæcenatis. | 540 | riaca. | 523 |
| | | Traduce materia. | 412 |
| Terra fistulosa. | 356 | Tranquillus emēdatur. | 335 |
| Terra in medio Oceano a- | | Trichila quid, unde. | 524 |
| gitatur secundum Tha- | | Trichinus. | ibid. |
| letem. | 353 | Trillæ Gallicæ, pergula. | |
| Testiculari. | 452 | ibidem | |
| τετλιγοφόροι Athenienses. | 315. 316 | Triphallus Priapus. | 475 |
| | | Triphallus, satyra Varro- | |
| τέτλιγος λαλίσπερος. | 499 | nis. | ibid. |
| Thebani Oedipi filii pa- | | τρισκοπάνισος ἄρτος quis. | |
| rentabant. | 413 | 428 | |
| Theognis χιών cognomine | 486 | Triton hydraulica machi- | |
| | | na. | 378 |
| | | Trochilus. | 524 |
| | | Trypho Diodorus. | 502 |
| | | Tryphon Ptolemæus. | ibid. |
| | | Tudes. | |

INDEX.

| | | | |
|-------------------------|-----------|----------------------------|-------|
| Tudes. | 411 | parabant. | 390 |
| τυμβογέριον. | 328.465 | Veturium. | 527 |
| τυσός Doricæ. | 498 | Victima de magnis. | 497 |
| V | | | |
| Vacans spatium. | 355 | Viduus a lumine. | 295 |
| Vagina Plauto quid. | 467 | Viminis nomine, quid. | 393 |
| Val. Potitus. | 513.514 | Vina Vibiscoruan in Aquæ- | |
| Val. Maximus, ineptus | | tania. | 526 |
| uerborum, & sententiæ | | Violarum genera. | 298 |
| rum affectator. | 514 | Virgilius illustratur. | 333. |
| Vappa. | 526 | 350. 386 | |
| Vappa, unde. | ibid. | Virgilius defenditur. | 481 |
| Vappa homo. | 451 | Virgilij uita ex ueteribus | |
| Vappa in obscœnis. | 464 | Grammaticis consarci- | |
| Vasa. 72. intera | 466 | nata. | 266 |
| Varro emendatur. | 326 | Locus insignis ex e- | |
| Varronis locus. | 330. 356. | dem restitutus. | 500 |
| 360. 496. 508 | | Viridis pallor. | 323 |
| Vectis Plauto. | 426 | Virtus Telamonia. Græcis | |
| Vegrandes messes. | 470 | mus. | 287 |
| Vena, ἢ ψωλοι. | 458 | Virum facere. | 458 |
| Venetum lutum, bitumen. | 461 | Vis pro semine genitali. | |
| 407 | | 461 | |
| Ventidius Bassus. | 501.502 | Visere ad aliquem. | 275 |
| Ventus turbo. | 485 | Visurgis fluvius. | 544 |
| Verare, uerbum uatum. | 335 | Vitruuij lectio de Manaco. | |
| Veratrum. | ibid. | 370 | |
| Veratrices. | ibid. | Vittam tentare. | 444 |
| Vericolæ. | ibid. | Vlli pro ullius. | 366 |
| Vestales quomodo ignem | | Vnus de multis. | 311 |
| sacrum interstinctū re- | | Volaticæ striges. | 506 |
| | | Volaticæ mulieres. | ibid. |

I N D E X.

| | | | |
|------------------|-----|------------|-----|
| Vorago. | 505 | | Y |
| Viticularij. | 521 | | |
| Vulcania insula. | 398 | ὑπόλιππος. | 526 |
| | | ἀπότκοπος. | 419 |

X

Ξενίζεσθαι. 376

Z

Zilzalim Hebraeorum. 524

F I N I S.

